This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



(A. D. 406)

יהוה

INSTITVTIO THEOLOGICA
ANDOVER FVNDATA MDCCCVII.
Ps. CXIX. 169.
JOH. XVII. 17.
ΑΚΡΟΓΩΝΙ
ΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ

'90. [illegible]

# PRUDENTII CARMINA.

# AURELII PRUDENTII CLEMENTIS

## QUAE EXSTANT

# CARMINA.

AD VATICC. ALIORUMQUE CODICUM ET OPTIMARUM EDITIONUM FIDEM RECENSUIT, LECTIONUM VARIETATE ILLUSTRAVIT, NOTIS EXPLICAVIT

ALBERTUS DRESSEL.

Suarum rerum incerti: quos ego ope mea
ex incertis certos compotesque consili
dimitto, ut ne res temere tractent turbidas.

*Ennius ap. Cic. de Orat.* I, 45.

---

LIPSIAE, 1860.

HERMANN MENDELSSOHN.

PARISIIS: F. KLINCKSIECK. ROMAE: J. SPITHÖVER. LONDINI: D. NUTT.

# PROLEGOMENA.

## CAP. I.

## DE VITA PRUDENTII.

Fontem, unde hauriamus, quae ad Prudentii vitam pertinent, praeter ipsius scripta habemus nullum. Quae praeterea cunque circumferrier de eo solent venditarique pro veris, ea fere pro lubito atque arbitratu, quamvis interdum cum magno doctrinae apparatu, a scribendi nimie cupidis conquisita fuerunt atque ita digesta, ut poetae vita alias incompta et indotata iis exciderit perquam exornata orationeque factisque. Ista profecto huic aetati fide colenda non sunt. Veruntamen haec fere de eo extant certa[1]). Aurelius

1) Cfr. Gennad. de vir. illustr. 13 [vbb. eius deprompsi ex bibl. Vaticanae cod. palimpsesto Alex. 2077 praestantissimo incuntis sec. VII]: *Prudentius secularis litteraturae eruditus (cod. hereditus) composuit librorum de toto veteri et novo (cod. nobo) testamento personis exceptis. commentatus est in morem (cod. mortem) graecorum exemeron de mundi fabrica usque ad conditionem primi hominis et praevaricationem eius. composuit et libellos (cod. liellos, quos graeca appellatione praetitularit apotheosis, psychomachia, amartigenia id est de divinitate, de compunctione animi, de origine peccatorum. fecit (cod. fecat, et in laudem martyrum sub aliquorum nominibus invitatorium librum unum et hymnorum alterum, speciali tamen intentione (cod. intrationem, adversus Symmachum idololatriam (cod. idolatria defendentem ex quorum lectione (cod. lectionem) agnoscitur palatinus miles fuisse.* Gennadii vestigia premunt qui medio aevo passim de poeta tradiderunt: eodem fere modo recentiores. Vid. Aurelii Prudentii vita per Aid Manutium in ed. eius opp. Venet. 1501, 4°, p. 7, repet. ed. Lugd. an. 1562. Sich. 1527. 1536. 1540, ed. Giselin. I. a. 1562. ed. Caliar. 1574, Wertz. Hanov. in Eucomiis Doct. Vir. et al. — Herm. Tulichius vita Prud., ante ed. Perist. hymni X. Lips. ap. Lotter. a. 1513. 4°. — Io. Pet. Ludwig let. dissertat. de vita Aur. Prudentii. Viteberg. a. 1642. 4°. repet. in Opusc. Miscellan. II, p. 491. Halae 1710. 8°. — Steph. Chamillard. vita Prud. in ed. Paris. 1687. 4° et Londin. 1824, 8°. — Faust. Arevalus Tom. I. p. 10 sqq. ed. Romae 1789. 4°. — Henr. Middeldorpf. commentat. de Prudentio et theologia Prudentiana part. I, p. 3. Vratislav. 1823. 4°. Part II. ibid. 1827, 4°. repet. in Zeitschrift für die historische Theologie u. s. w. herausgegeben von D. Chr. Friedr. Illgen. Leipz. 1832 II, part. II. p. 127...190. — Theod. Obbarius *prolegg. cap.* I. in ed. Prud. Tubingae 1845. Quibus addas interpretes ap. Arev. in *prolegg.* 16 not. b, I. P. Silbert. A. P. C. Peregesänge, heilige Kämpfe und Siegeskronen metrisch übersetzt, Wien. 1829. praefat. p. VIII, Ioh. Christ. Felix Bähr. Die christlichen Dichter und Geschichtschreiber Roms. Supplement-Bd., I. Abthl. p. 41. Carlsruhe 1836.

Prudentius Clemens[2]) Philippo et Salia coss.[3]) in Hispania natus

2) Chronic., quod sub Dextri nomine circumfertur, ad an. 388: *Floret Fl. Prudentius patre caesaraugustano, matre calagurritana natus.* Non alibi *Flavii* praenom. mentio. Arevalus quoque id inventum putat. Sed cum in cod. Puteano pervetusto in mss. olim Colbertinis 6088, 8085, 8086, 8087 *Aur. Clem. Prud.*, in cod. autem Laurentiano Petri Criniti sec. XV. plut. XXXIV. num. L (Bandinii catal. cdd. mss. bibl. Laurent. Florent. II. coll. 166) *Marci* praenom. praefixum inveniatur, poetae opp. *M. Aurelj Clementis Prudentj* inscripsit. Arevalum Middeldorpfius secutus est. In auxilium ille vocat Alexandrum ab Alexandro genial. dier. I, 9, ubi sermo fit de *Aureliis*, qui et *Auselii* nuncupabantur, consuetudinemque eorum *Marci* praen. adsumendi. At in fast. cons. Aureliorum gentis praenomina perquam variant, cum habeas *Caios*, *Lucios*, *Quintos*, *Titos* et al. Vid. ad an. U. C. 501, 505, 609, 1143, 1198 relqq. Sunt, qui pro *Marco* eum nominent *Quintum* (Dupin. III. bibl., Io. Ferreras ad an. 406) invita codicum auctoritate. Nostri codd. neque *Flavium* neque *Marcum* cognoscunt, neque agnoscunt *Quintum*. Leve hac in re Laurentiani exemplaris pondus: additum illud *M.* per eum crediderim, qui cod. descripsit. Quotiens veterum auctorum nominibus simile aliquid acciderit et quamdiu corrupta nomina pro genuinis circumlata sint, non est quod dicam. Ita *Aulus Gellius* in fere omnibus codd. Vatic. iisque praestantissimis est *Agellius*. Sin vero in antiquo quodam ms. prosodiaco *Maior* dicatur (Barth. Adv. XXXVII, 13) et ab Io. Balbo in Catholico sub vb. *spera* (ed. Weitz. I, p. 319), id certe praedicatum, nec nomen est seriori tempore inventum, quo a reliquis Prudentiis distingueretur. Cfr. not. 48. De Aurelii Prudentii Clementis nominum interpretationibus a librariis pro lubito conflictis dicere longum est. In cod. Sessor. (*g*): *Prudentius laicus et hyspanus fuit. aurelius et clemens pronomina illi fuerunt .... quia aurea et splendida erat sapientia eius*, cod. Vat. 2868 (f): *aurelius prudentius laicus secularis yspanus; coniugatus fuit: aurelius quia auream mentem habuit, prudentius quia procul providit animae et aliorum corporibus, celimens (clemens) quia celestem habuit mentem: castam audiens omnem sapienciam florebat romae. illuc accedens se tradidit ecclesiae, in qua divinam imbuit sapienciam, aperuit animum suum ad scribendum et conposuit librum martirum* sqq.

3) Prudentii opp. praef. v. 24. Illi autem (Onuphr. Panvin. ad Fast. cons. III, p. 408) consules fuerunt a. 348. Unde Fabric., Giselin., Weitz. (adnott. p. 308, 427, 546) Saliam in an. 350 promoventes corrigas. Qui ante Fabr. poetam evulgarunt, nonnulli quoque post illum editores (vid. nostr. not. crit. ad l. l.), vitiata lectione vocc. *me Saliae* decepti Prudentium *Messaliae* vel *Massaliae* (scribe saltem *Massiliae*) consulem fuisse somniarunt, quamvis consulibus illic sedem non fuisse constaret (cfr. Advertencias à la histor. de Mariana II, 4, p. 86, 87, Arev. prolegg. p. 13 sqq.). Quodsi Io. Vasaeo († 1540) in Chron. ad an. 351 fides habenda est, Luc. Andr. Resendius locum corruptum primus restituit; sed Glandorpius quoque in Onomastico post eius obitum 1589 edito palmariae illius lectionis sibi gloriam vindicavit. Idcirco siglum V. C. Prudentii nomini in carminum inscriptionibus additum non *virum consularem* (Sich. edd.) sed *virum clarissimum* significat, ab iis nimirum, qui codices describebant, auctoribus sacris aeque ac profanis comiter donatum. Cfr. M. Probi de not. Rom. interp. etc. p. 178. Errat vero Obbarius, qui litteras V. C. Prudentii nomini postpositas dicit in codd recc. (prolegg. not. 2). Namque in vetustis mss. [Alex. 321 (α), Vatt. 3860 (b), 5821 (m), — taceo de reliquis] ista sigla aeque occurrunt ac in recentioribus. In Urb. 666 (u) fol. 4 Prudentii opera sunt *viri doctissimi*. Alii, inter quos Petr. Mantuanus in Advertencias IV, 7, prope ad *Saliam*, Hispaniae fluvium (i. e. *Sada*, *Sanga* sive *Saya*, cfr. Plin. Hist. Nat. IV, 20, Pomp. Mel. III, 1, 96.

est[4]). Qui cum exacta pueritia rhetorum disciplinis operam navasset[5]), iuventutis ardore abreptus luxui indulsit atque lascivitati[6]). Iuri dicendo atque exercendo vacuit et prius et post, quam provinciae cuidam Hispanicae rector a Theodosio, ut videtur, imp. bis praefectus fuisset[7]). Eo munere rite perfunctus ad principis proxi-

ib. Gronov.) poetam natum esse, indidem enuclearunt. Sed recentiores bene Resendium secuti sunt ad unum omnes. Cfr. Bähr. l. l. De varia *Saliae* nominis scribendi ratione vid. nostr. not. crit. ad l. l.

4) Qui post Aldum *Caesaraugustam* Prudentii patriam esse putant, ap. Arev. prolegg. p. 16, not. b ita enumerantur interpretes: Aelius Antonius Nebrissensis in epigrammate praevio ad opera Prudentii et in Comment. ad hymnum XVIII. martyrum caesaraugustanorum, Iacobus Spiegelius in praef. ad Comm., Georgius Remus in Epist. ad Weitz., Xystus Senensis Bibl. lib. IV. verbo Aur. Prud., Ioannes Vasaeus Chronic. Hispan. ad annum 351, Antonius Possevinus Apparatu, verbo Aurel. Prud., Alfonsus Garcia Matamoros de Academ. Hispan., Ludovicus Nonius not. in Hispan. cap. 82, Ioannnes Henichius Hist. part. II, sec. IV, cap. III, p. 23, Lucas Osiander Epitom. Histor. Ecclesiast. centur. IV, lib. I, cap. XXVI, Centuriatores Magdeburg. tom. I, Centur. IV, cap. X, p. 681, Quenstedius de patriis illustrium virorum sub Caesaraugusta, Stephanus Chamillard. edit. ad usum Delphini, Martinus Carrillo Hist. S. Valerii, Ludovicus Diez de Aux in Version. hispanic. hymnor. Prud., Lupercius et Bartholomaeus Leonardo y Argensola in Epistol. super hac controversia, Emmanuel Risco Hisp. sacr. tom. XXXI. in dissertatione peculiari, Carolus Augustinus Ansaldus praefat. ad versionem italicam librorum adversus Symmachum, Andreas Mollerus in com. ad hymn. VIII. Kal. ian., el. Praesul Stephanus Borgia in singulari et erudito opere Vaticana Confessio S. Petri. His accedunt Tulich., Georg Fabric. (Corp. poet. christ. p. 13), Arnold. (Kirchen- und Ketzerhistorie II, p. 157, ed. Francofurt.), Labbeus (de script. eccl. II, p. 794), Silbert (l. l. p. VIII), favente Bähr. (l. l. p. 41), aixi quippe iis locis (Perist. IV, 1, 97), ubi ipse poeta eam *nostram* dicit. Neque iis Arev. adversatur, qui Henr. Florez. (Hisp. sacr. I, cap. IX, 9) auctore *Clementum* familiam ibidem floruisse refert. Verumtamen *nostram* quoque nominat *Calagurrim* (Perist. I, 116, IV, 31). Quare non desunt, qui ibidem poetae patriam fuisse opinentur: G. L. (über die Geburtsstadt des Prudent., in Neue Bibliothek XXVI, p. 475), Florez. (l. l. XV, p. 328, XXIX, p. 292), Rivetus (crit. sacr. III, 26, p. 357, ed. Genev.), I. A. Fabric. (bibl. latin. IV, 2. tom. III, p. 291, bibl. med. et inf. lat. VI, p. 20), Nahmacher. (Anleitung zur krit. Kenntniss der lat. Sprache p. 448), Schröckh. (christl. Kirchengesch. VII, p. 107), Hamberger. (zuverlässige Nachrichten von d. vornehmsten Schriftstell. III, p. 14) etc. Idem de *Tarracone* (Perist. VI, 143) deque iis statuendum, qui inde poetam ortum volunt. Contra Symm. I, 36 *nostra respublica Romae* et 192 *noster populus* ei sunt Romae incolae. Idcirco *nostrum* pronomen oppidi cuiusdam nomini adiunctum aut Hispaniam innuit (non *imperium Romanum* quoque, ut Obbario placet), aut Christi fideles (S. I, 36, 192, S. II, 3) aut utrumque (Perist. XIII, 3). Atquin Prudentii patriam haud procul a Pyrenaeis locandam esse, Arev. ex Perist. VI, 146 *fovemur omnes Terrarum populi Pyrenearum* haud felicius sibi colligit. Patria igitur poetae urbs quaenam fuerit, adhuc quaeritur.

5) Praef. v. 7 sqq. Risc. l. l. auctore nonnulli ex Hieron. chron. ad an. 356 effici posse putant, nostrum Caesaraugustae Petrum rhetorem ad ingenii cultum capiendum habuisse magistrum.

6) Ibid. v. 10. Similes igitur sui habuit Tertullianum, Cyprianum et al.

7) Ibid. v. 14...18.

matum evectus est[8]). Vita autem declinante solius Dei servitio se devovit[9]). Quibusnam inde carminibus Deum concelebraverit, id ex iis videre est, quae supersunt.

8) Ibid. v. 19...21. „Quae verba cum male intellegerent Ald. Manutius et Herm. Tulichius ante oculos habentes verba Gennad. (l. l.: *ex quorum lectione* (libr. c. Symm.) *agnoscitur miles Palatinus fuisse*), poetam sub Honorio imp. egregie militasse halucinati sunt, eidemque scriptori fidem summam tribuunt Petr. Crinitus (de poet. lat. V, 90), Barth. (Advers. LIV, 19, qui Psych. 666 affert), Thom. Pope-Blount (Censura celebr. auctor. p. 284, ed. Genev. 1694. 4), Ansald. (praef. ad vers. ital. libr. c. Symm. Venet. 1754), Baylius (l. l. p. 823), Moreri (grand. dictionaire histor. V, p. 1115), Björn. (Hymni sacri etc. Hauniae 1818, p. 74) aliique, sed vid. de *militiae* voce adnot. nostr. p. 2. Cum, quod munus, quo Prudentius lateri imperatoris propior fuerit, intellegendum sit, non satis appareat, Aelius Nebrissens. ad h. l. et Silbert. p. IX eum de *praefectura praetorii* dicere statuerunt, sed illos praefectos eo quidem tempore in Hispania sedem non habuisse Arev. (I, p. 30) bene ostendit: Schröckh. (l. l. p. 108) *comitatum* indicari vult: Arevalo autem iudice *aut vicaria potestas in Hispania, aut ius comitatus primi ordinis, aut denique honor proximatus simul cum evocatoria principis seu iussione augusta vel facultate accedendi ad comitatum principis* significari potest. Secundus post imperatorem ipsum honor *patriciatus* fuit, neque, cur eum Prudentio non esse tributum credamus, causam video: si ipsum non *patriciatum honorarium* (*codicillarem*), cum quo nomine munus coniunctum non erat, sed *praesentalem* qui „viris de republica optime meritis tamquam retributio meritorum" dabatur, accepisse putamus: cfr. Cassiodor. Var. I, 3, VIII, 9, Bethmann-Hollweg. Gerichtsverfassung u. Process des sinkenden röm. Reichs p. 28, Rein. in Encyclopaedia ab Ersch. et Grub. ed. s. v. *Patricier* p. 350. Neque huic sententiae, Prudentium in Hispania vixisse, repugnat, quoniam patricii in provinciis saepe habitabant ibique ius exercebant, vid. Dracon. de orig. et iure patric. p. 146, Rein. l. l." *Obb.* Ego quidem illa verba potius de quodam gradu militari intellexerim, nec Gennadii, vetusti profecto testis, notitiam vilipendendam iudico, quippe qui, ut videtur, Catalogum suum a. 494 confecerit (vid. Vallars. T. II, p. 984 ad cap. 86 app. Hieron. coll. Fabric. Bibl. med. et inf. lat. III, p. 32). Rei militaris vero Prudentium fuisse peritissimum, quilibet fere Psychomachiae versus, ut reliqua omittam, nobis persuadet. Vid. not. exeg. ad l. l. — Quae apud sequioris aevi scriptores occurunt, qui Gennadium extensius interpretabantur ad unum omnes (Honor. Augustodun. II, 13, Sigebert. Gemblac. ad an. 393, Vincent. Bellovacens. spec. histor. XVIII, 62) nihili momenti sunt ad vitam poetae illustrandam; plura in codd. Prudentianis praevia, quae fictionis inventionisque speciem satis prae se ferunt, monachorum codd. describentium ingeniolis debemus nimium luxuriantibus. Sunt igitur indigna, quae aliunde transcribantur. Eiusmodi habes etiam in cod. Pal. 242 (vid. Arev. I, p. 65, not. b), qui Heidelberga Romam pervenit.

9) Quando et ubinam obierit, non constat. Giselinus (ap. Weitz. p. 500) quidem conicit, eum ad usque Stiliconis proditionem et necem (Zosim. IV, 57, V, 1. 5, Oros. VII, 37. 38), quae circa annum 413 acciderit, non vixisse. Si enim id temporis non decessisset, laudes Stiliconis ex lib. sec. contra Symm. v. 696 sqq. sustulisset. Arevalum quoque ita opinari, Middeldorpf. (l. l. I, p. 9, not. 19) et Obb. (l. l. p. IV, not. 9) parum accurate asserunt. Is enim recte (l. l. p. 38): „Quid hac coniectura infirmius? Quasi vero in scriptorum fuisset potestate librum semel emissum revocare." Anno autem aetatis 57 i. e. a. Chr. 405 poeta opera sua evulgasse videtur, id quod ex praef. liquet. Nihil igitur omnino de tempore exitus eius e vita dici aut definiri potest.

## CAP. II.
## DE PRUDENTII OPERIBUS.

1. In ipsa praefatione operibus Prudentii praevia catalogus eorum nobis servatus extat[1]). Ea quidem emisisse, certe absolvisse videtur aetatis anno quinquagesimo septimo nondum exacto. Ac primum eius carmen est *Cathemerinon* liber unus, cuius plurimis poematibus variae quotidianae vitae actiones et tempora die noctuque pie atque religiose initiantur[2]). Haud pauca iis insunt ad antiquitatem christianam illustrandam et ad sacram scripturam disciplinasque dogmaticas explicandas[3]) perutilia atque idonea.

1) Praef. opp. vv. 37...42 (ibid. not. exeg. nostr.) haud subobscure ordinem indicant, quo carmina digerantur. Secuti igitur sumus cod. Alex. 321 (α), ubi haece est: *Cathemerinon* liber, *Apotheosis*, *Hamartigenia*, *Psychomachia*, *contra Symmachum* libri duo, *Peristephanon* lib., *Dittochaeon*. Arevalus Dittochaeon proprio loco motum Psychomachiam inter et duos contra Symm. libb. posuit. Obbarius rectum ordinem servavit, cum in vulgatis edd. Aldo auctore aut ita procederet: *Psych.*, *Cath.*, *Apoth.*, *Ham.*, *Perist.*, *contra Symm.*, *Dittochaeum*, aut Sichardo (ed. 1527) praeeunte *Psych.*, *Cath.*, *Perist.*, *Apoth.*, *Ham.*, *contra Symm.*, *Enchiridion*. Weitzius et Heinsius ita ordinant: *Cath.*, *Perist.*, *Apoth.*, *Ham.*, *Psych.*, *contra Symm*, *Diptychon*.

2) Clerus Rom. iam primis medii aevi saeculis in breviariis feria tertia, quarta, quinta hymnarii de quotidianis ex Cath. hymn. I, vv. 1...8, 81...84, 97...100, II, 1...8, 48, 49, 50, 52, 57, 59, 60, 67, 68, III, 25, 93, 94, 96, 97...108 passim mutatos recitabat vel canebat. Plura receperunt breviaria (etiam Mozarabicum, vid. Arev. l. l.), quae iussu Gregorii IX, Sixti IV, Pii V, Urbani VIII relqq. edita fuerunt (cfr. Gavantii thesaur. sacr. rit. II, p. 295, Augusti Denkwürdigkeiten aus der christl. Archaeol. V, p. 316, Daniel. thesaur. hymnol. I, p. 119...143). „*Psalterium* iuxta duplicem editionem, quam Romanam dicunt et Gallicam, una cum canticis ex duplici item editione, et *Hymnarium* atque *Orationale*, editio ad veterem ecclesiasticam formam ex antiquis mss. exemplaribus digesta per I. Carum presbyterum" (vid. Tom. II novae ed. opp. venerab. Thomasii per Anton. Francisc. Vezzosi. Romae 1747.) recepit ex Cath. IX, 10 sq., XII, 93 sq., XII, 77 sq., VII, 1 sq., V, 1 sq., XII, 1 sq.; Perist. II, (15) 17 sq.; Cath. I, 1...8, 81...84, 97...100; II, 1...8, 48, 49, 50, 52, 57, 59, 60, 67, 68; ibid. 25, 93, 94, 96, 97...108, VI, 125 sq., X, 1 sq. Cath. hymn. X versus variis musicis rhythmis iam pridem subditi fuerunt: vid. Luc. Lossi psalmod. sacr. veteris eccl. select. (Viteberg. 1595), p. 351, Fr. Bodenschatz. florilegium select. cantionum. Lips. 1603, La Borde Essai sur la musique ancienne et moderne (Paris. 1780), I, p. 43, II, p. 129, M. Gerbert. de cantu et musica sacra a prima eccl. aetate etc. Typis san Blasianis, 1774, II Tom. 4, Hymnorum precumque formulae ad Portensium alumnorum usum. Lips. 1777, Herder. Briefe zur Beförderung der Humanität VII, p. 28, Friedemann. in praef. ad libr. „Choräle, Lieder und Motetten zunächst für d. Gymn. zu Weilburg, v. H. Drös," I, p. III...VIII, et in „Beiträge zur Vermittlung widerstrebender Ansichten über Verfassung u. Verwaltung der Gymnas.," III, p. 138, Versuch eines allgem. evang. Gesang- und Gebetbuchs zum Kirchen- und Hausgebrauche p. 848, Hamburg 1833.

3) Cfr. Cath. I, 50, II, 76, III, 86, 100, 123, 138 relqq.; III, [illegible]44, VI, 5, X, 165 sqq., et relqq. Adeas Augusti Denkwürdigkeite[illegible]

Alterum est *Apotheosis*, quae in divina Christi natura peculiariter perscrutanda versatur atque in trinitate contra eius adversarios defendenda. Singulae vero sectiones quid tractent, etsi suo loco e codd. mss. a nobis indicatum erit, totius Apotheoseos sententiarum nexum, qualem Obbarius adtulit uberrimeque exposuit (prolegg. p. V) cum adnotationibus ei subditis hic praevium ponamus: „Inde a v. 1 usque ad v. 176 *contra eos, qui patrem passum esse affirmant*[4]), sic disputat: Pater pati non potest, quia primum Ioanne auctore (v. 9) invisibilis est, neque unquam in terra apparuit, sed Filius (v. 23). Per hunc enim Pater, maiestas pura et infinita, hominibus est patefactus et illa Dei manifestatio *Verbum* (*λόγος*) vocatur, quod hominis formam N. T. induit, vetere autem variis in figuris apparuit (45...72)[5]). Deinde is tantum spectari potest ac pati, qui nascitur, non innatus Deus, cui principium temporis non est, sed qui super omne tempus (75..,100). Quando igitur passus est Pater? Nusquam fuit in terra, sed per Verbum semper adest (120), idque in auxilium Patris descendit (155), ut homines ad eius exemplum mutarentur et Christo consanguineo paullatim accederent (v. 163). Christus enim nostri est mediator et Dei (174), per utrumque, per hominem ac Deum cucurrit, sed Pater ipse non est factus caro, caro autem ad imaginem eius sumpta post

296, eiusque dissert. de audiendis in theologia poetis (Ienae 1809), et de antiquis hymnis (ib. 1810), Münscher. Dogmengeschichte I, p. 50, Gieseler. Kirchengeschichte I, p. 16.

4) „Perstringit his versibus Prudentius aut Noetum et Praxeam, Patripassianos vocatos, qui Deum ipsum in terra apparuisse, passum ac mortuum esse docuerunt [vid. de illo Epiph. haer. LVII, 1: *ἕνα Θεὸν δοξάζω, ἕνα ἐπίσταμαι καὶ οὐκ ἄλλον πλὴν αὐτοῦ, γεννηθέντα, πεπονθότα, ἀποθανόντα*, et de hoc Tertull. adv. Prax. 1: *paracletum fugavit et Patrem crucifixit.* (de carn. Chr. 5.) — cap. 2: *itaque post tempus Pater natus et Pater passus, ipse Deus dominus omnipotens Iesus Christus praedicatur.* — cap. 5: *duos idem volunt esse, ut idem Pater ac Filius habeatur.* — Walch. Geschichte der Ketzereien I, 545, Neander. Antignosticus p. 481, Gieseler. Kirchengeschichte I, p. 216, Baumgarten-Crusius, Lehrbuch der christl. Dogmengeschichte I, p. 200, II, p. 1014 sqq. L. Lange üb. die Behandlung der ältesten Kirchen- und Dogmengeschichte in Illgen. Zeitschrift für die histor. Theol. II, 2, p. 25 sqq]: aut oppugnat Priscillianistas, in Hispania tunc frequentes, qui *deitatem Christi esse convertibilem et passibilem* docebant, quod dogma in Toletano concilio (a. 400) dampnatum est, cfr. I. H. B. Lübkert. de haeresi Priscillianistarum ex fontibus denuo coll. Hauniae, 1840, eiusque censorem in Röhr. kritische Predigerbibliothek XXXIII, p. 691."

5) „Tertull. l. l. 16: *Filius itaque est, qui ab initio iudicavit... ipse enim ad humana semper collegia descendit ab Adam usque ad Patriarchas et Prophetas, in visione, in somnio, in speculo, in aenigmate: ita semper ediscebat et Deus in terris cum hominibus non alius conversari poterat, quam sermo, qui caro erat futurus.*"

martyrium ad ipsum adscendit[6]). — Deinde vv. 177...320 fidem catholicam contra *Sabellianos* defendit: Pagani, si in caelum spectabant, Deum esse regem et omnium Deorum patrem agnoscebant (190...216), nonne nos Christiani, qui eumdem Deum iam bis ,,libris et corpore, ante fide, mox carne et sanguine coram" vidimus, eum esse negabimus (217...220)? Nemo autem est, qui haec hallucinetur, sed cum Deo Patre simul Iesus Filius regnat, quem genuit Pater ex se, qui ad hunc recurrit, qui est rex mediae rationis et imae, qui est Deus et homo (224...237). Sabellius igitur, si Filium fuisse negat, nonne Patrem ipsum laedit? Quomodo enim genitor esse potest, nisi is quem generaverit existit (v. 181 sqq.)? Id autem nostra est salus, quod nunquam sine Patris nomine Filium, neque sine Filio Patrem, neque utrumque appellamus, nisi mediator interest, Spiritus stus: qui tamen non tres diversae personae esse possunt, sed unum Deum, unam substantiam divinam efficiunt[7]). Deus Pater genecravit Filium: ratio autem generandi nos fugit (259 sqq.); hoc unum scimus, Deum ab initio Patrem non genitum fuisse, Filium ab aeterno genitum[8]), aeternum, illo auctore satum, cui nullus praefuit auctor (282...295). Eaque sententia all. Genes. XIX, 24 e vetere testamento confirmatur, similiter ut A. 28 et Psych. praef. 45 all. Genes. XVIII, 2 Trinitatis dogma.[9]) — Tum usque ad v. 551

6) ,,In refutanda Patripassianorum doctrina Prud. a Tertulliano praeter cetera eo distat, quod ille argumenta e novo testam., hic e vetere (cfr. cap. 5, 19. [Proverb. 8], 6, 12 [Gen. I, 26] etc.) sumpsit, et quod ille de spiritu sancto plane tacuit, de quo hic multa disputat, vid. cap. 13, 26, 31, Schröckh. Kirchengesch. III, p. 177, Münscher. Dogmengesch. I, p. 428 sqq., Baumgarten-Crus. l. l. Ceterum emanationem filii ex Dei ore, de qua Tertull. (l. l. cap. 8, vid. nos ad Cathem. III, 2, p. 9) pluribus egit, Prudentium quoque probare, ex v. 49 (*Hoc Verbum est, quod vibratum Patris ore benigno* etc.) iure potest concludi, quod moneo, ne quis poetam Pseudo-Hippolyti, qui eam reticuit, asseclam putet, cfr. Münscher. I, p. 437."

7) ,,Lactant. instit. IV, 29, 3: *Cum dicimus Deum Patrem et Deum Filium, non diversum dicimus, nec utrumque secernimus, quod nec Pater a Filio potest nec Filius a Patre decerni, si quidem nec Pater sine Filio nuncupari nec Filius potest sine Patre generari*, Tert. adv. Prax. 2: *Tres autem non statu sed gradu, nec substantia sed forma, nec potestate nec specie. Unius autem substantiae et unius status et unius potestatis, quia unus Deus, ex quo gradus isti et formae et species in nomine Patris et Filii et Spiritus sti deputantur.*"

8) ,,Simili argumento ad Sabellium refellendum utitur Dionysius Alexandrin., cfr. Athanas. de sentent. Dionys. contra Arian. Opp. I, p. 559 sqq. ed. Colon."

9) ,,Prudentius hac in Sabellium quaestione habita alius dogmatis, nisi eum Filium negavisse mentionem non facit, quare ei ignota fuisse videntur, quae de illo haeretico dicunt Theodoret. (fab. haer. II, 9): καὶ ἓν μὲν τῇ

*contra Iudaeos* agit, quibus impp. mire favebant[10]); nam tametsi Theodosius Iudaeorum ac Christianorum matrimonia vetuit, tamen sacra eorum libere colenda concessit[11]), et quantopere Arcadius atque Honorius eos tuiti sint, quis est, qui nesciat[12]). Quare, nisi fallor, poeta his imperatoribus persuadere voluit, ut Iudaeos, quorum cultum cum paganis comparat, opprimerent. — Vv. 552...951. Cognati sunt Iudaeis *Homuncionitae* i. e. *Ebionitae* (p. 68 v. 552), qui Christum hominem, non Deum fuisse affirmant (557)[13]). Quod dogma Prudentius hoc modo impugnat:

*παλαιᾷ ὡς πατέρα νομοθετῆσαι, ἐν δὲ τῇ καινῇ ὡς υἱὸν ἐνανθρωπῆσαι· ὡς πνεῦμα δὲ ἅγιον τοῖς ἀποστόλοις ἐπιφοιτῆσαι*, et Epiphan. (LXII, 1), qui eumdem *ἐν μιᾷ ὑποστάσει τρεῖς ἐνέργειαι* etc. docuisse affirmat: cfr. Neander. allgem. Geschichte d. christl. Religion u. Kirche I, 3, p. 1016 sqq., L. Lang. Geschichte u. Lehrbegriff der Unitarier p. 120 sqq. Seriore autem tempore talia, nam sec. IV eius haeresis asseclas Romae adhuc fuisse constat (vid. Gieseler. I, p. 219), Prudentiano more tradita esse ex Hieronymo (ad Ephes. IV, 1, Tom. IX, p. 177, ed. Francof. 1684) apparet: *Hoc dico propter Sabellium, qui eumdem Deum Patrem arbitratur et Filium, confunditque personas, dum eamdem Deum Patrem arbitratur in utroque deprehendit.* Cfr. etiam Basil. Epist. 210, Münscher. I, p. 450 sqq."

10) „De Iuliano Apostata [v. 449], Valentiniano, Maximo ac Theodosio cfr. Cod. Theodos. l. XVI. t. 8. *de Iud.*, Cod. Iustin. l. I. t. 9 *de Iud.*, Ammian. Marc. XXIII, 1, Rufin. I, 37, Theodoret. III, 20, De la Bletterie: das Leben des Kaisers Iulian übersetzt von I. G. Pfeil (Frankf., 1752) p. 279, Neander. üb. d. Kaiser Iulian u. s. Zeitalter (Leipzig, 1812) p. 145, Tillemont. hist. des empereurs V, p. 48. 288 sqq., Bossuet discours sur l'hist. universelle II, p. 72, 112, 124 (ed. Paris. a. 1817, 12), Neander. Geschichte d. christlichen Religion II, 1, p. 104."

11) „Cod. Theod. l. III. t. 7 *de nupt.* ib. Gothofred. Tom. I, p. 101. Iudaei adeo servos Christianos habebant, vid. Cod. Theod. l. XVII. t. 9. *Ne christ. manc.* Tillemont. l. l. p. 236, Bynkershoek. de cultu relig. peregr. ap. Rom. (Opp. III, p. 237). Ambros. quoque Theodosium ob Iudaeorum tutelam vituperasse apparet ex epist. II, 17, Schröckh. l. l. VII, p. 412."

12) „Cod. Theod. l. XVI. t. 8...12. Honorius postea, cum inter fratres dissensio orta esset, severiores leges in Iudaeos promulgavit, vid. Schröckh. l. l. p. 402, D. H. Levysohn. de Iudaeorum sub Caesaribus condit. et legg. eos spectantibus (Lugd. Bat. 1828) p. 150, Historia Iudaica: res Iudaeor. ad haec fere temp. complex. De hebraeo in latin. versa a G. Gentio. Amstel. 1651, 4. Ceterum in Gallia et Hispania permulti reperiebantur Iudaei, nec semper quieti, cfr. Rutil. Numant. Itiner. I, 381, Bail état des Juifs en France, en Espagne et en Italie (Paris 1829) p. 119."

13) „Haec Prudentii verba Ebionitas etiam tum frequentes fuisse, quod multi VV. DD. negant (vid. Daehne in Encyclopaed. ab Ersch. et Gruber. edit. s. v. p. 283), deinde ipsum eos, qui nativitatem Christi divinam agnoscunt (cfr. Orig. adv. Cels. V, 61, Euseb. III, 27, Epiphan. adv. haer. 30, Neander. I. l. I, 2, p. 619 sqq., L. Lang. die Ebioniten u. Nicolaiten, Leipz. 1828, p. 20), ante oculos non habuisse docent. Consentit igitur cum Irenaeo (adv. haer. I, 26), Theodoret. (haer. fab. II, 1), Tertull. (de carne Christi 14), August. (haer. 10) et ceteris, sed de eorum quidem cultu Iudaico poeta luculentius non exponit, quod ea tantum, quae ad dogma de Trinitate spectarent, hoc carmine illustrari voluit."

*Sollertia* humana aut ingenii est aut corporis, altera mente viget, altera viribus excellit (560); de Christo autem haec dicere nefas, qui humanam quidem induit naturam, sed Deo natus creditur: primum, quod *innuba virgo nubit spiritui* etc. (571); deinde, quod sacra scriptura eum ita naturum vaticinata est (577)[14]), nam si Christus tamquam homo natus fuisset, Magos advenisse eumque donis cumulavisse, nemo crederet. Tum miracula patravit Christus, quem revera Deum fuisse illud miraculum docet, quo quinque panibus ac duobus piscibus ingentem hominum multitudinem satiaverit: quis hoc facere potest, nisi qui mundum ipsum pastumque omnem ex nihilo creavit (722)? Denique idem sacro lavacro peccata, quibus homines immaculati erant, depulit (679...700), et Lazarum e mortuis excitando mortem ipsam sustulit (770). Deus igitur totum hominem recipit, quod totus ab ipso est, illud tumulis, hoc caelo reducens (774 sqq.)[15]). Obiciunt hic quidem haeretici, num anima a Deo homini inspirata pati et in imo cerebro puniri possit (782...785)[16])? Anima autem secundum Prudentium a Deo

14) „Similiter iam Irenaeus (III, 21) allato Esai. VII, 14 Ebionitarum errorem impugnaverat."

15) „Huc potest referri, quod Hieronymus (comment. ad Ephes. lib. II, Tom. IX, p. 178, B) allata epist. ad Ephes. IV, 10 disputat: *Hic locus adversus Ebionem et Photinum vel maxime facit. Si enim ipse est ascendens in coelos, qui de coelis ante descenderat, quomodo Dominus noster Iesus Christus non ante Mariam est, sed post Mariam?* Qui de Ebionitis plura cognoscere cupiunt, adeant Gieseler. über die Ebioniten u. Nazar. in Stäudlinii et Tzschirner. Archiv. IV, part. II, p. 279 sqq., Credner. Essäer u. Ebionit. in Winer. annal. theol. a. 1828, II, p. 211 sqq. et Detmer. de Nazar. et Ebion. (Halae 1837), qui quidem VV. DD. Prudentii rationem non habuere."

16) „De inscript. huius Apoth. partis vid. p. 74. Ad Ebionitas eamdem esse referendam, ex eius fine (V, 938 sqq.) apparet, ubi dogma de corpore Christi, quod excursu *de anima* interrumpitur, denuo excipitur. In illo autem excursu primum eos [Priscillianistas intellegit all. Hieron. ep. 76, Middeld. p. 166, sed cfr. Lübkert. l. l.] oppugnare mihi videtur, qui ex Genes. II, 7 animam Dei partem esse effecerunt, cfr. Iustin. dial. c. Tryph. p. 106, ed. Colon., Tatian. Orat. in Graec. p. 253 sqq., deinde eos, qui cum Origine (Opp II, p. 99) eius praeexistentiam statuunt, nam Cathem. X, 165 sqq. illam sententiam non probant, quidquid Middeldorpf. (p. 165) et Hagenbach. (Lehrb. d. Dogmengeschichte I, p. 326) contra dicunt, vera enim illius loci explicatio haec est: „Da Deus, ut anima eamdem sedem occupet, quam ante primum peccatum, ante Adami lapsum, tenuit." Finis autem universae disputationis Prudentianae in eo, quod animam Dei flatu factam iustique capacem censet, cum Tertulliani doctrina consentit, vid. de anim. 22: *Definimus animam Dei flatu natam ... effigiatam, substantia simplicem, de suo sapientem, varie procedentem, liberam arbitrii etc.*; in eo autem, quod eam incorpoream dicit atque animarum translationem improbat, ab hoc scriptore valde dissentit, cfr. Tertull. de an. 20...27, Münscher. II, p. 96, Hagenbach. l. l.: et quod animam creatam, nec Dei partem esse affirmat, Augustini quoque doctrinam facit suam (vid. Epist. 157, et Hieron. IV, p. 157, Schröckh. VII, p. 336), cuius sententiam de peccato originali (adv. Iulian. V, 3) aliter de-

creata, non genita est (791), quia non ut Filius ante hominis primi creationem fuit (825 sqq.), flatus est Dei etc. (v. 830 sqq.) Quapropter in ipsa divini quid inesse negari nequit, nam incorpoream (834), inmortalem (802), sapientem iustique capacem se praebet (ib.), multis vero in rebus creatoris dissimilis apparet, ut, qui eam sive Deum ipsum, sive Dei partem esse opinantur (821 sqq. 874, 883), valde errent: nam primum ea finibus cuiusdam spatii continetur, quia facta est, non genita (870). Deinde ob eam rem peccandi potestatem non omnino respuit et poenae obnoxia potest esse (878), sicut angeli quoque, quoniam creati sunt, peccant (890)[17]). Simplex quidem ac pura fuit anima ante Adami lapsum, exinde autem nemo nascitur insons, quamquam nec animae animas pariunt[18]), nec eae per traducem propagantur, sed lege occulta fundit opus natura suum, quod parvula anhelent vascula vitalisque adsit scintilla coactis (901. 917). Christus autem incorruptae matris gestator et innocui corporis nos a peccatis liberat, quamquam ipse non est mortuus, quod mors culpa atque poena tantum alitur. — Pars Apotheosis ultima in refutandis Manichaeorum phantasmatis, qui Christum corpus habuisse verum negabant (956 sqq.), posita est.[19]) Oppugnat hoc dogma, primum quod Deus veritas sit, neque quidquam simulatum prae se ferat (975), deinde quod Iesus se ipse filium hominis ac verum hominem nominaverit (966, 973), tum quod genealogia Christum hominem indicet (981) et quod inde ab initio mundi Deus salvatorem humana specie atque indole appariturum

fendere videtur: vid. Ham. 390. 522 sqq., Cath. III, 131. Idem vero placitum alios iam ante Augustinum et Prud. similiter docuisse loci vett. PP. apud Seiler. (dogmat. polem. p. 267) demonstrabunt."

17) „De angelis, qui, quoniam nati sunt, a peccatis non omnino liberi habentur, vid. Augustin. ad Oros. contra Priscill. 10, de civ. Dei XI, 9, Münscher. III, p. 318."

18) „Haec contra Manichaeos quoque dicta videntur, cfr. Manes in epist. ad filiam Menoch. (August. opp. imperf. III, 172): *Sicut animae gignuntur animabus, ita figmentum corporis a corporis natura digeritur.*"

19) „Referri potest haec Apoth. pars et ad Manichaeos et ad Docetas (Phantasiastas, p. 78), qui illo tempore nondum extincti erant, cfr. Walch. Gesch. d. Ketzereien I, p. 233...36. Augusti Christologiae Coranicae lineam. (Ienae 1799) p. 19: nam, quominus ea ad aliam haeresin referatur, v. 974 (*Manich. reg.*) non impedit, cum idem nomen sec. IV. et V omnibus fere haereticis tributum sit, cfr. August. haer. 70, Timoth. presbyt. 4, 11. Malo autem intelligere Manichaeos, qui dogma de Christi persona simile probabant (*υἱὸς ἀνθρώπου ἀπαθής* et *ἐμπαθής*, vid. locos ap. Gieseler. I. p. 223 et Neander. I, 2, p. 833), quod Prudentii aevo Valentinian. imp. contra eos (a. 372) edictum promulgavit, vid. Cod. Theod. l. III, *de haeres.*, Is. de Beausobre hist. critique de Manichée et de Manichéisme (Amst. 1734) II, p. 120, K. A. Freiherr v. Reichlin-Meldegg. die Theol. des Manes u. s. w. p. 56."

esse voluerit (1033), denique quod Iesus ut homo cruci affixus resurrectione sua nos quoque resurrecturos esse docuerit (1053)[20]).“

Tertium *Hamartigenia* inscribitur, mali quippe atque peccati originem exponens ad Marcionis δημιουργόν confutandum. Obbarius de singularum partium placitis a nobis suo loco notatis ita fusius (prolegg. p. IX) disserit: „... si duo Dei sunt, opponit Prud., cur non statim plures dicuntur (95)[21])? Deinde dualismus summi numinis notioni repugnat, quia, si duo summi, alter inferior sit necesse est (25)[22]); quam ob rem unus Deus et princeps numeri et numero anterior censetur (35...40), neque Deus Pater et Christus Filius duo Dii habentur, quod uterque artissimo vinculo coniunctus est (347 sqq.): Quomodo Trinitas in unitate esse possit, solis exemplo[23]) demonstrat, qui simul lucem, calorem vegetamenque praebet (67). Marcion igitur duos Deos fuisse censet, alterum bonum qui novum testam., alterum malum, qui vetus composuerit (122 sqq.) nec non mundum ipsum vitiis multis contaminatum creaverit (117). Contradicit autem Prud., quod Moyse auctore Deus bona tantum fecerit (339 sqq.), quod animo nostro mali appetitum alamus (561, 636), sicut iste angelus (Belial, 159), qui ab initio quidem bonus fuerit, sed sponte ad vitium se vertens

20) „De hac Prud. disputatione Middeldorpf. l. l. haec adnotat: „Multis argumentis copiose et accuratius, quam alibi fieri solet, hoc placitum refutavit Prudentius.“ Argumentum autem primum, tertium, quartum ac quintum Augustinus quoque in libris adv. Faust. protulit, vid. de I, ib. II, 4; de III, ib. II, 6; de IV, ib. XVI, 1...9 et de V, ib. XXVII, 2, XXIX, 2 sqq.; secundum autem, quod Matth. IX, 3 (non 13, ut p. 79 extat) defendit, poetae proprium esse videtur, nam Augustin. (VII, 2, XVII, 1) similem sententiam all. Matth. IX, 9 confirmat, et alii aliis rationibus in hac re exponenda utuntur, vid. Reichlin-Meldegg. l. l., F. Ed. Colditz. die Entstehung des Manich. Religionssyst. (Lips. 1837) p. 40.“

21) „Eodem argumento Tertullianus advers. Marcion. V, 2 sqq. usus est.“

22) „Tert. adv. Marc. I, 3: *Certe quemcumque alium Deum induxeris, non alia poteris eum forma tueri Deum, quam ut et illi proprium divinitatis adscripseris, sicut aeternum, ita et summum magnum. Duo erga summa bona quomodo consistent, cum hoc sit summum magnum, par non habere? par autem habere, cum uni competat, in duobus esse nullo modo possit.* Boeth. de cons. phil. III, 11, p. 63. Eamdem sententiam de unitate numerica locis Aristotelicis confirmat Pseudo-Boethius de trinit. cap. 5. Vid. etiam Middeld. p. 157.“

23) „Bene cfr. Middeld. p. 151, not. 51. haec Sabellii verba ap. Epiphan. LXII, 1: (δογματίζει εἶναι) ὡς ἐὰν ᾖ ἐν ἡλίῳ ὄντι μὲν ἐν μιᾷ ὑποστάσει τρεῖς δὲ ἔχοντι τὰς ἐνεργείας· φημὶ δὲ τὸ φωτιστικόν, καὶ τὸ θάλπον, καὶ αὐτὸ τὸ τῆς περιφερείας σχῆμα· καὶ εἶναι μὲν τὸ θάλπον. εἴτ' οὖν θερμὸν καὶ ζέον, τὸ πνεῦμα, τὸ φωτιστικὸν δὲ τὸν υἱόν, τὸν δὲ πατέρα αὐτὸν εἶναι τὸ εἶδος πάσης τῆς ὑποστάσεως.“

corruptus sit (204 sqq.). Simile, inquit poeta, nobis ipsis evenit, quod quamquam animus noster libidinem ac peccatum repellere potest, tamen, quod libero arbitrio est instructus (558), in peius saepe vertitur (526 sqq.): eaque ratione homines malum sibi ipsi parant (561...636)[24]). Sed — quaerent haeretici — si Deus mali auctor non est, cur id omnino patitur ac tolerat (648) et cur hominum sensus, si peccare volunt, non mutat (670 sqq.)? Prud. igitur, Deum, ait, si malum creavisset, statim post calamitatem, quae homines vexavit, bonum non misisse (661...668), deinde hominem libero arbitrio praeditum esse eumque, quod inter bonum ac malum eligere possit, probum non esse vocandum, qui ad bona perficienda cogatur (694 sqq.). Quare, quod plerique homines falsam viam ingrediantur, corpus eorum post mortem gravibus obrui poenis, et animam, quamvis ex ore suo creaverit Deus, inmortalem quidem (867...924), sed ab istis non omnino liberam factam esse, quippe quae etiam concupiscentiae illecebris in corpore sitis ad vitium trahi possit (927)[25]).“

*Psychomachia* quarto in loco legitur, qua mihi videtur ethnicorum religionem vitiis ibi repraesentatam voluisse perstrin-

24) „Ad hanc sententiam confirmandam multa affert exempla, quae homines libero arbitrio nimis obtemperantes peccata sibi ipsi procreavisse docent, vid. Ham. 708...778, Middeldorpf. p. 168, 169, si haec facultas tollitur, virtutis quoque ac vitii discrimen evanescit, v. 687. Consentit igitur hac in re poeta cum Iustino, Irenaeo et cet., quos vid. ap. Münscher. II, p. 91.“

25) „Hamartigeniam optimum Prudentii carmen vocat Bayl. (diction. crit. III, p. 824), quia in eo acrius quam ceteri scriptores ecclesiastici contra Marcionis deliramenta pugnaverit. Comparatione autem cum eisdem PP. instituta poetam ea tantum placita, quae ad dogma *de mali ac peccati origine* spectant, perstrinxisse, et, quamvis semper Marcionem ipsum indicet, Marcionitas tamen saepius secutum esse elucet; vid. Rhod. prolegom. ad quaestion. de Evang. Apostoloque Marc. denuo instit. (Vratislav. 1834, 4) p. 18. Quo factum est, ut *δημιουργὸν δίκαιον* cum Deo malo prorsus confundat (cfr. Neander. genetische Entwickelung d. gnostischen Systeme p. 293, Kirchengesch. I, 2, p. 793, Hahn das Evang. des Marcion in seiner ursprüngl. Gestalt p. 12, eiusd. dissert. II de gnosi Marcion. antinomi (Regiom. Boruss. 1821) p. 4, Middeldorpf. l. l. p. 146), eumque veteris testamenti auctorem faciat, quod Ephraem. Syr. hymn. adv. haer. 30 p. 507 eidem creatori iusto inter Deum bonum ac malum medio tribuit (vid. Hahn. diss. II, p. 5 et Antitheses Marc. gnost. etc. (Regiom. 1823, 8) p. 14, Münscher. II, p. 50). In eo autem, quod Prud. de origine angeli mali disputat, cum Athenagora (legat. p. 326) et Tertull. (adv. Marc. II, 10) consentit (Münscher. III, p. 326), quem ante oculos semper habuisse loci not. 32 et 33 allati demonstrabunt, et quamquam mali sedem in corpore ponit, tamen corpus ipsum malum esse creatum nusquam dicit, vid. Middeld. p. 171, not. 23, Keil. (Opusc. acad. p. 744) vituperantem, qui poetam corpus *animae carcerem* appellavisse arbitratus sit. — Haec sunt, quae de theologia Prudentiana nobis exponenda videbantur, plura ac meliora Middeldorpfii disputationes saepissime laudatae suppeditabunt.“

gere[26]). M. Varro satyram inscripsit *Σκιομαχία* (Gell. N. A. XIII, 22, 4).

Psychomachiam duo *Contra Symmachum* libri compositi excipiunt, qui ab Valentiniano, Theodosio, Arcadio Impp. petiverat, ut Victoriae ara in Curia restitueretur, quam a Constantio semotam, a Iuliano instauratam Gratianus funditus everti iusserat[27]). Priori autem libro paganitatem omnino vilipendendam demonstrat, posteriori singula Symmachi dicta refellere conatur[28]).

Sextum est *Peristephanon* lib., cuius singulis singuli hymnis laude celebrantur, qui martyrum coronam sibi meruerunt[29]).

26) Middeldorpfio (l. l. I, 11) quo referatur in praef., non liquet. Neque Obb. de ea dicere habet, quae satisfaciant: „Quartum poetae carmen *Psychomachia* vocatur, in quo post longam pugnam vitia vincuntur et virtutes superiores discedunt. Quod, cum in eo catholicae doctrinae fundamenta insint, et magni medio aevo aestimatum est, et nunc quoque a catholicis saepius legitur" (prolegg. p. XI). Arevalus quodammodo praesagivit verum, sed acu non tangit (v. 39 praef.): „Pugnare contra haereses, catholicam discutere fidem ad *Apotheosin*, ad *Hamartigeniam*, et, ut ego quidem puto, ad *Psychomachiam* pertinet" (prolegg. p. 41). Primaevi christiani gentilitatem vitiis aequiparabant, virtutes novi foederis religioni. In Psychomachia igitur vitiorum pravitate gentilitatis mores labefacti, virtutum splendore christianismi gloriae honoresque inter clades atque victorias delineantur. Eam ob rem et quoniam multa ei insunt, quae in usum vitae contemplativae converti queant, id poetae carmen prae ceteris medio aevo a monachis describendo multiplicatum videmus. Si satyram paganismi Psychomachiam esse statuas, facilis est vocc. *Discordia nostros Intrarat cuneos* v. 683 interpretatio. Inscriptio quoque codicis Vat. 1439 (g) *Fides pugnat contra veterum culturam* (vid. not. crit. ad v. 21) eodem pertinet. — Duo autem contra Symm. libri tum intrinsecus quodammodo cum Psychomachia cohaererent. Ap. Gennad. l. l. est liber *de compunctione animi*, sequioris aevi scriptoribus aliis alium titulum, qui magis placebat, praefigentibus. Cfr. Notker. Balbulus (de vir. illustr., in Fabr. bibl. med. et inf. lat. V, p. 922), Vincent. Bellovac. (spec. hist. XVIII, 62, 102) relqq.

27) Cfr. adnott. nostr. libr. I contra Symm. praeviam.

28) Si dubitari nequit, quin praef. opp. Prud. vv. 40, 41 ad duos contra Symm. libb. inprimis spectent, haud subobscure tempus simul innuunt, quo scripta sunt. Etenim poeta anno quinquagesimo septimo carmina sua cum evulgaverit, ea ante an. 405 absoluta fuisse intelligi oportet. Qui plura de iis quaesiverunt, oleum et operam perdidisse videntur; nil enim certi ex ipsis hac de re definiri potest. Neque probabilibus, nedum certis argumentis probare est, ubinam loci composita fuerint, Romae an in Hispania.

29) Cfr. praef. v. 42, Gennad. l. l. Non eundem singulorum carminum ordinem codd. praebent (vid. cap. III), neque in eo edd. conveniunt. Quatenus martyrum cruciatus poetae referenti fides habenda sit, id accuratius definiri nequit. Attamen permagni faciendus est in omnibus, quas fere aequalis rerum gestarum aut post alios enarrat aut refert solus. Sincerior certe est magisque candidior quam illi, qui sequiori tempore ipsum historiolis fabulisque exornabant, exornatum venditabant. Id de Martyrologii Rom. auctoribus, de Historia Lombardica seu Aurea Sanctorum Legenda (Norimbergae 1486), de Adone, Usuardo, Notkero aliisque interpolatoribus dictum esse volo, suo loco in notis accuratius indicandis. Quae de nimio martyrum cultu passim occurrunt, Hispa-

His accedit *Dittochaeon*[30]), quod historias quasdam veteris et novi testamenti tetrastichis hexametris delineatas continet in ipsa poetae opp. praefatione non indicatum. Quam ob causam et cum dicendi modus passim parum Prudentianus esse videatur, Sichardus an Prudentio libellum adiudicaret, dubius haesitabat[31]), Possevinus[32]), Heinsius[33]) et cum aliis Bährius[34]) poetae eum abiudicandum putabant, Fabricius autem, Weitzius, Rivinus, Eschenbach., Leyser.[35]) aliique, quoniam in cod. Wernheri Wolflini Argentoratensis *Amoeni* cuiusdam esse dicitur (vid. infra cap. III, not. 24), *Prudentium Amoenum* alias omnino ignotum eius auctorem esse opinati sunt. Pro eadem opinione Sichardus steterit, sed forte Sedulium eius auctorem credendum ante notavit[36]). Barthius *Amoenum* esse Prudentii cognomen a librariis eodem modo adiunctum rectius vidit[37]), quo Sallustius aliique veterum scriptores similia sortiti sunt. Idem vero non dubitat, quin tetrasticha illa ex ampliori Prudentii libro excerpta sint, qui ipse ad nostra usque tempora non pervenerit. Quam quidem coniecturam aliis alii argumentis excoluerunt[38]). Equidem Dittochaeon Prudentii esse non negaverim, licet in praef. opp. mentio eius peculiaris facta non sit; sex prioribus autem carminibus cum praef. iam evulgatis Dittochaeon emis-

niae propria esse videntur, nisi forte solius Prudentii pietati ea debemus (vid. I, 12 coll. 17, 112, II, 379 coll. 333, 520, IV, 189, V, 555, VI, 83 sq. coll. 145, VIII, 1 sqq., X, 1186, XI, 195 coll. 243. XII, 60). Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, Leo M., Vigilantius Barcilonensis ecclesiae presbyter haud quaquam illi quamvis piae devotioni suffragabantur. Romae Prudentium fuisse, inde in Hispaniam reversum, ex hymn. IX, 3. 106, XI, 1 sqq. coll. 231, XII, 1 sqq. coll. 64 effici potest. Hymnos I, III, IV, VI ad diem illorum martyrum natalem celebrandum eum in Hipania composuisse ex ipsis pensiculate perlectis mihi persuasum est.

30) De variis opusculi in codd. mss. et edd. inscriptt. consulas nostr. not. crit. Vox conflata ex *διττός* et *ὀχή*; *duplex* quippe *refectio* ad Vetus et Novum Testamentum pertinet.

31) Ed. Prud. opp. p. 454 Basileae, 1527.

32) Apparat. sacr. I, p. 530 coll. Arev. II, p. 665 not.

33) Adnot. in Prud. p. 139.

34) l. l. p. 45.

35) *Fabr.* commentar. in poet. christ. p. 7, *Rivin.* de Christo Iesu, benefic. et laud. eius. (Lips. 1652, 8) p. 75, *Eschenbach.* diss. de poet. christ. in Dissertat. acad. (Norimberg. 1705) p. 100, *Pol. Leyser.* histor. poet. et poem. med. aevi p. 10 sqq.

36) Sich. l. l. p. 454.

37) Adv. VIII, 11. 12.

38) *Du Pin.* nouvelle bibl. III, p. 5, *Gall.* bibl. PP. EE. maxima VIII, p. 530, *Hamb.* zuverlässige Nachricht. III, p. 16, *Oellr.* comment. de script. eccl. ed. Heeren. (Lips. 1791) p. 258 coll. *Nicol. Anton.* bibl. vet. Hispan. sacr. II, 10, p. 226, *G. Cave* hist. liter. SS. eccles. I, p. 382, *I. N. Funccius* de veg. ling. lat. senect. p. 263, *G. Stolle* von den Kirchenvätern p. 301.

sum fuisse videtur. Stilus quidem hic illic hispidus atque hiulcus fere Prudentium sapit, et Gennadius id quoque catalogo suo insertum reliquit[39]). Ceterum Obbario hoc poema compositum videtur, „ut Christiani historias et V. et N. T. versibus descriptas haberent[40])." Attamen poeta si id sibi voluerit ieiune atque imperfecte successit. Pro certo potius habeo, istorum tetrastichorum quodvis picturae in sacri loci parietibus subscriptum stetisse atque explicationi ipsi inservisse. Rectum iam Arev. fere vidit. Obbarius[41]) vero et alii, morem illum sec. IV et V rarissimum fuisse, certe non asseruissent, si ipsis catacumbarum crypta[42]), quae Romae et Neapoli visuntur, illis seculis anteriora suis oculis perlustrare contigisset.

Quod in Gennadii catalogi fere limine notatur Prudentii opus: *Commentatus est in morem Graecorum Hexaemeron de mundi fabrica usque ad conditionem primi hominis et praevaricationem eius*, id non superest. Quodsi in praef. opp. non allatum sit, id parum probat, Prudentium eius non esse auctorem. Alicuius autem momenti est, ut ita fere censeamus, quod apud Gennadium[43]) de Salviano Massiliensi persimilia extant: *et in morem Graecorum de principio Genesis usque ad conditionem hominis composuit versu, quasi Hexaemeron librum unum.* Itaque cum neque Prudentii, neque Salviani Massiliensis eiuscemodi opus extet, probabile fit glossema aut huc aut illuc irrepsisse. Trithemius quoque id prorsus ignorat[44]).

Alterius Prudentium carminis auctorem esse nonnulli ex Gennadii vbb.: *Fecit et in laudem martyrum sub aliquorum nominibus Invitatorium ad Martyrium librum unum* sibi colligunt[45]). Isti nimirum post *nominibus* virgulam locant, qua interpungendi ratione nil pravius. Equidem Gennadii vbb., quae quin genuina sint non dubitaverim, ad librum Peristephanon adhuc superstitem referenda pro certo habeo. Legerim tamen: *Fecit et in laudem martyrum sub aliquorum nominibus invitatorium ad celebrandum martyrium* [vel *ad celebranda martyria*] *librum unum.*

39) De vir. illustr. c. 13.

40) Prolegg. p. XIII, not. 51 coll. 52.

41) Prolegg. p. XIII.

42) Perist. IX, 10, XI, 127, Bellermann: Ueber die aeltesten christl. Begraebnissstätten und besonders die Katacomben zu Neapel mit ihren Wandgemälden, Hamburg, 1839.

43) l. l. c. 67.

44) Vid. de script. eccl. I, p. 210.

45) Bähr. l. l. p. 45.

Plurimi quippe Peristephanon hymni invitatorii sunt ad diem natalem martyris cuiusdam festum agendum[46]). Qui spuria ea esse volunt,[47]) provocant isti ad exemplaria quaedam Gennadii mss., ubi desunt. Neque in cod. Alex. 551 recentiori ea invenio; haec enim exhibet: *Fecit et in laude* (sic) *martyrum librum unum. et ymnorum alterum*. Parvi tamen refert, Honorium Augustodun. (II, 13), quamvis Gennadium exscripserit, eorum non servasse memoriam.

Poemation quoddam *De laudibus Dei* Notker Balbulus[48]) solus Prudentio attribuit.

2. Prudentii carminum indoles eo definita continetur discrimine, quod inter christianismum intercedit et paganismum[49]). Atque id quidem non solum statuendum est de re, quam tractant, sed de modo etiam, quo agitur disseriturque. Siquidem quaevis illarum artium, quas plasticas vocant, dum ethnicorum cultus floreret, formis idealibus fere induta repraesentabatur, christianismus propagatus deperdidit gloriam illam pulchritudinis forma praesentem, fidelium quippe opinione a summi Dei creatoris dignitate atque maiestate alienam, ne dicam, ei contrariam. Pectoris ligamina illi quaerebant, non externi ornatus pompam. Unde ob rudem cultum incultumque ritum[50]) adversarii insectanter eos vituperabant. Itaque cum poetae christiani rem tractandam tractandi normae atque rationi posthaberent, factum est, ut illa externae speciei atque for-

46) Perist. I, III, IV, VI relqq.

47) Etiam Obb. prolegg. p. XIV.

48) Fabric. bibl. med. et inf. lat. V, p. 922. — Praeter Aurelium Prudentium Clementem de tribus aliis eiusdem nominis traditum memoriae est. Primus quidem *Turiasonensis* in Aragonia an. fere 300 episcopus fuit (cfr. Act. Sanct. ad diem 28. April. III, p. 587, Fabric. bibl. lat. III, p. 292, Goldast. ap. Weitz. I, p. 319); *Trecensis* seu *Tricassinus* in Gallia episcopus sec. IX floruit, qui varios *hymnos ecclesiasticos* (ex quibus tres leg. in Daniel. thes. hymn. I, p. 141), *collectanea e Psalmis, carmen in beat. Mariam virg. Trecensem* aliaque scripsit, quae in nonnullis codd. Aurelii Prudentii Clementis nomen inmerito prae se ferunt (cfr. Hincm. Rhemens. I, p. 119, 204, 322 ed. Paris. a. 1645, Barth. Adv. XVIII, 11, Fabric. bibl. med. et inf. lat. VI, p. 22, Leyser. l. l. p. 254); tertius monachus Germanus, Walafridi Strab. praeceptor, cuius tractatus *de septem peccatis mortalibus et septem vitiis oppositis* imitatio est Aurelii Prud. *Psychomachiae*, cuiusque plures hymni eccl. adhuc extant.

49) Prolixius de eo disserunt Bouterweck. Geschichte der Poesie und Beredtsamkeit seit dem XIII. Jahrh. I. p. 3, A W. v. Schlegel. Vorlesungen über dram. Kunst u. Litter., cfr. Friedemann. l. l. Paraenesen V, p. 201, Fr. Ancillon. zur Vermittelung der Extreme und Meinungen (Berlin. 1831) II, p. 95 sqq., Jean Paul. Vorschule zur Aesthetik ap. Friedemann. l. l. IV, p. 332, Bähr. l. l. p. 8.

50) Perist. V, 26.

mae pulchritudo iis evanuerit, quam in veterum scriptis admiramur omnibus numeris absolutam. Nam si illi et prodesse volebant et delectare, maximae hisce erat curae, religionis revelatae facta atque mysteria fidelibus demonstrare atque commendare, commendatis demonstratisque infideles adlicere. Quo intelligitur, poetae nostri carminum indolem paraenesi magis iniunctam esse, quam lyrica sublimitate elevatam. Ipse nimirum poeseos suae ingenium innuit, si eam pedestre carmen viliaque serta et marcida[51]) dicit, dulces quidem et hendecasyllabos[52]) ipse sibi adiudicans. Verumenimvero fides novella novellum loquendi modum sibi adtulit. Quo factum est, ut veterum linguam pro re nata immutatam videamus[53]), id quod inprimis ob nominum ac verborum quantitatem neglectam haud raro offendit[54]). Quare Prudentii poesis colorem

51) Epilog. v. 12, Perist. III, 208 sqq.

52) Perist. VI, 162. De libri Cath. hymnis Bähr. l. l. p. 42 circumspecte iudicat: „Neben manchem Erhebenden, was uns den edlen und frommen Sinn des Dichters erkennen lässt, finden sich freilich auch manche gewöhnliche Gedanken und Vorschriften, die hier nur in eine poetische Form gebracht sind; wie denn überhaupt das lyrische Element mehr zurücktritt und an dessen Stelle das Lied mehr einen didaktischen und paraenetischen Charakter annimmt, eben darum auch öfters keinen höheren Aufschwung gewinnen kann, sondern sich mehr in dem darstellenden, ermahnenden und aufrichtenden Tone hält." Cfr. Arnold. Kirchen- u. Ketzerhistorie I, lib. IV, 4, 5, Herder. Briefe zur Beförderung der Humanitaet VII, p. 28 sqq, Rambach. christl. Anthologie I, p. 33, Augusti Denkwürdigkeiten aus der christl. Archaeologie V, p. 286, 296, Heydler. über das Wesen und die Anfänge der christl. Kirchenlieder (Frankf. a. d. O. 1835, 4) p. 12.

53) Si orationi solutae e C. Caesaris praecepto insolens verbum evitandum *ut scopulus* est (Gell. N. A. I, 10, 4), poetae prisce loquenti facile in*dulgeas*, qui modum certosque fines observat. Quare antiquitatem in Prudentii versibus hic illic potius laudanda quam vituperio prosequenda. Huc traxerim *formas* archaicas, quas usurpat antiquiorum praecipue comicorum et Lucretii more (Cath. V, 53, Apoth. 65, 702, Ham. 544 *olli*, ibid. 624 *percensĕre*, Symm. I, 162, 275, 504, Perist. II, 569, V, 10, X, 333, 803, 878 relqq.), itidem eiuscemodi *vocabula* (*altrinsecus* Perist. V, 53, Plaut. Merc. V, 4, 16, ibid. Pseud. III, 2, 73, *fulgidus* Cath. I, 9, *indomabilis* Perist. V, 11 relqq.). Priscarum vocc. formarum catalogus multo auctior reddi posset, si in locis dubiis codd. lectiones magis sibi constarent. Idem dictum de iis voluerim, quos ex idiotismis quaeque ex eorum similibus iam allaturus sum. Plura quaerentibus praesto est elenchus, quem Corn. Valerius cum Giselino communicavit (ed. Weitz. II, p. 503 sqq.), *index* III ed. Cellarii, quos Arevali *Index verborum et phrasium Prudentii* (II, p. 1241) et numero et delectus cura superat. Neque igitur Prudentio vertas vitio, quod exemplum pedestris sermonis scriptorum secutus vocibus aetate sua creatis potius usus est, quam archetypis antiquiorum. Eo pertinent prae aliis nomina, quae desinunt in *men* et *amen*. Neque desunt, quae sensu quodammodo permutato exhibet: quo factum *est*, ut non ita multo post glossatores invenerit, qui ipsa carminum inusi*tatiora* vocabula scholiis illustrarunt.

54) In arsi saepius praevalet accentus lege quantitatis posthabita. Ex multis, qui occurrunt, eiuscemodi naevis hic illic suo loco adnotatis (Apoth.

Romanum non amisit totum, sed vividum ubique vix sibi servavit; plena refertaque est Dei scientia, laborat aetatis suae iam senescentis maculis vitiisque[55]). Ipsius poetae animi candor ubivis pietatem spirat, lectorem movet, interdum secum abripit, sed mox fri-

lemmatis v. 11, Symm. II, 1046, Perist. XIII, 61) hos praevios adponam: *utrāque* Cath. X, 5, et bis Perist. III, 80, *eādem* Perist. I, 3, *Sardīnia* Symm. II, 946, *duītas* Ham. praef. 37, *sophīa* (σοφία) Cath. XI, 20, Symm. I, 34, *hecătombe* Perist. X, 1051. In thesi vero saepe corripit graec. η, ut fiat ex Reichlin. itacis. ĭ aut ĕ accentu retento: *parāclītus* (παράκλητος) Cath. V, 160, *ēnergĭma* aut *inergĭma* Apoth. 400, *ĕthĭcus* Ham. 581, *erēmus* (ἔρημος) Cath. V, 89, Psych. 371, *mathēsis* (μάθησις) Symm. II, 479; huc pertinent *allŏphўlus* (ἀλλόφυλος) Ham. 500, Ditt. 71, *ăzўmon* (ἄζυμον) Apoth. 353, *ĭdŏlium* Apoth. 186, *idŏlolatrix* Ham. 404, *Chalcedŏn* (Χαλχηδών) Psych. 857, *Lacedaemŏn* Symm. II. 247, *daemŏn* ibid. 889. Diphthongi αι loco vocalis ĕ correpta invenitur (vid. ad Cath. VI, 142, VII, 93, Apoth. 210, 331). In ipsis adeo latinis vocabulis prosodiae leges interdum negligit: *sŏcors* et *sŏcordĭa* Cath. I, 34, Apoth. 126, Perist. X, 810, *lūgubris* Cath. IX, 79, *cuĭ* (monosyllab. brev.) Cath. III, 167, *găneo* Ham. 322, *rŭbigo* Psych. 105, *dispăr* et *impăr* Ham. 27, Symm. I, 168, *involūcrum* Symm. I, praef. 54, *frustră* Perist. I, 13. Haud insolitum nostro hiatum esse, passim in nott. indicabitur. Nec rara est caesura versus duplicata, ea quidem frequentior in libb. contra Symm. (II, 227) quam alibi. Familiaris cum aliis ei est mos producendi syllabam brevem ante mutam consonantem cum liquida sicuti ante *sc, sp, st* relqq. (vid. ad Symm. I, 54 not. crit.). Prosodia autem nominum propr. perquam fluctuat: *Iesum* Cath. I 81, *Mōўses* ibid. V, 63, *Bēlia* Ham. 520 coll. *Bĕlĭa* Psych. 714. Vix autem ferenda est illa generis permutatio voc. *aspis* Symm. I, praef. v. 37, quam Prudentianam esse ex Perist. X, 257 facile colligas. Quare Obbarius l. l. *Excussamque* male et tacite quidem correxit.

55) Bähr. l. l. p. 9: „Was bisweilen störend hervortritt, weniger in den lyrischen als in den episch-panegyrischen Dichtungen, ist die theilweis vorherrschende und mit zu grosser Ausführlichkeit behandelte Verehrung von Heiligen und Martyrern, von Reliquien u. dgl. m., das Einmischen mancher der reinen Lehre Christi fremdartigen Vorstellungen und Lehren, wie sie freilich zum Theil im Geiste jener Zeit lagen, und dadurch wieder andererseits manche dieser Dichtungen zu einer wichtigen Erkenntnissquelle für die Geschichte der Behandlung und Ausbildung mancher kirchlichen Lehren gemacht haben; daher auch für das Studium der Kirchen- und Dogmengeschichte diese Dichter von Wichtigkeit sind, namentlich wo sie, wie z. B. ein Prudentius, Prosper und A. didaktische Zwecke in ihren Dichtungen verfolgen, und damit zunächst die Widerlegung irrthümlicher, ketzerischer Gegner oder andere apologetische Zwecke verbinden. Wenn wir nun über manche solcher Beimischungen, von dem aesthetischen Standpunkte aus, vielleicht ein tadelndes Urtheil auszusprechen haben, so müssen wir doch auch wieder bedenken, dass diess im Geiste der Zeit, die diese Geschichte überhaupt hervorrief, lag, unser Tadel demnach überhaupt mehr die Gesammtrichtung der Geister als die einzelnen aus dieser Richtung hervorgegangenen Productionen treffen würde, gerade wie diess auch bei der Sprache dieser Dichter der Fall ist, die natürlicher Weise auch die Flecken ihrer Zeit an sich trägt, und die Reinheit der classischen Zeit keineswegs erhalten konnte, wenn sie auch gleich weit reiner und von Verderbnissen jeder Art, durch engeres Anschliessen an die classischen Muster der Vorzeit und eifrige Nachbildung derselben, sich freier erhalten hat, als die Sprache der Prosa, wie wir diess in mehreren speciellen Fällen nachweisen können."

gidior est iciuniorque quam rei tractandae optes. Quare alii[56]) eum Flacco vel Maroni comparare ausi sunt, alii[57]) plus quam par est vilipependerunt. Equidem re maturius pensitata Prudentium in primorum christianorum poetarum choro primum collocandum dixerim[58]). Atquin alii, qui eum antecesserunt, ut Iuvencus,

56) Sidon. Apollinar. Ep. II, 9, Barth. Adv. VIII, 12, p. 388 coll. VIII, 11, p. 384 (*Prud., quo nemo divinius de Christianis rebus unquam scripsit*), vota doctt. virr. in limine ed. Weitz., Bentley. ad Hor. Od. II, 2, 15, Tillemont. mémoir. eccl. X, p. 562, Adrian. Baillet Les vies des Saints l. l., Arev. prolegg. I, 203, quibus addo e cod. Sessoriano (*9*) Isidori Hisp. (biblioth.) non vulgare elogium: *Si Maro, si Flaccus, si Nason et Persius horret, Lucanus si te Papiniusque tedet, Par eat eximio dulcis Prudentius ore, Carminibus variis nobilis ille satis: Perlege facundi studiosus carmen Aviti, Ecce Iuvencus adest Seduliusque tibi, Ambo pares lingua, florentes versibus ambo Fonte evangelico pocula larga ferunt. Desine gentilibus ergo inservire poetis, Dum bona tanta potes, quid tibi Caliope?* De relqq., qui Prudentium ob eloquentiam atque ingenium summa laude prosecuti sunt, legas Arev. prolegg. I, p. 206 sqq.

57) Gyrald. de poett. lat. dialog. 25, Moreri dictionaire histor. V, p. 1115, Gibbon history of the decline V, p. 311 (vers. germ.), Bernhardy röm. Literaturgesch. p. 310.

58) Ita fere et Io. Clericus (Lebensbeschr. einiger Kirchenväter p. 376), Augusti l. l. V, p. 303, Bähr. l. l. p. 46, Obb. (prolegg. p. XVI). Quid mirum, quod fuerunt, qui iuvenes in gymnasiis Prudentio legendo instituendos censuerint? Vid Ludovic. Vives in Epist. II de ratione studii puerilis, p. 10 (Opp. Basil. 1555): „Legendi et poetae nostrae pietatis, Prudentius, Prosper, Paulinus, Sedulius, Iuvencus et Arator: qui cum habeant res altissimas et humano generi salutares, non omnino sunt in verbis rudes aut contemnendi. Multa habent, quibus elegantia et venustate carminis certent cum antiquis, nonnulla, quibus etiam eos vincant.“ Fabr. Ep. dedicat. ad poet. christ. opp. p. 8, Barth. Adv. LIII, 3 sqq., Cellar. dissert. acad. p. 691, cum Lobeck. (proleg. physiologiae gramm. p. IX), ne mox in scholis et Prud. et Sedulius legantur, metueret. Rectum vidit Bähr. l. l. p. 10 haec adnotans: „Wenn wir daher auch nicht unbedingt die Ansicht derjenigen theilen können, welche die Einführung dieser christlichen Dichter statt der heidnischen in Schulen zum Zwecke des Sprachunterrichts wie zur Bildung eines ächt christlichen Gemüths vorschlagen, aus Gründen, die zu offen da liegen, um weiterer Ausführung zu bedürfen, die auch nie, selbst im Mittelalter, verkannt worden sind, so glauben wir doch, dass es zweckmässig und von wesentlichem Nutzen sein dürfte, den Erzeugnissen christlicher Poesie auch auf unseren höheren Bildungsanstalten eine grössere Aufmerksamkeit zuzuwenden, als diess bisher der Fall war, die Jugend demnach in den obern Classen der Gymnasien und Lyceen mit den vorzüglicheren Erscheinungen dieser Poesie, die ihnen jetzt so ganz fremd ist und bleibt, bekannt zu machen, ja selbst einzelne Stücke solcher Dichtungen in die Chrestomathien Lateinischer Dichter, in denen sie wahrlich, auch von anderen Standpuncten aus betrachtet, eine Stelle neben manchen Producten der heidnischen Zeit verdienen, aufzunehmen, um so zugleich den lebendigen Gegensatz der heidnischen und christlichen Welt und Poesie erkennen zu lassen und jugendlichen Gemüthern frühe einzuprägen. In ähnlichem, ja noch weit stärkerem Sinne [als der Humanist Ludovic. Vives im 15. Jahrhundert] haben sich auch andere Männer, ein G. Fabricius, Caspar Barth., Leyser [praef. ad historiam poett. med. aev. Halae Magdeburg. 1721], Daum [praef. ed. Paulin. Petrocor.] u. A. ausgesprochen, was wir nicht an-

certe optimorum veterum exemplis adfiniores sunt eos aut imitantes aut anxie iterantes; sed Prudentius circumspectior est grandiorque cogitationibus conceptis et modo tractandi atque dicendi ipsi proprio. Psychomachiae liber mediocritatem vix superat; vile est Dittochaeon; contra Symmachum libros dicendi atque argumentandi genus prae ceteris commendat, immo palmam postulat; Apotheosin et Hamartigeniam pedestria dixerim carmina, ipsa quidem summi pretii iis, quorum est rem dogmaticam adcuratius perscrutari, quamvis nondum satis excussa; Cathemerinon lib. ad praemium lyricae christianae poeseos prope accedit; Peristephanon lib. praeclarum monumentum christianae pietatis est, quae summo Dei amore abrepta superna petit.

3. Adponam metrorum conspectum, quibus Prudentius usus est praeter hexametrum heroicum (Apoth., Ham., Psych., uterq. contra Symm. lib., Dittoch.). Aldo Rom.[59]) praeeunte alii[60]) eorum elementa descripserunt inque schemata composuerunt, vitiis tamen scatentia atque manca. Arevalus[61]) bene meruit de iis ad veterum normas plane ac dilucide constituendis. Itaque in hunc fere modum ordinari possunt:

I. Glycon., Asclepiadeus, choriamb. Callimach. tristroph.:

–́ – | –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏒

–́ – | –́ ⏑ ⏑ – | –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏒

–́ – | –́ ⏑ ⏑ – | –́ ⏑ ⏑ – | –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏒

Praefat. omnium opp.

II. Dimeter iambicus:

⏒ –́ ⏑ – ⏒ –́ ⏑ ⏓

Cath. I, II, XI, XII; Perist. II, V.

führen würden, wenn nicht die vorherrschende Ansicht des Gegentheils, die allgemein verbreitete Geringschätzung dieser christlichen Dichter, sowohl was Inhalt, als was die Sprache betrifft, zugleich den Grund und die Ursache leicht errathen liesse, warum diese Dichter verhältnissmässig in neuerer Zeit so wenig beachtet, ja so vernachlässigt worden, daher auch in ihrem Text, von so vielen und zahlreichen Verderbnissen, die ihre Lectüre nicht wenig erschweren, entstellt erscheinen; was allerdings die Klagen eines C. Barth. [Adv. XIII, 14 init. p. 733] vollkommen rechtfertigen mag."

59) In limine ed.: „De metris ... Ad Danielem Clarium Parmensem virum doctiss."

60) Vid. edd. Sich. Basil. 1527, Antverp. 1536 et 1540, Gis. Paris. 1562 et Antverp. 1564, Cham. Paris. 1687. His accuratior est ordo versuum mensor, quem in nonnullis membr. vetustioribus praevium carminibus reperi adnotatum, utpote qui ex Bedae Ven. libro *de metrica ratione* provenerit (cfr. Grammaticae latin. auctor. antiqui ed. Hel. Putschius, Hanov. 1605, 4, p. 2349...2382).

61) Prolegg. 198 sqq.

III. Trimeter dactylicus hypercatalect.:

⏑ ˘ ˘ ⏑ ˘ ˘ ⏑ ˘ ˘ ⏓

Cath. III; Perist. III.

IV. Hendecasyllabi phalaecii:

⏑ – ⏑ ˘ ˘ – | ˘ – ˘ – ⏒

Cath. IV; Perist. VI.

V. Asclepiadeus:

⏑ – | ⏑ ˘ ˘ – | ⏑ ˘ ˘ – ˘ ⏓

Cath. V; contra Symm. I, praef.

VI. Dimeter iambicus catalect.:

⏒ ⏑ ˘ – ⏒ ⏑ ⏒

Cath. VI.

VII. Trimeter iambicus:

⏒ ⏑ ˘ – ⏒ ‖ ⏑ ˘ – ⏒ ⏑ ˘ ⏓

Cath. VII; Perist. X; praef. Ham. et Psych.

VIII. Metrum Sapphicum:

⏑ ˘ – ⏓ | ⏑ ‖ ˘ ˘ – ˘ – ⏒

– ˘ – – | – ‖ ˘ ˘ – ˘ – ⏒

– ˘ – – | – ‖ ˘ ˘ – ˘ – ⏒

⏑ ˘ ˘ – ⏒

Cath. VIII; Perist. IV.

IX. Tetrameter trochaicus catal. [62]):

⏑ ˘ – ⏒ ⏑ ˘ – ⏒ | ⏑ ˘ – ⏒ ⏑ ˘ ⏓

Cath. IX; Perist. I.

X. Dimeter anapaesticus catal. [63]):

⏔ ⏑ ⏔ – ˘ ˘ ⏑ ⏒

Cath. X.

62) Beda l. l. 2379: *Hoc metrum ... recipit omnibus locis trochaeum, spondaeum omnibus* [cfr. Cath. IX, 40, 59, 72 etc.], *praeter tertium. Currit autem alternis versiculis* [quia asynarteti sunt tetr. troch. vid. not. crit. ad Perist. I, v. 25], *ita ut prior habeat pedes quattuor, posterior pedes tres et syllabam. Huius exemplum totus est hymnus ille pulcerrimus* [apud Daniel. l. l. p. 191]:

*Hymnum dicat turba fratrum,*
*Hymnum cantus personet,*
*Christo regi concinentes*
*Laudes demus debitas* etc.

63) Barth. Adv. XXI, 4, p. 1023: „Carmen ipsum huius moduli — *Deus ignee fons animarum* funebribus cantilenis aptum fuisse apud priscos, docet nos Ausonius ad Manes Pomponii Maximi:

*Cape munus triste parentum* sqq.

Manifesto enim non tam de ipsa cantilena, sed modis eius funebribus aptis solemnibus sermonem habet. Antiquissimum esse metrum ipsum docent vetustissimi poetae Timothei versus apud Macrobium VII, 16.“

XI. Trimeter et dimeter iambicus:

⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ ‖ ⏓ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑ ⏔

⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑ ⏔

Apoth. praef.

XII. Glyconeus:

⏓ – | ⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏔

Contra Symm. II, praef.; Perist. VII.

XIII. Stropha elegiaca:

⏓ ⏒ ⏓ ⏒ ⏓ ‖ ⏒ ⏓ ⏒ ⏓ ⏑ ⏑ ⏓ ⏑

⏓ ⏒ ⏓ ⏒ – | ⏓ ⏑ ⏑ ⏓ ⏑ ⏑ ⏔

Perist. VIII, XI.

XIV. Hexameter dact. et trimeter iamb.:

⏓ ⏒ ⏓ ⏒ ⏓ ‖ ⏒ ⏓ ⏒ ⏓ ⏑ ⏑ ⏓ ⏑

⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ ‖ ⏓ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑ ⏔

Perist. IX.

XV. Stropha Archilochia (quarta):

⏓ ⏒ – ⏒ – ‖ – ⏓ ⏑ ⏑ | ⏓ ⏑ – ⏑ – ⏑

⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ – ⏑

Perist. XII.

XVI. Versus Archilochius:

⏓ ⏒ – ⏒ – ‖ ⏒ – ⏑ ⏑ | ⏓ ⏑ – ⏑ – ⏑

Perist. XIII.

XVII. Hendecasyllabus Alcaicus:

⏑ | ⏓ ⏑ – ⏑ | ⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏔

Perist. XIV.

XVIII. Dimeter troch. et trimeter iamb. catal.:

⏓ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑ ⏔

⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ ‖ ⏓ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑

Epilog.

## CAP. III.

## DE CODICIBUS MSS. ET EDITIONIBUS PRUDENTII.

1. Italiae illustres mihi bibliothecas perscrutanti mira quaedam codd. mss. Prudentii penuria iterum iterumque notabilis fuit. Nam si Romam excipias, ubi bibl. Vaticana exemplar integrum adservat unum (Alex. 321) [1]), nullibi, quod scio, alterum latet, et

1) Hinc Obbarium corrigas, qui nescio quonam auctore prolegg. p. XLI scribit: „at horum [Arevali] omnium librorum mstorum tres tantum (Alex. n. 321, Urb. n. 666, Angel. [scribe saltem *Vat.*] n. 5821) omnia poetae carmina complecti iure doleas.“

quae in Laurentiana Florentiae extant Prudentiana, imperfecta sunt, itidem parvique ponderis ea, quae alibi inveniuntur. Id autem ita esse non in sola Italia, sed etiam apud Germanos, Gallos, Britannos celebratissimas quasdam bibliothecas Prudentium non habere iure doleas. Quae cum ita sint, qui Prudentium ediderunt, nihil iis antiquius esse debebat, quam ut membranas, quotquot ad manum essent, summa cum cura excuterent ad poetam pristino nitori restituendum. Verumenimvero qui decimo sexto ac decimo septimo saeculo codd. manuscriptorum praesidia ad hunoce textum emendandum congesserunt, ii profecto non omnem scripturae varietatem proponebant, sed eam fere quae pro ipsorum captu utilis foret ad rem atque apta, reliquis omnibus iisque haud raro optimis variis lectionibus silentio atque oblivione iterum sepultis. Attamen quantum lucis integra supellectile critica ipsi textus intellectui afferri, quantum tenebrarum manca ratione critica diffundi queat ac debeat, omnes, quibus huius rei iudicium est, hodie persuasum habent. Critici iudicium textus emendationem attingit atque patefacit, boni Codices manu scripti eandem perficiunt, absolvunt, veram reddunt. Quare iam Barthius[2]): „Illud certum est, non extare auctores corruptiores istis poetis Christianis, qui ubique omnibus erant in manibus" et[3]) de Paulino, ratione aliorum quoque poetarum christianorum haud subobscure habita: „Dici non potest, quam contemtim vulgo tam divina Opera habeantur: quotus enim quisque est vel eruditorum nihil non pervagantium alioquin, qui horum bis aut ter meminerit? Unde longe etiam maiorem illustrantis diligentiam requirunt, quam putatum hactenus est." Quantopere autem post messem messor, post tectum architectus requirebatur, id quamvis pro aliquantula parte iis liquebit, qui, quam nos ex codd. Vatt. post Marietum, Teolium, Arevalum, criticam supellectilem Prudentii carminibus emendandis atque illustrandis attulimus pleniorem atque correctiorem cum illorum apparatu vel obiter comparaverint. Idem ex accuratiori collatione eorum codd., qui in Gallia, Britannia, Germania, Helvetia vel alibi latent, plus minusve effici posse omnino mihi persuasum est, cum etiam Obbarii novissimi editoris sollertia alias satis laudanda ex hinc supplementis indigeat[4]). Sed id humanitus illis accidisse, quis est,

2) Adv. XIII, 19, p. 745.

3) Adv. XIII, 14, p. 733.

4) Dubitavi, quin collationi Guelferbytanorum codd. Obbarianae passim fides habenda sit. Atque me non errasse mox ex iis videre fuit, quae cl. Ieepius Guelferbytani rector, humanissime rescripsit. Notae criticae nonnulla tibi corrigenda indicabunt. Doleo, quod tardius suspicioni vacare coepi.

qui non viderit? Attamen quanto priores editores criticae perfectioni reliquerunt supplendum atque resarcinandum, eorum tanto diffidendum scientiae est, ubi codd. aetatem atque criticum valorem diiudicarunt. Quod cum omnes persuasum sibi habeant, quorum huius rei iudicium est, nil sane proficerem ex illis minus accuratis repetundis. Fortuna quippe invisa noluit, quin ut ipsis oculis omnia, uti quondam in animo fuit, Prudentii scripta monumenta reviserem, indeque ad hunc finem aestimarem. Brevem igitur codd., quos inter manus non habui meas, notitiam dabo, plura de iis dicturus, quos ipse contuli.

Quos Prudentii vidi codd. vetustos, ii omnes et variis lectionibus et glossis aut interlinearibus aut ad marginem adpositis[5]) instructi erant, cum recentiores utrisque fere carerent. Hinc collegerim aut Prudentium ipsum duas carminum recensiones confecisse[6]), aut non multo post eius obitum doctam critici cuiusdam manum textum lectionum varietate suo sibi usui vel aliorum illustrasse. Ista profecto textus discrepantia, quae in Cath. hymn. X, 9 sqq. in codd. occurrit, vix aliunde nisi e Prudentii calamo provenire potuit[7]). Huc traxerim Ham. versum 69 et relqq., qui in aliis exemplaribus adsunt, desunt in aliis. Quod Obbarius asserit[8]) simile duarum editionum ab ipsis scriptoribus paratarum exemplum apud veteres non inveniri, cum librorum evulgandorum modus a nostro longe diversus fuerit, id non ita sentio. Etenim ut alia omittam, pernotum est illud, quod de Virgilio memoriae traditum est[9]), parere se versus more atque ritu ursino dicere solito „Namque, ut illa bestia fetum ederet ineffigiatum informemque, lambendoque id postea, quod ita edidisset, conformaret et fingeret, proinde ingenii quoque sui partus recentes rudi esse facie et imperfecta,

5) Quae *Isonis* (Magistri sec. IX) nomine feruntur, reliquis fere praestant. *Weitzius* (in ed. 1613) e codd. *Bongarsii* et *Widmannii* eas primus evulgavit neque integras, ut videtur, neque accuratas. Num ibidem Iso illarum explicationum auctor dictus sit, Weitzius non memorat. Quas aliunde alii (cfr. Arev. *Glossae Vett.*, Obb. prolegg. p. XXIII, not. 4) attulerunt, nosque ex cod. Vat. 3859 passim exhibebimus, eodem ex fonte non omnes manasse videntur. De Isone autem vid. Ekkard. de casib. monaster. S. Galli cap. 1. 2. in Goldasti libro: rer. alemannic. aliquot scriptor. I, p. 12. 22. Mabillon. AA. SS. ordin. S. Benedicti XI. p. 50, Fabric. bibl. med. et inf. lat. IV, p. 564 sq., Müller. praef. ad ed. Colon. 1701, p. 2.

6) Rectum vidit Nic. Heinsius ad Cath. X, 9 et Psych. 727 sq. Cfr. Gis. ad Perist. XIV, 130 ap. Weitz. p. 449 (Perist. VIII, 130).

7) Idem nostris poetis usu venisse videmus. Cfr. Fr. Schilleri carmen, quod *die Ideale* inscribitur, eiusque *Metrische Uebersetzungen*.

8) Prolegg. p. XXVII.

9) Cfr. Gell. N. A. XVII, 10, 2.

sed deinceps tractando colendoque reddere iis se oris et vultus delineamenta." Idem sibi vult, quod Fidus Optatus[10]) de correctura quadam in Aeneidis codice manu ipsius Virgilii facta refert. Qui igitur codd. describebant, varias autographi lectiones passim adpictas ipsi textui forte aut sponte insinuabant, quo factum est, ut primitiva poetae dicta sensim suo loco cederent. Ast cod. archetypum scholiis interlinearibus praeditum fuisse, ut Obbario[11]) videtur, eius rei nullibi indicium est. Interpolatio vero cum coepisset, seculorum decursu progressa est eo usque, ut ex illis, quae extant scriptis monumentis genuinum Prudentii textum omnibus numeris absolutum enucleari atque repristinari posse vix credam. Etenim in omnibus codd., quod scio[12]), secunda manus emendatrix invenitur. Sed iam in recensendis editionibus de singulis dicam codicibus, quibus nixi viri docti illas paraverunt, non omissurus, qui praeterea mentione digni videbuntur.

2. *Fabricius* in bibl. vet. lat. editionem Prudentii se vidisse testatur *sine loco et anno* formae 4, quae ceteris omnibus prior esse videtur. In calce leg.: *Aur. Clem. Prudentii opera lector hoc ordine impressa invenies. Primum in utrumque testamentum tetrasticha. Deinde eum, quem de divinitate librum scripsit apotheosinque titulavit. Psychomachia sequitur. Hamartigenia his recto ordine additur. Peristephanon subditur, sic enim liber graece ad martyrium inscribitur. Diuturno vero libro, qui et cathemerinon dicitur et eo, quem contra Symmachum idololatriam defendentem scripsit, pulcro et recto ordine totum opus consumatur.*

*Augustae Vindelicorum Finem Hamartigeniae* cum *Psychomachia* an. 1470 prodisse Ludwigius solus memorat. An. 1470.

Non ambigitur de ed. *Daventriae* a. 1492 (non a. 1495 ut Arev. Giselinum non intelligens in prolegg. p. 79 male computat)[13]). — *Victori Giselino* novam Prudentii editionem paranti 1492.

10) Cfr. Gell. N. A. II, 3, 5.

11) Prolegg. p. XXVII.

12) Puteano mirandae vetustatis exemplari non excepto ut Cath. VII, 44 etc.

13) Fabr. l. l. et Maittair. (Annal. typogr. I, p. 99) loquuntur, perinde quasi ed. Daventriensis a. 1472 extet. Id iam nemo credit. Prodiit autem ea haud dubie ap. *Richardum Paffroet.* 1492, 4. Ebert. (Bibl. lex.) non raram dicit ad *Iuvenci* ed. Daventr. (I, p. 928) haec adnotans: *Das letzte bloss auf der Rückseite bedruckte Blatt* (ed. Iuvenci) *enthält ein Epigramm von Herm. Busch: gehört eigentlich zu desselben Druckers Ausgaben vom Prudentius und Sedulius.*

illa ad manum fuit[14]). Textus quidem non ex optimis membrauis emanavit.

1495. *Aur. Clem. Prud. opp. poetica Daventr. an.* 1495, 4 *ex edit. Rud. Langii* Ludwig. et editor Lond. (1824) p. 1537 commemorant, sed dubito quin existat.

1501 et 1502. *Prudentii poetae opera, Venetiis apud Aldum mense Ianuario,* M. D. I. 4. Aldus autem primus textui emendando codice satis bono usus *ab usque Britannis accito*[15]) sedulo operam navavit. Haud pauca tamen vitia irrepserunt, quare ipse primo quaternioni *Emendata in Prudentio* indidit. Adhuc a librariis in Italia duas Prudentii edd. circumferuntur atque venduntur, quas ex Aldi officina prodisse halucinantur. Breviter dicam. Vera Aldina in forma 4. impressa est cum subscriptione a nobis indicata, spuria in 8. Lugduni clandestino opere prodiit *sine loco et anno.* Fuit autem an. 1502 (Ebert. Bibl. lex. l. l.).[16]) Aldi vestigia fere pre-

14) Cfr. ipsum in praef. ad comment. in Psych. p. 3.

15) Cfr. Aldus Romanus Danieli Clario Parmensi etc.: *Prudentius primus ex Christianis poetis, qui in manus nostras pervenerunt, ab usque Britannis accitus, cum iam mille et centum annis et plus eo delituisset, exit in publicum typis nostris excusus.*

16) Meum utriusque edd. paucis describam exemplum, quae librariis veras cum spuriis Aldi edd. commiscentibus velim innotescant. In primo fol.: *Prudentii poetae opera. Virtutum cum uitiis pugna, heroico carmine. Hymni diurnarum rerum, Ad Gallicātum. Ad Matutinū. Ante cibum. Post cibum. Ad lucernae accensionē. Ante somnū. De ieiuniis. Post ieiuniū. Ad omnes horas. In exequiis defunctorū. In natali die dñi nostri Iesu christi. In epiphania. Liber de diuinitate, in quo sunt hymnus de trinitate. In infideles, Contra haereticos, qui patrem passum affirmant. Contra Sabellianos haereticos. Cotra Iudaeos. Cotra Homūcionitas. De natura animae. Cotra Phantasmaticos. De resurrectione. Liber de origine peccatorum, contra Marcionitas, uersu Heroico. Tragoedia de passione Romani martyris, uersu Iambico. Liber de coronis martyrum, in quo sunt, Odae in honorē Hemeterii, et Cheledonii. In honorem passionis sancti Laurentii. In laudem Eulaliae. In laudem Undeuiginti martyrum Caesaraugustae. In laudem. s. Vincentii. In laudem Fructuosi, Augurii, et Eulogii. In laudem Quirini De loco ubi Martyres passi. Passio Cassiani. Passio Hippolyti. Passio Apostolorum Petri, et Pauli. Passio Cypriani. Passio Agnetis. Contra Symmachū libri duo, in quibus deridet Gētiliū Deos. Tituli historiarum, de ueteri et nouo testamēto per tetrasticha. Haec graece, Cantica Ioannis Damasceni in Theogoniam. Epiphaniam. Pētecosten. In diem Domenicū Pascae. In Ascensionem. In Transfigurationem. In Annuntiationem. Cosmae hierosolymitani, Cantica tredecim. Cantica Marci episcopi Idrontis, in Magnum Sabbatum. Canticum Theophanis in Annūtionem. Quae oīa habet e regione latinam interpretationem.* Sequuntur deinde in primis 16 pagg. haec: *Aldus Romanus Danieli Clario Parmensi bonas litteras Ragusii profitenti. s., De metris quibus hoc in libro Prudentius usus est. Ad Danielem Clarium Parmensem virum doctiss., Aurelii Prudentii vita per Aldum Romanum. Gennadius presbyter in catalogo uirorum illustrium huius Prudentii sic meminit., Aldus lectori. s., Emendata in Prudentio.* Sequitur textus, in quo Cath. libro antecedunt

munt editores usque ad Giselinum omnes. — *Sedulii carmen paschale. Aurelii Prudentii poemata.* Ex privilegio *Ianus Parrhasius* editor cognoscitur annusque 1501. In fine: *Impressum Mediolani, sumptibus Iani et Catelliani Cottae, dexteritate Guillelmorum le Signerre fratrum.* Librum, cuius varr. lectt. cum vulgatis minus conveniunt, primus Arevalus vidit atque contulit. Earum non paucas Parrhasii ingenio, nonnullas schedis Ambrosianis deberi crediderim[17]). Exhibet Perist. X, XII, II, XI, IX, XIV, IV, VI.

*liber Historiarum.* In fine: *Liptzick per Baccalaureum* 1503.
*Wolfangum Monacensum impressus et per Mag. Erasmum Heynemann Liptzensem diligenter emendatus. Anno dom.* 1503, 4., cfr. Panzer. l. l. VII, p. 146.

*lib. Histor.* Fin.: *Lipsiae per Martinum Herbipolensem a.* 1505.
M. D. V. 4. — *Enchiridiolum metricum in utriusque instrumenti historias.* Fin.: *Impress. Liptzk per Iacob. Thanner Herbipolen. A. dni* 1505. *die* XV *mens. Februar.* 4. Cfr. Panzer. VII, 153 sq.

*Psychomachia religiosi Prudentii. Ioannes Foeniseca Augn.* 1506.
(ipsum titulum excipit carmen) *ad lectorem: Si spectacula te iuvat videre etc.* In calce voluminis: *Castigata per Ioann. Foenisecam Augñ. collatis aliquot vetustis exemplaribus. Finis Psychom. Prudentii. impressa Augustae per Erhardum Oeglin. Anno dom.* M. D. VI. 4., cfr. Panzer. Annal. typograph. ab a. 1501 ad a. 1536 contin. VI, p. 135.

*Divi Romani* [Perist. X] *herois et Christi martyris fortis-* 1507.
*simi inclytum adversus gentiles certamen ab Aurelio Prudentio Clemente viro consulari et poeta praeclaro nobili carmine com-*

*Versus Aurelii Prudentii de novo lumine pascalis sabbati* in indice praevio heic non indicati. In fine voluminis: *Venetiis apud Aldum mense Ianuario.* M. DI. Epistola dedicatoria voluminis II., quae in multis exemplaribus (etiam meo) non invenitur, ad *Dan. Clarium* mense Iunii anno 1502 data fuit. Unde nonnulli editores, sicuti Gis. et Arev., duas Aldinas impressas esse suspicati sunt, priorem a. 1501, alteram a. 1502. Attamen quam sine loco et anno ed. Aldinam venditant, ea prodiit Lugduni a. 1502. Est igitur 265 foliorum octonariorum. In prima pagella: *Prudentius, Prosper, Ioannes Damascenus, Marcus episcopus Taluontis* [corrige *Hydruntis*] *Theophanes.* In secunda: *Aldus Romanus Danieli clario Parmensi bonas litteras Ragusii profitenti, s.* In altera secundi folii pagella: *De metris quibus hoc in libro Prudentius usus est. Ad Danielem Clarium Parmensem virum doctissi.* Sequitur *Aurelii Prudentii vita per Aldum Romanum.* Quae Aldus notaverat *Emendata*, editor Lugdunensis textui indidit, sed aliis alibi mendis poetam coinquinavit. Carminum inscriptiones ab Ald. nonnunquam discrepant: Cath. V est Ode ad *incensionem* lucernae.

17) Vid. ed. Arev. II, p. 889.

*positum, in quo omnia deorum sacra et paganorum mores acerrime infamantur ac redarguuntur. Cum Ioannis Murmellii Ruremundensis commentario, variis rebus vocibusque referto.* In fine: *Impressum est hoc opusculum Colonie in chalcographia ingenuorum liberorum Quentell. Anno Christi nati septimo supra* M. D. — X. *calendas Iunias.* In 8. magno potius, quam in 4. charactere semigothico, quem vocant. Giselini de Murmellii labore iudicium vid. ad ed. Nebr. 1512.

1509. *Daventriae* prodisse *Psychomachiam* an. 1509 refert Ludwigius. Nescio an fides habenda.

1512. *Aurelii Prudentii Clementis viri consularis libelli cum commento Antonii Nebrissensis.* In calce: *Impressum praesens opus in civitate Lucronii per Arnaldum Guillermum de Brocario, et finitum die secunda mensis septembris anno a nativitate Christi millesimo quingentesimo duodecimo.* Absque commento exhibentur Apoth., Ham., libb. contra Symm., lib. Perist. hymn. IX, XI, XII, XIII, XIV. Desideratur Dittochaeon. In criticis Aldum sequitur, erroribus eiusdem pluries repetitis quam castigatis[18]).

1512 ut paulo post. *Aurelii Prudentii Clementis viri consularis libelli. Cum commento Antonii Nebrissensis. Cum privilegio.* Infra effigiatum cernitur stemma Hispanicum *Tanto monta.* Sine loco et anno formae 4. Characteres sunt semigothici. Praefationis loco est epigramma *Aelii Antonii Nebrissensis ad Prudentium ex Britannis reducem*[19]). Hanc ed., quam in Romanae Universitatis bibliotheca vidi passimque contuli non esse nisi priorem Nebrissensis repetitam persuasum habeo. Non aliud ferme inter utramque discrimen intercedere videtur, quam quod in edd. Amstr. 1625 et 1631, Colon. 1701 et 1750 animadvertemus. Ordo: Cath., Romanus, Perist., Psych., Apoth., Ham., Symm. Desiderantur Perist. hymnus VIII et Dittochaeon. Sine explicatione sunt Perist. hymn. IX, XI, XII, XIII, XIV, Apoth., Ham., Symm.

1513. Cath. hymn. V. [*ad incensum lucernae*] Wittebergae teste Ludwigio impressus est an. 1513.

*Liber in quo scribitur passio b. Romani martyris et in eodem contra omnes gentilium deos sectasque et sacra disputa-*

18) Gis. comment. in Psych. p. 3: „Sed et commentarius Aelij Antonij Nebrissensis in treis priores libros, et Ioan. Murmelij in Romanum martyrem, non parum, ut rem ipsam fatear, laborem hunc meum levaverunt. Uterque enim summam diligentiae laudem praesertim in historijs explicandis promeruit. In illo tamen artis poëticae scientiam maiorem, in hoc plus observationem desideraverim."

19) Cfr. Ald. Rom. ep. dedic. ad Clarium Parm. in ed. p. 2.

*tur.* 4. Editor est *Herm. Tulichius*, cuius carmen ad lectorem praecedit, alterum in fine *Ottoni Beckmanno* dedicatum est, ubi haec subscriptio: *Prudentius de Romano Mart. finem habet, Impressus per industrium calcographum Melchiorem Lotterum* (Lipsiensem) *A. Dom.* M. D. XIII. Praemissa est brevis vita Prudentii[20]). Extat liber in bibl. Angelica Romae mutilus.

*cathem. hoc est: Diuturnarum rerum opus varium et cum* 1515.
*linguae elegantia tum sententiarum gravitate frequenti lectione dignissimum. Cum singulis Odis singulas harmonias IV vocum nusquam antea impressas per Hieron. Vietor calcographum ... componendo aliquando eas Dom. Wolfgang. Grafinger Pannone, sacerd. Musices peritiss. Cum Rudolphi Agricolae Rheti ad Rev. Dom. Sebastianum Sperantium ... praefatione. Viennae Austriae* [ap. Hier. Vietor] 1515, 4. Cfr. Panzer. l. l. IX, p. 29.

διττώχαιον (sic) *utriusque Testamenti historias compendio* 1520.
*quodam versibus complectens tam plane iucundum quam utilissimum.* Fin.: *Lipsiae* MDXX, 4 Panzer. l. l. p. 217. — Eodem an. *In Aurelii Prudentii Clementis caesaraugustani V. C. de miraculis Christi hymnum ad omnes horas Iacobi Spiegel interpretatio.* In fine: *Selestadii in aedibus Lazari Schurerii* 1520, Fol. min. pp. 142. Librum vidi in bibl. Rom. Univers.

Cathem. libri ed. Lips. a. 1522 et hymni V. *s. l. et a.*, apud 1522.
solum Ludwig. invenit Obb.: in catalogo bibl. Solgerianae (Norimberg. 1761, II, p. 68) hic extat titulus: *Expositio hymnorum perutilis et salutaris. Principales auctores sunt Gregorius, Prudentius, Ambrosius, Sedulius. S. l. et a.* — Rarus dicitur: *Prudentii liber hymnorum. Viennae, I. Winterberg. s. a.* 4, vid. Neues Repertorium von seltenen Büchern (Nürnberg. 1797, 8), II, p. 86, Ebert. bibl. lex.

*Aurelii Prudentii Clementis lib. Peristephanon, hymnos in* 1526.
*laudem SS., qui martyrio coronati sunt, complexus. Ex vetustissimo exemplari quam diligentissime recognitus a Valentino Eckio. Cracoviae impressit Mathias Scharffenberg impensis Marci Scharffenberg Civis et Bibliopolae Cracov. Anno sal.* 1526, 4. Cfr. Panzer. l. l. VI, p. 469.

*Aurelii Prudentii Clementis, viri consularis. Psychomachia.* 1527.
*Cathemerinon. Peristephanon. Apotheosis. Hamartigenia. Contra Symmachum, praefectum urbis, libri duo. Enchiridion Novi et Veteris testamenti. In calce adiecta sunt aliquot scholia,*

20) Vid. supra cap I, not. 1.

*per Ioannem Sichardum. Cum gratia et privilegio Caesareo.* 8. In fine: *Basileae apud And. Cratandrum, mense Martio. Anno* 1527. Editio prioribus ubivis correctior, quam mecum habeo. In praef. Sich. scribit: *Pristino autem nitori restituimus, non ingenio freti, quod est genus emendandi satis lubricum, ne dicam interim pestilens, sed ex codicibus vetustioribus, quorum ad me unum ex Argentorato submisit V. C. Vuerinherus Vuoflinus, vir cum eruditus, tum, quod in magna nunc laude, ut sunt mores hominum, est ponendum, communibus studijs maxime favens.*

1533. *Melodiae Prudentianae et in Virgilium magna ex parte nuper natae et per Nic. Fabrum typograph. expressae Lipsiae* M. D. XXXIII. *mense April.* 8.

1536. *Aurelii Prudentii Clementis viri consularis opera multo quam antea castigatiora; praeterea et Aelii Antonii Nebrissensis commentariis haud poenitendis illustrata, quibus insuper adglutinata sunt Scholia Ioannis Sichardi, quae omnia nunc primum in Philomusorum gratiam excusa sunt. Excudebat Antuerpiae Martinus Caesar, anno salutis humanae* D. M. XXXVI (sic), 8. Post praef.: *Basileae ex aedibus nostris Anno* M. D. XXXVII. *Mense Martio.* Contuli librum priori ed. Sich. minus correctum in bibl. Regia Berolin.

1537. *De miraculis ... SS. martyrum Hemeterii et Chelidonii cum Iac. Meyeri notis.* Lovan. 1537, 8. — Eodem an.: *Iuvenci presbyteri hispani lib.* III. *de historia evangelica emendati etc. Aratoris subdiaconi lib.* II. *acta apostolorum complectentes antea in Germania non excusi. Aur. Prud. Clem. cons. v. enchiridion vet. et novi instrumenti. Scholae christianae necessarii libri. Basil. apud Bartholom. Westhemerum et Nicol Brylinger. a.* M. D. XXXVII, 8. Cfr. Gebser. ad Iuvenc. p. 47.

1540. *Aurelii Prudentii Clementis viri consularis opera multo quam antea castigatiora; praeterea et Aelii Antonii Nebrissensis commentariis haud poenitendis illustrata, quibus insuper adglutinata sunt Scholia Ioannis Sichardi, quae omnia nunc primum in Philomusorum gratiam excusa sunt. Excudebat Antuerpiae. Apud Ioannem Steelsium, sub scuto Burgundiae. Anno* M. D. XL, 8. Eadem Sichardi praef. subscriptio ac in ed. a. 1536: *Basileae ex aedibus nostris Anno millesimo quingentessimo tricesimo septimo. Mense Martio.* Sex codicibus Sichardum usum fuisse Arevalus male venditat. Parum haec correctior est secunda Sichardi editione. — Eodem an.: *Aurelii Prudentii*

*Clementis, viri ob eximias indolis eruditionisque dotes ad consularem dignitatem evecti, et rerum divinarum, religionis christianae, iuris item civilis, et militarium peritia excellentis opera cum Sichardi et Erasmi Roter. commentariis. Basileae typis Henrici Petri*, 12. Editio mendosa.

*poemata omnia. Quibus accesserunt in totum quidem opus* 1542. *Io. Sichardi succincta scholia, in aliquot vero hymnos Erasmi Roter. et Iac. Spiegelii commentaria. Basileae ex officina Henrici Petri a. sal. human.* M. D. XLII, *mens. martio.* In bibl. **Vimariensi** hanc se vidisse editionem dicit Obbarius (prolegg. p. XXXIV, in not. 30). Cfr. etiam Krebs. l. l. et nos infra ad an. 1562. — *Enchiridion cum Iuvenco et Sedulio* ibid. an. 1542 **Ludwigius** prodiisse refert. Sed horum poetarum ed., quae 1541 **Basil.** evulgata est, Prudentii opusculum secum non habet.

**Editionem** *Antwerpiensem* istius an. recenset Teolius in 1546. **praef. ed.** Prud. (Parmae M. D. LXXXVIII).

*Opera Prudentii Lugdun. per Ioan. Tornoesium*, 12. Hanc 1553. **ed. Gallandius** laudat in bibl. PP. maxima. Venet. 1788, Tom. VIII, p. 443, cuius varr. lectt. ibi notatas a nobis passim adferentur. **Insunt** Sichardi scholia et commentariolus Erasmi in Cath. **hymn.** XI, XII.

*Aur. Prudentii Clementis, V. C. sacra, quae extant, poe-* 1562. *mata omnia. Quibus accesserunt in totum quidem opus Io. Sichardi succincta scholia, in aliquot vero hymnos Erasmi Roter., et Iacobi Spiegelii commentaria. Basileae ex officina Henrici Petri, anno sal. nostrae* 1562 [non M. D. LII, ut Arev. titulo allegato scripsit], *Calend. Martii*, 8. — Eodem an. Opera Prudentii in 8, Basileae cum Erasmi et Sichardi notis (Arev. prolegg. p. 88 ex quodam catal.) — Eodem an.: *Aur. Prud. Clem. viri cons. opera, a Victore Giselino correcta, et annotationibus illustrata.* Textum excipiunt inde a p. 444 *Victoris Giselini in Prudentii opera annotationes. Una cum D..... commentario in duos hymnos καθημερινῶν* [intermedia Erasmi nomina atramento deleta]. Erasmi autem commentarius non reperitur. Ipse editor hanc editionem, ad quam parandam duos codd. Gandavienses et unum Lucae Merulae ad manum habuit, mendosam dicit in praef. ed. secundae. Usus ea sum in bibl. Angelica.

*Poetarum veterum ecclesiasticorum opera christiana et ope-* 1564. *rum reliquiae atque fragmenta. Thesaurus catholicae et orthodoxae ecclesiae et antiquitatis religiosae, ad utilitatem iuven-*

*tutis scholasticae: collectus, emendatus, digestus, et commentario quoque expositus, diligentia et studio Georgii Fabricii Chemnicensis.* In fine: *Basileae ex officina Ioannis Oporini an. sal. hum.* M. D. LXIIII, 4. In primo loco Prudentius est, de quo emendando Fabricius passim meruit. — Eodem an.: *Aurelius Prudentius Clemens Theodori Pulmanni Granenburgii, et Victoris Giselini opera, ex fide decem librorum manuscriptorum emendatus, et in eum, eiusdem Victoris Giselini commentarius. Antuerpiae ex officina Christophori Plantini CIↃ. IↃ. LXIV*, 8, pp. 350, comment. numeris caret. Displicuit Giselini laconismus Barthio[21]). Giselini commentarium brevem quidem, sed pro medici captu haud indoctum excipiunt *Symmachi et Ambrosii de religione epistolae adversariae Petri Nannii Alcmariani et Victoris Giselini scholiis illustratae*, *L. Aurelii Avianii Symmachi V. C. praefecti urbi ad Valent., Theod. et Arcad. Aug. Relatio* cum *P. Nannii et V. Giselini scholiis, Ambrosius episcopus B. principi* et *clementissimo imperatori Valentiniano Augusto* cum *P. Nannii* et *V. Giselini in eandem hancce Ambrosii epistolam scholiis.* Accedunt teste Arev. Erasmi commentarii in Cath. hymn. XI et XII, quos quidem Obb. desiderari scribit prolegg. p. XXXV, not. 35. In utroque exemplo meo pars commentariorum excisa; eam Erasmi notas, quae Romae displicuerunt, exhibuisse suspicor. Egregie Giselinus de Prudentio meritus est. Codd., quos in usum suum Gis. et Pulmannus converterunt, praeter duos Gandavienses et unum Lucae Merulae sunt quattuor Pulmanniani, unus Giselini, unus Antwerp., unus bibliothecae Buslidianae, iidem non semper praestantiores: quibus accedit ed. Daventriensis a. 1492. In Germania et prima et altera Giselini editio rara esse videtur: neutram Obbarius nancisci potuit. Quare Arevalum secutus saepissime ex utraque corrigendus erat. Nollem, toties varias primae ed. lectiones cum secundae Obbarius confudisset, quoties id ab Arevalo factum est.

1566. *Prudentii opera a Victore Giselino correcta et annotationibus illustrata.* Parisiis, Marnef. 1566, 16, pp. 140. Est

21) Adv. IX, 20: „homo tantae praesumtionis, ut commentarium notas suas inscribere voluerit." Ibid. XXI, 4: „*A* vero in *utraque* non debebat tantum negocij dare Giselino, viro probo, et erudito, de quorum altero nobis ex relatione doctorum altero publice omnibus constat, modo non nimius suarum operarum aestimator fuisset, ut cum commentarium in Prudentium scripsisse ait, paucas illas pagiuas tanti faciens. Commentarius autem in Prudentium necesse sit multorum annorum opus, in quo etiam ingeniosissimus et eruditissimus, et laboriosissimus quis omnem industriam possit insumere, optimo mortalitatis."

autem ab editione Giseliniana prima non diversa nisi anno, quo prodiisse in titulo indicatur.

*G. Fabricii commentarii in quosdam Prudentii hymnos* [Cath. II, VI, IX, XII; Perist. X] *Lipsiae* 1568, 8. Repet. in Weitz. ed. II, p. 308...417. 1568.

· *Aurelii Prudentii Clementis, viri consularis, Christiani antiquissimi poetae carmina. Prosperi Aquitanici epigrammata, Ioannis Damasceni, Cosmi Hierosolymitani, Marci episcopi Tabuontis, Theophanes opuscula. Calari MDLXXIIII. Excudebat Vincentius Sembenius Salodiensis impressor R. D. Nicolai Canyelles Vicar. Gener. sede vacante* 8, pp. 552. Textus est Aldi repetitus, qui foedis non caret mendis. 1574.

Libri adversus Symmachum in editione epistolarum Q. Aurelii Symmachi cura et studio Francisci Iureti, Parisiis 4, pp. 317: *Aur. Prudentii Clementis contra L. Aurelium Avianium Symmachum Libri duo etc.* Unum codicem vetustissimum Iuretus ad textum emendandum adhibuit. *Iureti notae ad Prudentii libros contra Symmachum* (p. 98) Weitzio latuerunt. 1580.

*Aurelii Prudentii Clementis, viri consularis, hymni Καθημερινῶν*, et *περὶ στεφάνων*. Coloniae Agrippinae. In officina Birckmannica sumptibus Arnoldi Mylii. Anno M. D. LXXXVIII. Editio parum castigata cum prioris Giselinianae textu et, ut videtur, ab illa non diversa, quam Colon. memorant Nic. Antonius et Rodriguezius de Castro (bibl. Hispan. II, p. 245). 1588.

Prudentii opera Parisiis. Ex catalogo bibliothecae Bodleianae, ubi nihil aliud exprimitur [ap. Arev.]. 1589.

*ex rec. V. Giselini* (Lugduni Batav.). *Ex officina Plantiniana Raphelengii* 1591, 16. Repet. ed. Giselin. prioris. 1591.

*Aurelii Prudentii Clementis, Viri consularis, opera a Victore Giselino correcta, et annotationibus illustrata: Ad Hippolytum Estensem Cardinalem, ac principem illustrissimum. Coloniae Agrippinae in officina Birckmannica, sumptibus Arnoldi Mylii,* anno M. D. XCIV. Textus est mendosae ed. Giselin. prioris. 1594.

*Aurelii Prudentii Clementis V. Cons. Opera ex recensione Victoris Giselini. Lugduni Batavorum, ex officina Plantiniana apud Franciscum Raphelengium* 1596, 20. Textus ad normam ed. Giselin. prioris repetitus. 1596.

*ex rec. V. Giselini* (Lugduni Batav.). *Ex officina Plantiniana Raphelengii* 1603. 1603.

1610. *ex rec. V. Giselini* (Lugduni Batav.). *Ex officina Plantiniana Raphelengii* 1610. — Eodem an. Andreas Wilchius edidit Heortographiam, seu commentarios in veterum recentiumque poetarum hymnos,[22]) 8. — Eodem an. „Prudentii Dittochaeum in hoc opere: *Manuale biblicum, sive Enchiridion S. S. Scripturae a catholicae apostolicae veteris ecclesiae Patribus compendiatum, et nunc primum ex vetustis membranis mss. collectum, et dicatum venerabili, religioso Patri D. Ioanni Myntzenbergio Priori Carmelitarum in Conventu Francofurdiensi. Francofurti* 1610. *apud Egenolphum Emmelium*, 8. Editor sub litteris M. H. G., ut colligo ex Weitzii praefatione ad Dittochaeum, est Melchior Goldastus Haminsfeldius, a quo Weitzius membranas accepit, in quibus liber cathemerinωn, et Amoeni manuale erat. Sed hoc opus non videtur legisse Weitzius, qui Isonis Magistri glossas uberiores, a Goldasto adductas, omisit, quamquam miror, illum e praefatione Goldasti sumpsisse, quae ad Prudentium pertinent, nisi eadem verba Goldastus alibi etiam scripsit. In hoc ergo Manuali biblico pag. 1. est *Prudentii Amoeni Diptychon, seu Tituli Historiarum veteris, et novi testamenti.* Duo alia similia opera in eadem collectione sunt inserta, scilicet pag. 17 Rustici Helpidii, et pag. 85 Walafridi Strabi.“ *Arev.* prolegg. p. 91.

1613. *Aurelii Prudentii Clementis V. C. opera noviter ad mss. fidem recensita, interpolata, innumeris a mendis purgata, notisque et indice accurato illustrata a M. Io. Weitzio. P. L. Accesserunt omnium Doctorum virorum, quotquot in Prudentium scripserunt, notae, scholia atque observationes cum Glossis veteribus. Hannoviae* [Hanau], *typis Wechelianis apud haeredes Iohannis Aubrii* M. DC. XIII, 8. In praef. de codd. in auxilium vocatis deque edendi libri via atque ratione haec adscripsit: „Quidquid vero hic praestitisse me animadverteris, id scias velim universim omne deberi Codicib. MSCtis aut invulgatis. Calamo exaratos habui sequentes. Notae membranas optimae, in quibus integer extat Prudentius, ad me misit, saeculi nostri decus, D. Hoeschelius, amicus multis observandus nominibus; cuius fama ab eruditione maior meo est praeconio; cuiusque laudem nec laudatio mea auget, nec livor alienus minuit. Easdem vero a Cl. et experientissimo D. Carolo Widmano,[23]) Reip. Augustanae Physico ac Medico

22) In ed. Weitz. II, p. 528 sqq.

23) Widmannianus igitur cod. non est ille a Sinnero (catal. bibl. Bern. p. 170) descriptus, quippe qui diversum omnino ordinem carminum servet. Saeculi autem IX. Sinnerus eum esse testatur.

Ordinario, impetraverat. Huius Codicis ordinem utrobique hac in Editione retinendum putavi; exceptis hymnis duobus ultimis Cathemer., qui in eodem codice librum *περὶ στεφ.* claudunt. Accedit Nobiliss. atque Amplissimus D. Iacobus Bongarsius, vir in doctrinis omnibus ad nostri saeculi miraculum eruditus et excellens; qui, qua in omnes est publice benignitate ac beneficentia, in me etiam privatim benevolentia commemorabili, integrum, ut putabatur, auctorem, in membranis scriptum, ad me perferendum curavit: in quo tamen lacunas satis est vastas obvium reperire. Nam in Cathemerinon hym. XI. progreditur saltim usque ad versum 100. reliqua desunt, cum seqq. et in Passione Vincentii demum incipit v. 539. In Psichomach. a v. 283. desiderantur usque ad v. 531. ubi textus progreditur ad v. 641. cetera absunt omnino. Lib. 2. in Symmach. versus absunt circiter 348. nimirum a v. 714. ad v. 1062. Singulare autem hoc habet atque eximium Codex Bongarsii, qui figuris illustrata sit Psichomachia: quo lumine et emblemate tessellato alii Codices, quos videre contigit, sunt destituti.[24]) Quas tibi autem, elegantissime et omnis Antiquitatis callentissime Grutere, laudes gratesque dicam? qui lectiones Variantes, ex Codice antiquo Monasterii Egmondani ad oram tui libri consignatas, lubens volensque communicasti. Nec te, Rittershusi, Vir omni laude et propter integritatem et summam prudentiam dignissime; cuius scripta, quibus nihil limatius neque cultius, auctorem suum apud exteros quosque doctissimos Viros magnopere commendant, praeterire Fas Iusque sitit. Tua comitate, ex coenobio Fontis-Salutaris sive Heilsbronnensi membranas ad meum impetrasti usum; quib. Ymnarius de tempore, et De sanctis per totum annum, continebatur. Ex Collegia ad Portam-Caeli Ampeloniano, quod Erfordiae est, beneficio humanissimi Dn. M. Hermanni Lindani, proxeneta et parario Ampliss. Viro D. Henningo Rennemano, ICto celeberrimo, Amico benevolentissimo, Psichomachiae exemplar vetustissimum *εἰς χρῆσιν* sum adeptus. Indicium autem primus fecerat Iustus Zinzerlingus, Vir raris ingenii et doctrinae ornamentis excultus, nunc infula ICtorum summa ornatus; cuius quoque commendatione caepi hunc auctorem diligere velle. *μεγάλῃ χάριϛ αὐτῷ.* E Fuldensi Bibliotheca Psichomachiam

24) Sinnerus l. l. p. 167 de codice Bongarsiano agit, eumque sec. IX. scriptum putat. Post epilogum p. 169: „Finit Praefatio. Incipiunt tituli libri Manualis Amoeni Exceptis quos personis Tetrasticha claudunt," et p. 170: „Ad Psychomachiam pictae sunt icones barbare satis, sed propter antiquitatis studium non contempnendae. Ad Martyrium Romani etiam et Cassiani picturae additae sunt."

MSc. contulit M. Ioachim. Zehnerus, territorii Hennebergici vere unio aut gemma; qui et Ecclesiasticum ordinem et Philologicum pari face sanctitatis ac doctrinae sic illustrat, ut uterque de dignitate eiusdem aeque summe glorietur. Ei acceptas refer varias, quas ex eiusdem libro transcriptas mecum, auctore volente, communicare voluit M. Wolf. Seberus, decus et delicium nostrum, ordinisque sui ornamentum atque lumen singulare. Bene quoque tibi sit, ubicumque es, Goldaste optime et suavissime! cuius prothymia membranae, in quib. liber Cathemerinon, et Amoeni Manuale erat, ad meas pervenere manus. Christian. Becmanus, diligentissimae Vir eruditionis, Palat. Cod. a Grutero fuerat nactus, e quo varias mihi quoque secum esse communes voluit[25]). Hosce Codd. cum cura et fide studiose contuli, dedique operam, ne forte an vel minimum, notatu observatuque dignum, meos subterfugeret oculos[26])." Singulari cum diligentia Weitz. editionem suam elaboravit, sed ex penu suo critico plura deprompsit, quae melius latuissent. Quare factum est, ut ed. Giseliniana magis placeret utque virorum doctorum ordinem carminum a Weitzio perturbatum duo solum repetierunt, *Aug. Buchnerus* et *Io. Theillius*. Supereminet vero omnes, qui antecesserunt, commentariorum ubertate. Insunt enim, qui singuli aere vixdum comparari queant.

1614. *Isa. Grangaei Gymnasiarchae Vindocinencis* (sic) *Commentarii, in Aur. Prudentii Clementis libros duos adversus Symmachum pro ara Victoriae. Ad illustriss. atque invictiss. d. d. Caesarem de Vendosme Vindocinensium* (sic) *Ducem etc. Parisiis apud Robertum Fouet* MDCXIV, 8, pp. 240 praeter indicem. Textum Giselinianum non accurate repetiit. Accedunt: I. Grangaei commentarii in duos libb. contra Symm. passim non contemnendi, Relatio Symmachi cum notis Iac. Lecti et Francisci Iureti, duo libri Ambrosii adversus Symmachum. Huius ed. duo exemplaria habeo.

25) Add. *Psichomachia collata cum Msc. optimae notae a M. Michaele Piccarto* (cfr. Tom. I, p. 369).

26) „*Indiculus interpretum: Aelii Antonii Nebrissensis IC.* Annotationes in hymnos et Psychomachiam. *Iohannis Sichardi IC.* Scholia. *Erasmi Roterodami* Commentariolus in duos hymnos. *Iacobi Spiegelii IC.* interpretatio in hymnum omnium horarum. *Georgii Fabricii Chemnicensis* in quosdam hymnos expositio. *Adami Siberi* Scholidia. * *Iohannis Murmellii* explicatio in Romanum martyrem [deest]. *Victoris Giselini Sanfordiani* commentarius. *Georgii Remi IC.* Notae. *Adami Theodori Siberi* Commentariolus in tres hymnos. *Andreae Wilkii* expositio in quosdam ex Apotheosi versus."

Prudentii poemata varia Parisiis. Ex catalogo bibliothecae Bodleianae (ap. Arev.). 1624.

*Aurelj Prudentj Clementis V. C. opera: Ex postrema doct: virorum recensione Amsterodami apud Guiljel: Ianss. Caesium* 1625, 16. Textus multis in locis correctior. Arevali de eo iudicium non accuratum est. Libellum habeo. 1625.

*Aurelj Prudentj Clementis V. C. opera: Ex postrema doct: virorum recensione Amstelodami apud Ioannem Ianssonium* 1631, 16. Eadem est ac praecedens, anno quidem, quo prodiit, permutato. Eam quoque mecum habeo. Varietas lectionum sedule mihi inspicienti sese obtulit nulla, quam non iam vidissem in ed. ante laudata. 1631.

„Franciscus Weitzius edidit in 8. Heortologium, sive hymnos festivales veterum, recentiumque notis illustratos. Ex Fabric. Bibl. vet. lat.“ *Arev.* — Eodem an.: *hymnus de Christi Domini et Salvatoris nostri natali. Aug. Buchner. seorsum edidit et commentario* [parvi pretii] *illustravit. Viteberg., impensis Balthasar. Mevii bibliopolae, typis Io. Haken.* M.DC.XLIII, 8. 1643.

„*Cathemer. hymni priores sex, cum spicilegio notarum post commentatores Weitzianos Ioann. Theill. Naumburg. M. P. L. C. scholae Budissensis Rector in usum studiosae iuventutis separatim edidit anno* 1647. *Gorlicii apud M. Hermann. impensis editoris.* Hunc titulum ab exemplo, quod est in bibliotheca Ienensi desumpsi, male enim Ludwig. et Arev. eum exhibent et a. 1646 indicant. Commentarium ex aliorum interpretum adnotationibus collegit Theill. et ipse paucas non magni momenti addidit.“ *Obb.* 1647.

„*opp. ex postrema VV. DD. recensione in usum scholarum edita. Lunaeburgi, typis ac sumptibus Sterniorum. A. Chr.* 1648, 12, sed editores (?) M. *Nic. Zimmermannus* Stormarus, schol. Lunaeburg. Ioanneae Rector et *Greg. Blech.* Lusatus, schol. Lunaeb. ad S. Michael. Conrect., qui carmina voluminis fini adhaeserunt, mox Aldi, mox Giselini, mox Weitzii lectiones ita expresserunt, ut, num poetae carmina emendaverint, valde dubium sit. . . . . ceterum haec editio multis typothetarum erroribus inquinata est.“ *Obb.* 1648.

*Hymni duo Cath.: ieiunantium et post ieiunium cum notis: subiungitur Calisto de ieiun. Hannover.* 1655, 4. — Eodem an. Hymni duo cathemerinon cum notis. Hanoverae, 4. Catal. bibl. Bodleianae (ap. Arev.). Utrumque librum crediderim eundem esse. 1655.

*Andreae Molleri Pegavii commentar. super hymn. Prud.* 1659.

*ad octav. Calendas Ianuarias. Freiberg., typis et sumpt. G. Beutheri* 1659, 8. In fine hymni germanica paraphrasis rhythmica. Commentarius erudito viro haud indignus.

1663. *Prudentii carmina, Antwerpiae* 1663, 8. [Is liber in publica auctione d. 11. Maii 1841 Romae ap. Archinium venditus est, ut ex catalogo tardius didici.]

1667. *Aurelii Prudentii Clementis quae exstant Nicolaus Heinsius Dan. Fil. Ex vetustissimis exemplaribus recensuit, et Animadversiones adiecit. Amstelodami apud Danielem Elzevirium.* CIↃ IↃ CLXVII, 2 Voll., 12[27]). Criticorum neminem Heinsio melius de Prudentio meritasse, non est, quod dicam. Ideo haec quoque editio magno eius nomini omnino respondet, qui poetarum latinorum sospitator dictus est. Viam enim aperuit novam codicum fere optimorum[28]) auctoritate nixus, non ingenii, qua pollebat

27) Obbarius librum rarissimum dicit (prolegg. p. XXXVII, not. 46); in Italia, quod scio, nulli publicae bibliothecae deest, ipsemet duo exempla habeo. Cfr. tamen: Essai bibliographique sur les editions des Elzevirs (A Paris 1821, 8) p. 114 et Psaum., qui exempla bene constituta pretio 60...186 Franc. vendi asserit. Equidem a librariis Romae exemplum optimae conditionis tribus scudatis (fere 16 Franc.) saepius venumdatum vidi. Neque accurata sunt haecce Obbarii l. l.: „Areval. minus correctam hanc editionem vocat.“ Is autem (prolegg. p. 94): „Editio nitida, et in primis correcta,“ et ad Apoth. 421: „In Heinsii editione, quod raro illi accidit, mendum irrepsit *aureas* pro *aures*.“ In *Adnotatis* vero Heinsianis plura menda occurrere non fugiet illum, qui et obiter tantum ea perlegerit.

28) Heinsianae ed. fundamentum est Giseliniana recensio, quam quidem eorum codd. adminiculis correxit, quos ipse notavit in praef. p. 3 sqq. Hi sunt: *Puteanus* antiquissimus [nunc Paris., Colbertinus 8084?]. Fabulosa de eo venditata sunt multa. Gabriel. Peignot. Essai de curiosités bibliographiques (A Paris. 1804) p. XXX ita hallucinatus: „Le manuscrit de la bibliothèque nationale écrit en capital rustique ou negligée: il renferme les *Ouvrages de St. Prudence* surnommé *Quintus Aur. Prudens Clement* homme consulaire et poëte chrétien né à Saragosse en Espagne, en 348. Ce ms. est jugé par Dom. *Mabillon*. devoir être de quatrième siècle, c'est-a dire, écrit du temps de l'auteur. Il a 58 feuillets, un pied de hauteur et un pied et un demi-pouce de largeur.“ Mabill. *de re diplomatica* lib. V, tab. 6 characterem cod. repraesentat incisum. Insunt libb. Cath., Apoth., Ham., Psych., hymni quinque ex Perist. (1...V, v. 142). Arevalus eum *sexto sec.* exaratum putat (prolegg. p. 74). Quos in bibl. Vat. aliorum auctorum libros scriptos et palimpsestos vidi excussique, exemplar Paris. octavo seculo ut adiudicetur, monent. — „Proximus ab illo *Thuanae* bibliothecae codex, si praestantiam ac vetustatem spectamus, ante annos circiter octingentos scriptus, et integer omni ex parte, qui Hildegarii Episcopi nomen praefert, cuius in aetatem nunc quidem non vacat accuratius inquirere“ praef. Heins. p. 4 [Tres Hildegarii Meldenses episcopi fuerunt, vid. Fabr. bibl. med. et inf. lat. III, p. 781. Qui nominatur in fine cod. sec. IX floruit]. *Oxoniensis* [Bibl. Bodlei. F. 3. b. sign.] sec. XI exaratus est, in cuius fine: *Hunc librum dat Leofricus* [circiter a. 1060] *episcopus ecclesiae S. Petri Apostoli in Exonia ad sedem suam episcopalem pro remedio animae suae ad utilitatem successorum suorum. Si quis autem illum inde abstulerit perpetuae maledictioni subiaceat, fiat.*

sagacitate atque impulsu. Haud immerito quidem eum vituperant ob id, quod neque vitia antiquorum codd. notaverit, neque varietatum collationem instituerit integram: at quantum lucis ex retrorsis vel abditis corruptissimisque lectionibus elici posset, quantum commodi atque incrementi ex critico apparatu locupletissimo percipi, id temporis cum aliis viris doctis et Heinsio prorsus latuit. Sin Prudentio interpretando parum operae Heinsius navavit, factum id sane est ideo, quod *Adnotata* uberiora meditato postea telam inchoatam neutiquam concessum erat detexi[29]).

Aliam ed. Heinsii iterum prodiisse Theolius l. l. fabulose venditat. 1670.

*Aur. Prudentii Clementis opera interpretatione et notis illustravit Stephanus Chamillard. e Soc. Iesu. Iussu Christianissimi Regis ad usum serenissimi Delphini. Parisiis, apud viduam Cl. Thiboust et Petrum Esclassan* MDCLXXXVII, 4. Arev. in edd. recensu hanc raram[30]), doctam et satis correctam esse docet. Id sane verum, ubi Heinsium exscripsit[31]). Paraphrasin seu interpretationem Chamillardi atque criticam non assis facio, partium studium improbo. Itaque non satis mirari possum, quod ei contigit, ut abhinc triginta annis Londini et versio et adnotationes exegeticae denuo expressae sint[32]), siquidem Arevali 1687.

Codex *Ambrosianus* antiquissimus Cath. et Perist. aliquot tantum hymnos praebebat, cfr. Polyc. Leyser. l. l. *Rottendorphianus I.* ab Obbario denuo inspectus infra descriptus est, *secundus* nunc *Guelferbytanus* (Gud. 109, Fol. min.), qui Psychomachiam solam continet, sec. XII auctore *Schoenemanno* scriptus est, *tertius* eiusdem temporis libb. contra Symm. exhibens in Guelferbytana bibliotheca non asservatur. *Nomsianus* sec. XIII exaratus in initio usque ad Cath. V et in fine mutilus. *Altinius* cod. Cath. et Psych. continet. Nihil habet Heins. de eius aetate. *Tres Torrentiani* omnia (?) poetae carmina complectebantur. Incerti sumus, quando exarati fuerint. Non magnae rei Heinsio videbantur. *Tres Buheri* sive *Boheri* nunc in bibliotheca *Montepessulana* bis notis insigniti: *a*) H. 219. (Cod. Bub. D. 15. sec. X.). *b*) H. 220. (Cod. Bub. D. 57., sec. X exar.), *c*) H. 35. sec. XIV. script. dicitur, cfr. Haenel. l. l. p. 242. *Egmondanus* „optimus et veterrimus profecto," „antiquus," „antiquissimus" Heinsio iudice, nunc *Letdensis*, quo sec. exaratus fuerit, mihi non innotuit. Ante Heins. iam Weitzio fuerat usui. Omnia Prudentii carmina continet, estque optimae notae.

29) Praef. Heins. init.

30) *Rarissimam* Obb. l. l., quam 150... 200 Franc. vendi dicit Psaum. l. l., cum ego eam 20 Franc. pretio Romae saepius comparare potuerim.

31) Ipse Arev. id testatur ad Apoth. v. 724: „Chamillardus more suo Heinsium fere exscribit."

32) — *opp. omn. ex edit. Parmensi cum notis et interpretatione in usum Delphini, varr. lectt.* [ed. Weitz., Heins. et Parm.], *recensu codd. et edd. et indice locupletissimo* [Obbarii opinione *optimo*] *accurate recensita. Londini ap. A. I. Valpy.* 1824, III. Voll. 8.

Prudentius multo dignior fuit, qui repeteretur: id quod a I. P. Migne a. 1847 Lutetiae Parisiorum factum est.

1701. *Aur. Prudentii Clementis V. C. Opera cum notis Nicolai Heinsii Dan. filii, et variorum doctorum virorum maxime necessariis. Subiectus est in fine index rerum et verborum locupletissimus. Coloniae* [non Francofurt., ut in Enslin. bibl. class. auct. s. v. extat] *apud Io. Christoph. Stössel* 1701, 8. Textus est Heinsianus, is quidem spissis mendis coinquinatus. Heinsii notis adiunctae sunt Nebrissensis commentarii et Isonis glossae.

1703. *Aur. Prud. Clementis quae exstant, recensuit et adnotationibus illustravit Christophorus Cellarius, qui et indices copiosiores rerum, et verborum addidit. Halae Magdeburgicae sumptibus orphanotrophii* 1703, 8. Heinsium, passim Aldum in criticis recusit. Commentarius brevis is quidem pro captu puerorum, alias satis doctus. Quod sublimiora theologorum placita minus rimatur pro re nata, id Cellarii proposito ad amussim respondet. Futile autem Arevali de doctissimo illo viro iudicium esse „In fine est Index eorum, quae licentius solito Prudentius posuit, in quo saepe ipse Cellarius licentius peccat, ut postea demonstrabo. Illud autem peius, quod interdum haeresin suam tuetur" animadvertere debeo.

1714. *Specimen poeseos sacrae ex Prud. hymnis cur. Stötzel. Ulm* 1714, 8 (ap. Obb. prolegg. p. XL, not. 60).

1739. *Aur. Prud. Clementis quae exstant recensuit et adnotationibus illustravit Christoph. Cellarius sqq., editio secunda. Halae Magd.* 1739 [non 1730, ut Obb. in nota 51 signavit].

1750. *Aurelii Prudentii Clementis V. C. opera ex postrema Nic. Heinsii, Danielis filii, et variorum doctorum recensione. Coloniae* 1750, 8 [ex Rodriguez. de Castro]. Videndum esse iam Arev. observat, an haec editio sit prorsus eadem atque editio anni 1701, et an aliquis annum MDCCI aliquantulum obscure typis impressum acceperit pro anno MDCCL, id quod ipse subverebatur. Librum mecum habeo ita inscriptum: *Aurelj Prudentj Clementis V. C. opera: Ex postrema Nicolai Heinsj. Dan: Filij, et variorum doctorum virorum recensione. Coloniae Apud Ioh. Christoph. Stössel.* Annus, quo impressus est, non apparet. Folium alterum haud dubie deest, ubi titulus editionis anni 1701 signatus extabat. Sequitur praef. inscripta *Lectori benevolo M. D. Muller. S. I. P. R.* Atque in reliquis, errore typographico non excepto in pagella 978 signanda, ab ed. 1701 non differt.

1751. Duo contra Symm. libb. cum Italica versione auctore C. A.

Ansaldio, Venet. 1754, 8. Utraque desideratur praefatio. Textus latinus perquam mendosus.

*Aurelii Prudentii Hymnus de martyrio sancti Laurentii.* 1756.
Ex lib. *περὶ στεφάνων* Hymn. 2. [In „Memorie della Vita, del Martirio, de' Miracoli, del Culto etc. di S. Lorenzo Martire e cittadino Romano etc. Roma MDCCLVI, 8, p. 85."]. Auctor est Franciscus a Puteo, qui hymnum suis et Ruinarti notis commentatus est.

„— *hymnus de M. Laurentio ex recensione Theod. Ruinarti, varias lectiones* [Weitzii codd.], *suas aliorumque* [Isonis, Ael. Nebriss., Weitzii ac Cell.] *notas adiecit Io. Ad. Schier. Lips.* [non *Guelferbyt.*, ut Krebs l. l.], *ap. Io. Meisner. libl. Guelferbyt.* 1763, 8." *Obb.* Equidem eundem librum alicubi Guelferbyt. 1764 indicatum vidi. Non pauca Schierius bonae frugis interpretamenta adiecit. 1763.

*Aurelii Prudentii Clementis V. C. Opera omnia, nunc primum cum codicibus vaticanis collata, praefatione, variantibus lectionibus, notis ac rerum verborumque indice locupletissimo aucta et illustrata* [ab I. Teolio]. *Parmae ex regio typographeo* (Bodonii) *facultate obtenta.* MDCCLXXXVIII, II. Voll. 4. E libri inscriptione aliud sane exspectares, quam quod editor praestitit. Heinsii textum repetiit non accuratum, passim truncatum, fere autem perturbatum, ubi ipse aliam lectionem substituere ausus est. Codd. Vatt. non pro dimidio inspexit idque negligentissime, ex more suo falsa pro veris ex iisdem proferens, nullo critico signo uno ab altero rite distincto. Commentarius est fructus perquam immaturus, idcirco memoratu vix dignus. Speciose tamen atque splendide ipse liber impressus est. Male igitur inauguratus Londinensis editor[33]) eiuscemodi textum denuo in lucem emisit. 1788.

*Fr. Meriani observat. crit. in quaedam Prudentii loca.* 1789.
*Ulm.* 1789, 4. Perquam doleo, quod eas non vidi.

*M. Aurelj Clementis Prudentj V. C. carmina ad optimas quasque editiones et mss. codd. Romanos aliosque recognita et correcta glossis Isonis Magistri et aliis veterum nunc primum e mss. depromptis, prolegomenis, commentariis et lectionibus variantibus illustrata a Faustino Arevalo. Ad beatissimum patrem et D. N. Pium Sextum P. M. Romae* M. D. CCLXXXVIII. 2 Voll. 4. Editione Parmensi vix absoluta, Arevalus codd. Vatt. adtentius perlustratis quam a Teolio factum vidit, novam hanc evulgavit 1788. 89.

33) Vid. not. praeced.

editionem sub magni nominis auspiciis. Is igitur, quae non sine nimio legentium incommodo extabant incomposita atque dispersa, ad Prudentium illustrandum in unum collegit, collecta in prolegg. congessit, capitibus distinxit. In commentario autem nimium quantum adcumulavit ita, ut potius horreum habeas scientiae ostentatoriae, quod alibi forsan laudasses inventum, hinc ut procul abesset optares. Multa is opinabatur, quae accuratius definienda erant atque probanda; multa minus ad Prud. naviter illustrandum, quam ad ingenia legentium fatiganda scripta esse dixerim. Verumtamen poeta pluribus sordibus adhuc oppletus iaceret, nisi Arev., homo in bonarum artium disciplinis egregie instructus, illum sibi corrigendum explicandumque submovisset. Eum zelo nimio, ne fanatico dicam, in alia credentes invehi, ubi non exspectes, viri docti iam denotarunt. Ac tunc profecto more hystricis se gerit aculeos acutos protendentis ita, ut ubivis tangas quin feriaris, periculum sit apertum. Attamen aliud est, quod in hac ed. non satisfecit, et id quidem pluris momenti, quia ad ipsum poetam adtinet, non ad eius explanationem. Dico autem incredibilem Arevali negligentiam, qua in codicibus conferendis usus est. Rem altius repetam. In bibliotheca Collegii Romani ed. Aldinam Prudentii a. 1501 asservant, cuius margini Io. Ant. Marietus adscripsit varr. lectt. e sex codd. (a, b, m, p [Prag.] r [Rat.] w [Vienn.])[34]) excerptas. Non paucas

34) Quas a Marieto Arev. mutuatus est varr. lectt., eas revisi omnes. Supplevi, saepius correxi. De Ratisbonensi cod. Mar. post lib. II contra Symm. (p. 286) notat: *Codex monasterii S. Emerami omnium optimus, quos viderim, et plane bonus, nisi imprudentissimus quidam multa sua substituisset prioribus ita erasis, ut nullum omnino priscae lectionis supersit vestigium, quod nos suis locis notavimus. quare non puto, posse adhuc Prudentium exacte corrigi et pristino nitori restitui, nisi alium nanciscamur veterem codicem praeter eos, quibus usi sumus, ex quo, quae hic abrasa sunt, restitui possint. Cum eo autem nostrum diligentissime contulimus, et nihil diversum in eo fuerit, quod in nostro non annotaverimus: quamvis ubi noster cum illo conveniret, non semper notaverimus. Itaque cum nihil reperietur in nostro notatum peculiariter, certum signum erit, eandem esse in illo lectionem, quae est in nostro.* Significari vocc. *nostrum, in nostro, noster* editionem Aldin. 1501, non codicem *m* (Vat. 5821), in quo nullae varr. lectt. manu Mar. adscriptae, satis liquet. Idcirco in commentario critico nostro Aldinae lectionibus et codicis Ratisbonensis addendae fuissent, ubi discrepantia a Mar. non erat indicata. Verumenimvero id ausus non sum, siquidem silentium Marieti, ut qui alias saepe erraverit, tantum auctoritatis putari non debuit. *Eodem libro usus erat Giphanius et nos nacti sumus opera P. Conradi Viteri. In eadem S. Emerami bibliotheca est Lucanus optimus, et Donati grammatica satis antiqua, et in sacristia testamentum novum, scriptum literis maiusculis totum ante* 800 *annos elegantissime.* Ordinem hunc notat: Praefatio, *Per quinquennia* — Hymni decem cathemerinωn, ut in vulgatis, duobus postremis reiectis in alium locum, Peristephanωn hymni duodecim cum versibus Constantinae et

quoque adnotationes, quibus textus illustretur, immo indicem adiecit, unde Marietum de Prudentio edendo cogitasse facile intelligitur. Huius igitur laborem Arevalus in usum suum tacite saepius quam expresse convertit. Etenim quod de cod. Vat. 3859 (a) scribit[35]): „Collatus fuit diligentissime a Marietto cum editione Aldina, ex quo nos profecimus, sed non omnino labori pepercimus. Siquidem praecipua loca nos ipsi contulimus, etiam post summam Marietti diligentiam probatam, beneque perspectam" id de toto Marieti labore velim intelligas. Verumtamen laude, qua Marietum mactat oneratque, neque is dignus est, neque Arevalus ipse. Quae Marietus aut intacta reliquit aut falsa atque erronea retulit, Arev. ea posteris tradidit ad amussim imperfecta. Quod cum sexcenties ex ipsis codicibus mihi persuasum esset, tertio codices Romanos excutiendos aggressus sum, neque vulgare quoddam inter spicas atque stipulas fuit spicilegium. Infinitum est, quoties in varr. lectt. adnotandis erraverit, toties expressim memorare; tacite eum corrigere libuit, siquidem et mihi et lectoribus minus molestum. Quantae autem istum varr. lectt. prorsus fugerunt, eaedemque optimae, cuivis id liquebit ex notis nostris criticis et obiter tantum inspectis. At vero cum Prudentium edendum paene absolvissem, grave infortunium viam obstruxit, quin id temporis ad finem pergerem. Oculorum quippe non amplius propemodum compos incoepta dereliqui. Quod cum non sine dolore accidisset, magnopere laetabar, cum id quod meditatus eram ipse ab alio rite fere peractum viderem, de quo iam pauca mihi dicenda sunt[36]).

S. Damasi in laudem S. Agnes. Post hymnum S. Romani hymni de Natali et Epiphania Domini, Ode, *Pius, fidelis, innocens*, Dittochaeon, Apotheosis, Hamartigenia, Psychomachia, Libb. duo adversus Symmachum. De cod. Pragensi, qui exhibet libb. Cath., Apoth., Ham., Ditt., contra Symm. I et usque ad. v. 17, II, nil peculiare Mar. tradit. Cod. Viennensis, qui Psych. solam usque ad v. 866 continet, parvi pretii est.

35) Prolegg. pag. 59, sub IV.

36) Nescio an Kehreinii liber: *Lateinische Anthologie aus den christl. Dichtern des Mittelalters. Für Gymnasien und Lyceen herausgegeben und mit Anmerkungen begleitet etc.* (Francof. 1840) Prudentiana quoque exhibeat, cum ipsum non viderim. Neque ad meam hucusque notitiam pervenit, num doctissimi Middeldorpfii editio a bibliopola sedecim annis abhinc indicata (*Corpus poetar. christian. ad optimas edd. et nonnullos codd recensuit etc Henr. Middeldorpf. Lips. ap. T. O. Weigel.* (a. 1843) III Voll. 8) tandem aliquando in lucem fuerit emissa. — Extant Prudentii carmina etiam in *Corp. poet. Genevae* 1593 (repet. 1611 et saepius), 4, *Lugdun. Batav.* 1603, 4, Tom. II, p. 702, eadem exhibet *Chorus poetarum classicorum duplex, sacrorum et profanorum* etc. Lugduni 1616, Tom. II, p. 78 sqq., *Collect. vett. poett. Aurel. Allobrog.* 1640, II, p. 707, *Maittair. corp. poet.* London 1713, II, p. 1580 sqq., *Collect. Pisaurensis omnium poetarum latinorum*

345. *Aurelii Prudentii Clementis carmina. Recensuit et explicavit Theodorus Obbarius Philos. Dr. et AA. LL. mag. etc. Tubingae*, 1845. *In bibliopolio Henrici Laupp. Londini ap. D. Nutt.* Quos adhibuit in usum suum codices, ita describit[37]): „Cod. *Guelferbytanus* I. (Ms. August. 56. 16.) membran. sec. IX. (Cortio iudice ad Lucan. IV, 367, qui ibi var. aliquot lectiones ex eo attulit) sive init. X. forma 4. exaratus est, et in Germania quidem, ut ex gloss. bis teutonicis, quae in primis foliis leguntur, apparet; cf. Praef. v. 10. *protervitas frazarheit;* Cath. I, 14. *culmine friste;* II, 33. *graviter gedigeno;* III, 70. *calatho gasechar;* 74. *thymo hirosoga*; 82. *fidibus segiton;* IV, 15. *scirp. pinas.* Folia cod. continet CLV, et in una quaque pagina versus XXIII extant, sin minores sunt, ut in Cathem. ac Peristeph. hymnis et alibi, XLVI. Scholia interlinearia ..... in primis tantum foliis adscripta sunt, compendia autem et assimilationem rarius me vidisse animadvertam. Litteras vero *rt* semper per *st* exaratas inveni. Insunt in hoc libro mto carmina Prudentii omnia, sed Hamartigenia, Psychomachia et liber I. advers. Symmachum mutilus, ita ut primi carmini versus 1...169, 301...348, 395...442, Psychom. v. 46...177, 274...490, 551 usque ad finem poematis, et contra Symmach. I. v. 1...90 omittantur. Alii versus erasi et ab altera manu restituti sunt (Psych. 20...39) et Psych. praefatio bis, et ab antiqua manu et a recentiore sec. XIII. scripta extat; eidem carmini atque Hamartigeniae librarius quidam *herbarium* secundum alphabeti ordinem expositum et *tractatum medicum* nullius pretii adscripsit, et in volumine extremo *Versus de adnotacione dierum*, quibus alii sex paene absurdi a vetere manu exarati subiuncti sunt, atque *Henrici episcopi Hildeshemensis* litterae de controversia quadam ad subiectos a. *millesimo* (?, a seriore manu) scriptae leguntur. Signavi hunc cd. *A.*“

„Cod. *Guelferbytanum* II. olim *Bernarti Rottendorphii* (Gud. 292.) membr. sec. XI. (XII.) forma 8. scriptum *Heinsius* iam contulit, sed male, . . . . . Continet hic liber mtus inde a

(et christianorum et ethnicorum), *Pisauri* 1766 (Prud. in Tomo V). Insunt *Bibliothecae SS. PP.* Paris. 1589, Vol. 8, Lugduni 1677, Tom. 5, *Gallandii Biblioth.* PP. eccl. maximae Venet. 1788, Tom. VIII, p. 443 sqq. Gallandius fere Aldi et Tornaesii recensionem secutus Chamillardum excerpsit, paululum ex suis idque levis momenti addidit. In *Patrologia latina* ed. I. P. Migne, Paris (1844) 1847, Tom. 59. 60. Arevali Prudentium vidimus redivivum. Atque in aliis praeter hasce poetarum collectiones nostrum invenies. De aliquot libri Perist. hymnis illustrandis meritus est *Ruinartus* Amstelodam. 1713, Fol., Veron. 1731, Fol. (et saepius impr.).

37) Prolegg. p. XLII.

Cathem. hymni V. versu 94 carmina poetae integra foliis CLVII, et in fine poema *de vita beatae Mariae Virg. Trecensis* adnexum est. Scholia multa non desunt. — ..... Notavi *R.*"

„Praeter hos codd., qui in Guelferbytana bibliotheca illustri asservantur, varias lectiones ad Apotheosin et Hamart. cod. sec. IX. *Weissenburgensis* n. 77. V. Cl. *Schoenemannus* mihi misit, qui de eodem haec mecum per litteras communicavit: *Merkwürdig ist an dieser Handschrift, dass die in dem Texte hin und wieder auch bei Heinsius ausgelassenen Verse von einer andern Hand hinzugefügt sind, die man, wenn sie in einem andern Codex sich befände, für noch etwas älter als die Textschrift des Weissenb.* 77. *halten sollte, wegen der steifen Züge u. s. w. — Wieder ein Beweis, wie oft ein Schreiber oder eine Schreiberschule hinter der andern zurückblieb, so dass man nie absolut das Alter nach den gewöhnlichen Regeln auf* 20 *bis* 30 *Jahre bestimmen darf, sondern nach Ort und Umständen vorsichtig unterscheiden muss.* ..... Signavi *Weiss.*"

„Cod. *Gothanus* membran. sec. XIII., uti ex chronico ipsi scriptori praemisso apparet, folii forma nitide exaratus et multis Sanctorum imaginibus ornatus *Sigeberti Gemblacensis* de viris illustribus libelli partes quasdam continet, quibus inter varia carmina etiam duo Prudentiani hymni, Peristephan. IV. et V., inserti sunt. Varias lectiones dedimus omnes et cod. litera *G* notavimus."

„*Kreussleri* cod. chartac. (4), qui varia continet, sive in fine sec. XV. sive in init. XVI. scriptus esse videtur, quia edit. Horatii Satirarum *Lipsiensi* ap. *Nic. Lamperter.* et *Balthasar. Murer.* adfixus est. Inest altera tantum Diptychi pars cum hac inscriptione: *Aurely Prudenty liber Hystoriarū nouvi testamenti;* in extremo leguntur: *Finis testamēti noui Autelij* (sic). Indicavi hunc librum mtum *K.*"

Novissimus hic editor laudem meruit, quam viri docti ei tribuerunt. Nos sane in eius ed. acquievissemus, si ob innumeros critici commentarii errores, quos ab Arevalo accepit, acceptas propagavit, id absque fontium poetae criticorum ipsiusque carminum nitoris praeiudicio fieri potuisset. Taceo reliqua, quae ab aliis intelligi maluerim, quam a me dici. Neque adprobo tabulam codicum non interpolatorum et interpolatorum comparativam[38]), cum in omnibus, quod scio, mss. Prud. interpolationis vestigia non subobscura pateant, cumque comparantis codd. Romanorum notitia

38) Prolegg. p. XLVII.

perquam incerta fuerit atque manca. Melius meruit de Prudentio commentando, quod, quae alii ante eum collegerunt iis sedulo adiunxit, quae apta atque idonea ad eundem finem nostro aevo viri docti exposuerunt. Inde pro re nata profeci, quandoquidem in notissima librorum ab aequalibus editorum penuria, qua bibliothecae Romanae laborant, multos mihi evolvere non licuit. In arte critica exercenda Heinsii via non fuit derelinquenda; sed τὸ κρίνειν καὶ ἐκλέγειν ubivis mihi cordi fuit, summa autem lex in eligendis atque recipiendis τὸ ἐντὸς βλέπειν.

Iam codices igitur accuratius describam, quos ad hanc ed. adornandam contuli.

Cod. *Alex.* 321[39]) membr. fol. maior. sec. X. ineuntis 66 folia continet, quorum duo ultima carmina sacra, sed non Prudentii explent, ex omnibus, quos Romae vidimus excussimusque codd. Prudentianis solus integer. Primo in fol. leg. poetae elogium ex Gennadio transcriptum, quod excipit elenchus Prudentii operum: *aurelii. prudentii. clementis. uiri consularis libri numero NOVEM. Catemerinon. Apotheoses. Amartigenia. Psichomachia. Contra Symmachum. II ctra Symmachum. Romanus. Peristephanon. Tituli istoriarū.* Singulorum inscriptiones ac ordo: *Praefatio. Liber Cathemerinon incip. Ymnus ad galli cantū. Hymnus matutinus. Hymnus ante cibum. Hymnus post cibum. Hymnus ad incensum lucernę. Hymnus ante somnum. Hymnus ieiunantiū. Hymnus post ieiunium. Hymnus omis hore. Hymnus circa exequias defuncti. explicit.·. Hymnus. VIII. kl. ianuarias. Hymnus in epiphania. INCIPIT APOTHEOSES:: ♂ Incipit contra heresim quae patrem passum affirmant. Contra unionitas. Adversum Iudaeos. Contra Homuncionitas. De natura animae. Adversum fantasmaticos qui Xpm negant verū corpus habuisse::: FINIT APOTHEOSES. INCIP AMARTIGENIA LIBER. Adversus Marcionitas qui duos deos affirmant. finit Amartigenia liber. III. INCIPIT PSICHOMACHIA LIBER. IIII. Prae fa tio. Finit liber. III. Psychomachia. Incipit contra orationem Symmachi liber. I. Explicit contra Symmachū liber. I. Incipit liber. II. feliciter. am: Symmachu Prudentiu Awr Prudentii Clementis. V. C. finit contra Symmacū lib. II. Incipit eiusdem Romanus contra gen-*

39) Codices bibliothecae Vaticanae *Alexandrini* haud raro dicuntur *Regii*, utpote quorum maxima pars olim Christinae esset, Gustavi Adolphi Sueciae regis filiae.

*tiles*: *Finit Romanus Aurelii Prudentii Clementis.* $\widehat{V}$. *Incipit lib. Peristefanon. Hymnus in honorem* $\widetilde{scorū}$ *martyrū Emiterii et chelidoni. Calagurritanorū. Incipit passio Laurenti beatissimi martiris*:·· *Hymnus in honorē passionis Eulaliae beatissimae martyris. Incip passio* $\widehat{sci}$ *Vincenti martyris. Hymnus in honore* $\widetilde{scorū}$. *X. et octo martyrum caesaraugustanorum*··. *Finit passio* $\widetilde{scorū}$. *XVIII. Incipit passio agnes. Finit passio Agnes. Incipit hymnus in honorē beatissimorū martyrū Fructuosi* $\overline{epi}$ *ecclae Tarraconensis et Augurii et Eulogii diaconorū. Hymnus in honorē Quirini beatissimi martyris* $\widehat{epi}$ $\widetilde{ecclae}$ *Sciscianae. Finit passio Quirini incip Cassiani Foro Corneliensis*: *Explicit. Incipit de loco in quo Martires passi sunt nunc babtisteriū .e. Ad Valerianū epcm de passione Hyppoliti beatissimi martyris. Passio beatorū apostolorum Petri et Pauli. Passio beati Cypriani martyris. De opusculis suis Prudentius*·. *Finit contra Sym*$^{\text{m}}$. *Incipiūt tituli* $^{\text{r}}$*istoriarū. Epilogus id clausula ut finis libri.* (litt. minus. non miniat.). *Ode in qua poeta de se loquitur* (man. rec.). — Bis extat Epilogus: ac primum quidem post libb. contra Symmachum, quasi eorum clausula, post Dittochaeon, quasi omnium carminum finis. Glossae marginales et interlineares ubivis adsunt magna ex parte eaedem, quae Isonis esse putantur. Singulis carminibus metrorum explicatio praescripta. Et quamvis a librario accurato ac docto esset exaratus, in multis locis correctoris operam expertus est, ita tamen, ut quae prior sit, quae posterior lectio facili negotio discernere possis. Moderatus erat corrector atque homo criticus. Indicatae haud raro sunt varr. lect. Nonnunquam aperte in marg. dicitur *alii codices legunt*, nec non *alii*, aut supraponitur illud *l* [i. e. vel]. Inter omnes Rom. Prudentii codd. hunc puto optimum. Marietus eum non habuit, habuit Arevalus et male contulit. Exigebat profecto plus diligentiae atque assiduitatis, qua illi eiuscemodi operi imponere in animo fuit, quippe cuius in membrana fulva atque lurida litterarum infossarum recognitio summo in labore esset posita. Orthographia servatur: *a* pro *e pullulascat*; *a* p. *i confatebimur*; *a* p. *u lacerna*; *e* p. *i neglegere, fatescit, genetrix, cecatricum, treptolemus, relegiosus*; *e* p. *o pignera*; *i* p. *e tris, mobilis* (Nom. et Acc. plur.), *omnis, hominis, imbecillis, dispuat, pleurisis, rebellis, septimplices*; *i* p. *ii* (Gen. sing. in nom. propr. et appellat.) *imperi, palati, di, idem, aeris* (Nom. et Dat. plur.), *dis, isdem*, in vbb. *obicere, exit, conicit*; *i* p. *u centiplicatos*;

*o* p. *e vortex; o* p. *i ollis; o* p. *u iecor, robor; u* p. *e faciundum; u* p. *i optumus, lubido; u* p. *o subolem, adulescens, frivula; u* p. *y marturis; ue* p. *e septuennis, tinguere; d* p. *t portenda, inquid* pro *inquit; g* p. *c gurgulio; p* pro *b sup pudore; t* p. *d dauiticus; ci* et *ti* syllabae commutantur; *sc* p. *ss*; *ens* p. *es totiens, quotiens; unx* p. *ux coniunx; quo* p. *co dequoquat;* in comp. servatur *d* litt. praepositionis *ad* ante *f adfero, adfirmo, adfligo, adfui,* ante *g adgredior,* ante *n adnuo,* ante *r adrogare,* ante *s adsentior;* nec non *n* ante *l inlustris, conluvies;* ante *m inmitto;* ante *p inpurus, conpetit;* ante *q inquam, quanquam; mp* p. *m* ante *n, s, t dampnat, sumpsit, temptat;* consonae geminatae: *iuppiter, litterae, rettulit;* scribit *hisdem, honoraverat* p. *onorav., perhennis, hyster; nichilum, sepulchrum;* alia cumulare libet prava bonis commixta: *linquid, cotidianus, lacrimis, paulo, artat, frutectis, obscenus, mestus, quicquam, quę* p. *que, amfractus* etc.

Cod. *Vat.* 3859. Quae Arev. de eo consarcinavit, refutare illa operae pretium non est. Ad Montfauconium potius provocaverim, qui in Bibliotheca bibliothecarum mss. sub eodem num. 3859 cod. laudans contrarium de eius indole affirmat. Ac id quidem recte. Neque fieri potuit, ut Arev. negligentissime eum scriptum esse opinaretur, si proprii oculi accuratius inspexissent. Ast minoris fuit laboris ex Marieti, qui cum ed. Ald. eum contulerat, depromere penu, quam ipsum aggredi opus incommodi plenum. Cod. igitur membraneus est foll. quaterniorum 155, sec. X exaratus. Ordo: *Incipit proemiū aurélii Prudentii; Liber catemerinon incipit; Liber catemerinon incipit* (sic). *Hymnus ad galli cantum. Hymnus matutinus. Hymnus ante cibum. Hymnus post cibum. Hymnus ad incensum. Hymnus ante somnum. Hymnus iciunantium. Hymnus post ieiunium. Hymnus omni horae. Hymnus circa exequias defuncti. Incipit liber per istephanon. hymnus scorū martirū Emetri et chelidoni. cesar augustanorum Passio sci vincentii martiris. Hymnus in honore decem et octo martirum cesar augustanorum; Hymnus in honore beatissimorū martirum Fructuosi epi. Augorii. et Eulogi; Hymnus. in honore Quirini beatissimi martiris. epi. aeclae Sesclanę. De loco in quo martyres passi sunt. nunc baptisterium est calagorra; Passio cassiani foro corniliensis. Ad valerianū epm; Passio Ypoliti Beatissimi martyriſ. Passio apostolorum Petri et Pauli. Passio sci Cypriani. Passio scae Agnetis virginis. Passio Beatissimi Laurentii.*

*Hymnus in honore passionis Eulaliae beatissimę virginis. Liber de beato Romano martyre. Passio Sci Bararae Pueri. explicit. Hymnus natalis Domini. Hymnus Epiphanię. Liber de Trinitate Prudentii Liber .I. Apoteosis Contra Heresim quae Patrem Passum affirmat. Contra Unionitas. Adversum Iudęos. Contra Homuntionitas. De natura animae. adversum fantasmaticos qui Xpm negāt verū corpus habuisse. Incipit Līb unus Admartigenia Adversum marcionitas qui duos deos. ee. asserunt. Explicit Līb scd Admartigenia.* [Iam sequuntur 2 libri contra Symm. Absunt inscriptt. minio rubro; praefationi iibri I manus antiqua recentior praescripsit: *PAVLVS.* In secundo lib. contra Symm. verbis eiusdem eadem manus praescripsit: *SYMMACHVS DIXIT*, vel solum: *SYMMACHI.* Ubivis spatium titulis adscribendis relictum est.] [Iam sequitur *DITTOCHEUM* sine inscriptione]. Elegans est optimasque praebuit lectiones. Multis in locis manus antiquae emendatricis vestigia cernuntur. Varr. lectt. signo *t* praescripto frequenter singulis vocabulis superadditae. Scholia interlinearia et marginalia libb. Cath., Perist., Apoth. inserta fere eadem, quae largitur cod. Alex. 321. Praestantiora textui nostrae ed. subiciemus. Orthographia omnino ad cod. Alex. 321 accedit. Adsunt metri explicationes non signis, sed verbis confectae. Codex inter istos fuit, qui pace Tolentini inita a Pio VI. Francogallorum reipublicae moderatoribus cum aliis permultis scientiae et artis monumentis concessi Lutetias Parisiorum deportati fuerunt. Inde siguum *Bibliothèque Nationale* sub initio adhuc visitur.

Cod. *Vat.* 3860 membr. foll. 80 octonariorum maior. sec. X exaratus. Insunt lib. Cath. non integer, lib. Perist., Apotheosis, in laudem S. Agnae carmina Constantinae, Constantini filiae, et S. Damasi Papae, Dittochaeon. Montfauconius litterarum deceptus magnitudine eum suo iure sec. IX scriptum existimat, rectius elegantem affirmat. In primis foliis haud pauca extabuerunt ita, ut recognosci non potuerint. Hymnorum inscriptiones litteris rutilatis maioribus pictae, metri explicatio fere ubivis adposita. Orthographia satis correcta est atque similis illius, quam sequitur librarius antecedentis. Manus ipsius librarii correxit, erasit. In lib. Cath. scholia aliquot adscripta, plures in omnibus carminibus varr. lectt. superadditae. Singulorum ordo et tituli:..... *Ymnus ante somnum. Ymnus ieiunantium* [Sequitur hymn. VIII; titulus evanuit]. *Ymnus omni hora. Ymnus circa Exequias Defunctorum.*

*Finit liber primus Ymnorum Incip̃. Liber. Secundus* ΠΕΡΙCΘΗΦΑΘΩΝ. *Ymnus in honore martyr* [iam discerptum aliquid] *et celedonii Calagurritanorum. Passio Sc̃i Vincentii Martyris. Incipit Passio Sc̃i Laurentii. Incip̃ ad Valerianū ep̃m de passion̄ Yppoliti mȳ. Pass̃. sc̃i. Cypriani. Incip̃ Passio aplꝝ. Petri. et pauli. Incip̃ Ymnus In honore mar̃ cęsaraugustanorum. Incip̃ passio scę agnetis uirg̃. Versus constantinę constantini filię. scripti ī absida basilicę quā condidit ī honorē scę agnae uirg̃. Item damasi pape versus de eadem. Aurelii. prudentii. ctementis. V. G. ymnus in honore Eulalię martyris. Ymnus beatissimorum martyrum fructuosi ep̄i ęccle tarraconensis. et augurii. euloligiq.* [*l* eras.] *diaconum. Incip̃ ymnus in honore sc̃i quirini m̃r et ep̃i susciane ęcclesię. Passio sc̃i Cassiani Forocorneliensi. De loco in quo martyres passi s̄ nunc baptisteriū. Incipit Passio sc̃i Romani Martyris. Finit romanus Aurelii prudentii. clementis. Incipit Ymnus. VIII. kl. ianuar. Ymnus de epiphania. Incip̃ de opusculis patris d̄o immolat p̄ trocheum et trimetrū endecasyllabū Finit peri stephanon. Incipiunt Tituli hystoriarū p̄ Adam. Et Evam. Incipit Liber* ΑΠΟΘΩCIC. *I. De Divinitate. Contra heresim quę patrem passū adfirmat. Contra unionitas Sabellianos. Adversum Iudęos. Contra homuncionitas. ι. ebionitas vl marcionitas. De natura animę. Adversum fantasmaticos qui Xp̃m negant verū hominis corpus habuisse.*

Cod. *Vat.* 5821 membr. sec. X. 140 fol. octonariorum. Secundo folio codici conglutinato haec inscripta leg.: *Ioannes Antonius Marietus* [non *Mariettus*] *Societatis Iesu Presbyter. Hunc librum, cum Pragae degerem, accepi dono a Christophoro Colero viro doctissimo: cumque illum cum aliquot mss. variis in locis diligentissime contulerim, et nominatim cum celeberrimo vetustissimoque illo, quod Ratisbonae in S. Emerani bibliotheca asservatur; et optimae notae, et ante multos annos ab exercitatissimo antiquario conscriptum esse censeo. MDCXVIII. Idibus Iulii.* Est autem haud parvi pretii, licet mutilus. Incipit enim inde a Perist. I, 107, desinit in Symm. II, 263, ubi Mar. in Ald. adscripsit: *Omnium* [exemplarium] *optimum et correctissimum, quae hucusque viderim.* Ordo et inscriptiones: ..... [Passio *Vincentii* titulus evanuit], *Incipit passio sc̃i Laurentii martyris. Incip̃ ad Valerianū ep̄m. de passione Yppoliti martyirs. Passio sc̃i Cypriani. Incipit passio apostol Petri et Pauli.*

*Incipit ymnus in honore scorū XVIII martyrū Caesaraugustanorum. Incipit passio scae Agnetis virginis. Versus Constantinae Constantini filiae. scripti in absida basilicae quam condidit in honorem scae Agnes. Item Damasi Papae versus de eadem Aurelii Prudentii Clementis .V. C. incipit ymnus in honore. beate martiris Eulaliae. Ymnus beatissimorū martyrū Fructuosi epi ecclesiae Tarraconensis et Augurii Eulogiiq. diaconorum. Incipit ymnus in honore sci Quirini martyris et epi. ecclesiae suscianae., Passio sci Cassiani. Forocorneliensis. De loco in quo martyres passi sunt nunc baptisterium est. Incip passio sci Romani martyris. Finit Romanus. Aurelii. Prud. Clement. Incipit Ymnus VIII kl. ian. Incipit ymnus de epiphania. Incipit de opusculis suis Incip. Tituli Hystoriarū Per Adam et Adam. INCIP. LIB.* ΑΠΟΘΕΩΣΙΣ· *ID EST DE DIVIN. Contra heresim quae patrem passum affirmant. Contra Unionitas.* [litt. mai.] *Sabelli* [litt. min.] *Adversum Iudeos. Contra Homuncionitas. De natura animae. Adversum fantasmaticos. qui Xrm negant verū hominis corpus habuisse. De resurrectione carnis humanae. Finit liber Apotheosis INCIPIT AMARTIGENIA ID E DE ORIGINE PECCATOR. Adversus. Marcionitas. qui duos ee asser. ORATIO. Finit de amartigenia. liber. D. Incipit praefatio in Xri nomine Ψichomachiae. Invocatio. Fides. Cultura deorum. Pudicitia. Libido. Patientia. Ira. Superbia. Humilitas. Luxuria. Sobrietas. Auaritia. Ratio. Operatio.* „*Concordia*“ deest, sed rel. spat. *Discordia cognomento heresis. De fide et concordia Aedificium fidei et concordiae. Gratiarum actio. Explicit lib. Prud. de Ψichomachia. Contra orat. Symmachi. Aurelii. Prudentii. Clementis. Lib. I. Incip. Praef. Explicit praefatio. Incipit adversus Symmachum. Aurelii. Prud. liber prior. De Saturno. De Iove. De Mercurio. De Priapo. De Hercule. De Libero qui et Bachus. De Marte. et Venere. iunone. et Cybele. Unde error. invaluit. De SYLACRO Romae. et variis Symulacr. De Simulacro Augusti. De Simulacro. Liviae. Uxoris Aug. De cultu Adriani. et Catamiti eius. De culturis elementorū. Sub specie quorundam. non deorū. sed demonum. De cultura Solis. quē putant Apollinē. De lunae cultura. quam et Dianā dicunt. Quod venerabatur in spectaculis. Romam colloquitur. De potentia. crucis. De senatus. conversione. De credulitate. plebis. Symmachū.*

*alloquitur. Praef. Libri. II. adversus eundē. AVRELII. PRVDENTII. CLEMENTIS. Symmachus. Prudentius.* — Orthographiae ratio a cod. Alex. 321 leviter discrepat. Ac glossae quaedam latinae fere eaedem sunt ac Isonis. Interpretum manus textum hic commutarunt, illic emendarunt. Scriptus est in Germania superiori; quo tendit litt. consonantium *b* et *r* aliarumque frequens permutatio illius regionis hominibus perfamiliaris, ne dicam innata. Tenuissimae membranae eandem originem indicant.

Cod. *Alex.* 348. membr. exaratus esse videtur sec. X excunte, quia ista litterarum magnitudo inusitatior quae hic cernitur, non est certum antiquitatis tam remotae testimonium. Probabile fit, codicem pro homine quodam eleganti et opulento fuisse descriptum, qui id litterarum genus maiuscularum adamabat. Intempestivius autem accidit, ut fuerit mutilatus, nam correctissimus est. Continet praemissa omnium poetae opp. praefatione libr. Cath., fragmentum passionis Romani, Epilogum, Dittochaeon, fragmentum Apotheoseos in foll. 38 octonariis ac minio rubricatis expressa[40]). Cuivis carmini metri explicatio praefigitur. Scholia vocibus sparsim suprascripta flocci habeo. Manus altera atque scriptoris sed antiqua hic mutavit, emendavit illic. Orthographia est codicis Alex. 74.

Cod. *Pal.* 242 miscell. sec. XII ineuntis exhibet post aliorum opuscula in foll. duodenariis 113...128 Psychomachiam mutilam, cuius quippe ultimus sit v. 681 *Intulit hoc vulnus* etc. Ex Germania allatus Romam est, quo notula primo folio manu aetatis paulo sequioris apposita spectat: *Codex iste pertinet monasterio beate Marie Magdalene in franchentall inter Spiram et wormaciam situato canonicorum regularium. Hic liber ad maius Frank.* Praeter duos titulos post v. 20 et 39 obvios desunt omnes; glossae antiquae in primis duobus solum foliis cernuntur. Optimas cum pravis praebet lectt. varr. Passim mutando radendoque emendatus est. Orthographia non ubivis placet, quamvis ceteroquin constans

40) Post Cath. hymn. X: *Finit liber primus de ymnis. Incipit liber II* PERICTEΦANΩN *ymnus in honore Martyrum Emeterii et Cheledonii Calagurritanorum.* Sequitur metri explicatio pagellam secludens nil autem hymni promissi. Folia igitur hinc avulsa sunt usque ad Perist. X, 1110. Id passionis Romani fragmentum excipiunt Cath. XI, XII, post hunc: *Finit cathemerinon Prudentii Clementis* C̄V C̄V. *Incipit de opusculis suis immolat Patri Dō.* (Epilogus), post Epilogum: *Finit Peristefanon, Incipiunt tituli historiarum*, quibus absolutis: *Incipit* APOΘEΩCIC *id est de divinitate*; sed praef. v. 56 cod ultimus est.

sibi sit atque antiquissimis exemplis comprobata. Saepe confundit *b* cum *p*.

Cod. *Alex.* 1439 membr. sec. XII exaratus praeter Prudentii Psychomachiam 19 foll. octonariis inscriptam continet Ciceronis lib. de amicitia et Macrobii expositionis in somnium Scipionis libros II. Erat olim Nic. Heinsii, cuius nomen in inferiori primae paginae margine notatum cernitur. Inscriptio: *Aurelii Clementis Liber Prudentii Sicomachie incipit.* In fine: *Explicit liber.*

*Aurelius prudens virtutum praelia clemens*
*Cum viciis cepit metrica scolasticus arte.*

Tituli sing. Psychomachiae sectionibus desunt excepto isto, qui v. 20 subsequitur: *Fides pugnat contra veterum culturam.* In cuius quidem mss. scribendi ratione observavimus nonnulla notatu digna, quo referas, ut *m* litt. fere nunquam inveniatur in vocabulorum clausula, cum ei substituatur litt. *n*. Manus librarii sequioris, sed haud dubie sec. XIII, non eadem profecto, quae prima in pagina Heinsii nomen apposuit (sec. XVII), uti Arev. haluccinatur, alia eiuscemodi multa radendo semovit. Aliquae occurrunt glossae. Bonas suppeditavit lectiones.

Cod. *Alex.* 58 membr. sec. XIII Psychomachia et praemissa praef. omnium Prudentii opp. primi X hymni libri Cath. in 38 foll. octonariis exarati insunt. Continet quoque tractatum de ordine officii ecclesiastici et excerpta ex epist. decret. quorundam summorum pontificum. Ac Prudentianis quidem desunt inscriptiones litterarumque ornamenta, si singularum Psychomachiae partium et hymnorum initiales excipias aut rubro aut minio caeruleo pictas. Non ubivis eadem cum diligentia conscriptus est, ita ut largiatur varr. lectt. et corruptas et optimas. Glossae et scholia passim irrepseruut in ipsum textum. Manus corrigentis obvia fere ubivis est librarii, qui scripturam suam adtente relegisse videtur. Scribendi ratio perquam similis illius, de qua in cod. Alex. 321 describendo diximus.

Cod. *Alex.* 74 membr. sec. XIII in foll. 66 octonariis praebet libb. Cath. et Perist. non integras. In lib. Cath. desiderantur hymn. XI, XII. Ordo carminum lib. Perist. idem, qui cod. Vat. 3859; ultimus tamen est v. 161 passionis Romani. Ac Arevalus fidei incertae atque ancipitis patronus in recensendo hoc codice plura scripsit omnino falsa atque ficta, quae suo loco expediemus. Nimium quippe incommodi isti peperit exaratus in membrana putida ac sordida. Ac inscriptiones minio rubro pictae et negligenter exhibentur et omittuntur. Scribendi ratio antiqua et

correcta est sibique satis constans. Optimas quasque lectt. varr. praebuit.

Cod. *Alex.* 1702 membr. form. quatern. sec. XIII insunt lib. Cath. mutilus a v. 45 hymni V exordiens, lib. Perist., Epilog., Dittoch. Apoth. et sex primi versus Ham. praef. Inscriptiones carminum manus recens adposuit. Glossae in primis foliis obviae vilipendendae. Ceteroquin minus correctus est, vitiosis tamen exhibens optimas varr. lectt. mixtas, quae Arevalo omnes fere latuerunt. Textum librarius recognovit. Scribendi ratio antiquitatem olet estque constantissima.

Cod. *Vat.* 2766 membr. formae 8 sec. XIII in foll. 81...93 adservat inter varia variorum et veterum Romanorum poetarum et christianorum Prudentii Psychomachiam. Ac titulis quidem post v. 109, usque quo lemmata quaedam ad oram miniata leguntur, caret omnibus, loco adscribendis relicto. Versuum series saepius distincta est litteris initialibus, et miniatis quidem, quae commata exordiantur, non certa quadam lege, sed uti videtur pro arbitrio. Varr. lectt. praebuit fere tritas vilesque. Saepe versus transpositi, haud raro a scriptore et inter textum et in marg. additi. Orthographia parum correcta est. In fine: *Explicit Liber.*

Cod. *Vat.* 3267 sec. XIII in foll. octon. 34...51 membr. Psychomachiam exhibet sine inscriptione. Singulae carminis partes litteris minio pictis distinctae: quae quidem litterae uti in omnibus fere huius generis codd. pro arbitrio potius quam quadam intrinsecus poscente ratione positae cernuntur. Paucas bonas varr. lectt. nobis suppeditaturum esse codicem cum intellexissemus, passim eum contulimus, glossis marginalibus interlinearibusque nullius pretii omnino posthabitis. Desiderantur vv. 397...449, quorum numerus scribendi modi ratione habita unum explebat folium. Subsequitur Psychomachiam commentarius in foll. 52...59 alia manu, sed sec. eiusdem exaratus, quem vita ex Genadio sumpta ita exorditur: *Prudentius vir secularis litterarum eruditus. composuit ditrocheū de toto veteri ac novo testamento, et personis exceptis comēdatus est. et in morem grecorum exameron de fabrica mundi. usque ad condicionem primi hominis et praeuaricationem eius composuit. et libellos quos graeca appellationem praetitulavit apothesis, pſichomachia, amarthigenia, de diuinitate, de compugnatione animi, de origine peccatorū. fēc ī laudes martyrū. sub aliquoū nominibus inuitatoriū librū unū. et ymnoū alterū. Specili tm̄ condicione aduersu ſmachū idolatriā defēdētē. ex quorum lectione agnoscitur palatinus miles fuisse.*

Quam vitam omnium Prudentii opp. proemium mutilum (usque ad v. 40) mendoseque conscriptum excipit; sequitur commentarius ipse, cuius auctor ludibrie ac ludibunde symbolica explanatione utitur, qua non illuminat, sed obnubilat carmen.

Cod. *Sessorianus* (Romae) sign. B. CCXCVI membr. sec. XIII exhibet Dittochaeon, praefationem Prudentii omnium opp., Psychomachiam mutilam, cum vv. 274...555 in quattuor foll. octon. avulsis desiderentur. Tituli: *Incipit liber prudentii de columba,* in fine: *Explicit liber prudentii de columba,* dein: *Incipit prologus prudentij,* tum: *Incipit Liber prudentij Sichomachie,* post praef. *Explicit praefatio. Incipit inuotio,* carmine absoluto: *Explicit liber aurelij Prudentij.* Codex satis correctus.

Cod. *Vat.* 2868 membr. sec. XIII exeuntis inter aliorum carmina Prudentii Psychomachiam continet in foll. quatern. 51... 66. Inscriptiones nullae, in fine: *Explicit liber Prudentii de Sicomachia deo grtas am. Incipit Sclauus de Varo. Amen. Incipiunt Sclaui de Varo consona dicta – A beneuentano Iacobo per carmina ficta.* Sectionum litterae initiales minio exornatae. Crebra vocabulorum inversio; varr. lectt. optimae spernendis immixtae. Passim menda graviora recentior manus sustulit. Interiectae sunt versibus nonnullis glossae parvi pretii. Ad marg. hic commentarius manu antiqua: *In principio istius libri inquiruntur ea, quae in aliorum librorum solent principiis quaeri. Scilicet quot et quales sint causae libri* etc. Tum distinguit quattuor causas: *materialem, formalem, efficientem et finalem.* De *efficiente* haec: *Causa efficiens fuit Aurelius Prudentius laycus saecularis yspanus; coniugatus fuit: aurelius quia auream mentem habuit, prudentius quia procul providit animae et aliorum corporibus. . . .*

Cod. *Alex.* 1835 membr. sec. XIII exeunte in foll. quatern. 24 eleganter scriptus sine quidem titulis et loco adscribendis relicto; in fine: *Explicit Liber Prudentii Deo gratias am̄.* Continet autem Psychomachiam. Praefatio fere extabuit, scholia distincte cognoscuntur. Ibi etiam impressum est sigillum, in cuius limbo legitur *Bibliot. S. Silvest.* Cod. minus correctus est. Eum, et cod. Ottob. 1502 ex eodem exemplari, aut alterum ex altero esse descriptum suspicor.

Cod. *Ottob.* 1502 membr. miscell. sec. XIII exeuntis. Ex carminibus Prudentii habet Dittochaeon: *Incipit liber de duobus testamentis,* in fine: *Explicit liber prudentii de duobus testamentis.* Inest quoque Psychomachia in v. 888 *Reddidimus aeter-*

*nas etc.* in foll. quatern. 54 desinens. Inscriptiones tetrastichorum, excepta prima, manu scriptoris aetatis inferioris suppletae. A Psychomachia omnes omnino absunt. Exaratus est in membrana candida, mendis vero scatet. De eius origine vid. cod. Alex. 1835.

Cod. *meus* membr. foll. 4 quatern. sec. XIII exeuntis Dittochaeon continens inter meliores recensendus est. Carminis eiusque tetrastichorum inscriptiones commentarius criticus accurate expressas praebebit.

Cod. *Ottob.* 1297 membr. fol. sec. XIV ineuntis fuit olim Ioannis Angeli Ducis ab Altaemps. Aspectu elegans est, sed ad emendandum Dittochaeon quod continet parum utilis. Tituli cum receptis non congruunt. Inscribitur: *Incipit liber Prudentii*: *id est columba novi et veteris testamenti.* Accedunt commentarii sed inepti exque interpretis ingeniolo fusi.

In *Breviario meo* membr. foll. maior. sec. XIV ineuntis ad usum basilicae Vaticanae canonicorum versus aliquot ad libri Cath. hymn. II contuli suo loco indicandos.

Cod. *Ottob.* 1193 chart. form. octon. pertinebat olim ad bibl. Ioannis Angeli Ducis ab Altaemps. Continet autem varia multa, ex quibus Prudentiana quidem anno 1400 scripta sunt: id quod ex notula p. 165 eiusdem manus colligimus, quae tetrastichorum primum et secundum cum initio tertii exaravit. Commentarius autem ab eo, quem exhibet cod. Ottob. 1220, non differt. Praecedit autem Dittochaeon integrum alia manu scriptum p. 108. Non est bonae frugis.

Cod. *Vallicellianus* I. (Romae) membr. sec. XIV ineuntis in foll. octon. 58...67 praebuit Dittochaeon cum commentario. Codex satis correctus est. Index praevius: *Carmina S. Prosperi, Catonis et Prudentii* cum *commentario Auctoris Anonymi* (fol. 58...67). *Esopi Fabulae A. Salone Parmensi Versibus elegiacis latinitate donatae.*

Cod. *Vallicellianus* II. membr. sec. XIV ineuntis formae octon. min. continet Dittochaeon: *Incipit Liber Prudentij dirophei ede adam et eua*, in fine: *Explicit liber prudentij dirophei .deo. gratias Amen.* Tetrastichis tituli praefixi. Cod. non contemnendus. Insunt quoque: *Lucani. Poetae. Libri. De. Bello. Pharsal. Magistri. Mauri. Regulae. Medicinae. Dioscoridis. Liber. Tibulli. Carmina. Pauli. Diaconi. Historia. Longobardorum. Theodoli. Eclogae. De. Paradiso. Terrestri. cum Adnotat. incerti. Aul. Persii. Satyrae. cum adnot. Aucto-*

*ris incerti. Horatii Flacci. Liber. De Arte poetica. Cum Notis Incerti.*

Cod. *Mantuanus* l. (bibl. publ.) chart. sec. XIV exhibet in 15 foll. quatern. Dittochaeon cum commentario allegorico, historico, morali, qualis est iste cod. Ottob. 1220. Tetrastichis tituli desunt. In fine: *Explicit tetrasticu prudencii Clementis Aurelii de columba Deo Gracias Amen.* Nitide scriptus est.

Cod. *Vat.* 5356 membr. formae quatern. sec. XIV exeuntis inest Dittochaeon: *Incipit de adam et Eua*, in fine: *Explicit liber prudentii.* Tituli veteris testamenti tetrastichis praefixi (in N. T. enim tetrastichis desunt) a vulgatis omnino discrepant. Pauca ex hoc cod. mendoso deprompsi.

Cod. *Ottob.* 1220 miscell. foll. 130 octonariorum cum membr. tum chart., sec. XIV exeuntis, in cuius foll. 108...129 chart. invenitur Dittochaeon cum tetrastichorum, quorum inscriptiones ad unam omnes sicuti in cod. Mantuano desunt, explanatione historica, allegorica, morali. Supra: *Inciṗ. liber eue columbe am.*, man. sequioris aetatis infra: *Liber prudentii carmen sacrum De veteri et novo testamēto.* In fine: *Explicit liber prudentii deo grās amen.* Mutilus ille commentarius codicis Ottob. 1193 ex hocce descriptus fuit. Explicatio primi, secundi, tertii tetrastichi vix differt a cod. Mantuano; maior in reliquis discrepantia est, ita tamen, ut utrumque commentarium ex eodem fonte manasse facile cognoscas.

Cod. *Alex.* 1838 membr. sec. XV exhibet varia variis annis conscripta: in foll. 1 et 76 notatur annus 1474, in fol. 67 anni numerus 1475. In foll. quatern. 52...66 leguntur Dittochaei tetrasticha, quorum commentarius cum historicus tum allegoricus nullius pretii exque cod. Mantuano et Ottob. 1220 depromptus multo illis inferior est. Desunt inscriptiones omnes: tetrasticha ipsa corruptis superabundant lectionibus. Quare ea passim tantum contulimus.

Cod. *Ottob.* 3325 chart. formae quatern. sec. XV. Quos exhibet titulos primorum XI tetrastichorum — reliqui enim ad unam omnes desunt spatio adscribendis relicto — ii ab editis prorsus discrepant. Est autem parvi pretii.

Cod. *Sessorianus* B. CCLXXXIX chart. sec. XV in foll. octon. 13...16 Dittochaeon continet. Inscribitur: *Incipit liber prudentij aurelij De eua et adam*, in fine: *Deo: Gratias:*. Nitide, sed parum accurate scriptus; frequens vocabulorum transpositio.

Cod. *Mantuanus* II. (bibl. publ.) chart. in 5 foll. octon. Dittochaeon sine titulis continet. Supra minio rubro: *Prudentius*, in marg. dextro: *Historie*, ad finem: *Explicit historiae prudentii* 1441. Inest quoque fragmentum Psychomachiae 4 foll. explens. Supra: *Prudēcius pſicomachie*. Sequitur praefatio, dein ipsa Psychomachia usque ad v. 123: septem novissimi vv. mutili. Parum accuratus est.

Cod. *Angelicus* R. 5. 26. chart. formae duodenariae sec. XV. Exhibet autem praef. omnium Prudentii opp. voce prima omissa: *Quinquennia iam decem* negligenter tamen conscriptam; dein praef. Psychomachiae, quam excipit Psychomachia ipsa cum epigraphe: *finis prudentii* $\overset{o}{9}$ *kldas maias*. 1473. Eo usque 51 pagellae expletae sunt. Prudentii Psychomachiam excipit *symbolus philephi poetae*: quo finito: *supplicatio ad virginem mariam Lactantius ad pasca felicitatem. d.* His absolutis librarius duobus versiculis monumentum sibi posuit:

*Quisquis aves lector scriptoris noscere nomēn*
*Cisterciensis monachus ipse fuit.*

Reliqua folia *Sedulii carmen Paschale* explet. Codicem autem melioribus adnumero, ut qui ex vetusto exemplari descriptus esse videatur. Vix alium eo minus accurate Arevalus contulit; atramento nimirum flavo potius quam nigro scriptus indeque passim difficilis lectu est. Orthographia ad vetustiorum rationem ubivis adspirat, si excipias, quod haud raro *ss* exhibet pro *x*. Explicationes interlineares, quae inde a. v. 115...300 occurrunt, parvi facias. Obbarius hunc cod. male *Vat. Angel.* denominat. Bibl. Vaticana enim longe distat ab Angelica, Tiberi quippe intermedio.

Cod. *Urb.* 666 membr. foll. octon. maior. sec. XV. In primo et secundo fol: *PRVDENTII OPVSCVLA EXORDIUM. Hymnus ad Galli cantum Hymnus ad Mattutinum Hymnus ante Cibum Hymnus post Cibum Hymnus ad incensionem Lucernae Hymnus ante Somnum Hymnus Ieiunantium Hymnus post Ieiunium Hymnus in omni hora Hymnus circa exequias mortuorum Hymnus in natali domini Hymnus de Epiphania domini PASSIO SANCTI VINCENTI MARTYRIS. Passio Sancti Laurentii Martyris Passio Sancti Hippolyti Presbyteri. Passio Sancti Cypriani Martyris. Passio Sanctorum apostulorum Petri et Pauli Passio Sanctorum. XIII. Martyrum Caesaraugustanorum Passio Sanctę Virginis Agnes Versus Constantiae Constantini filiae In honore Sanctae Agnes: In Apsida Basilicae ipsius*

*incisi. Versus Damasi Papae de Eadem. Passio Sanctae Eulaliae Virginis. Passio Sancti Fructuosi Taraconensis. I. Episcopi et Sotiorum. Hymnus in honorem Sancti Quirini Martyris. Passio Sancti Cassiani Martyris* [Hunc titulum bis exhibet; sed semel legitur hymn. ipse in lib. Perist.] *Versus in Laudem Baptisterii duorum Martyrum Sanguine Fr̄is. Passio Sancti Romani Martyris Prudentius Deo opuscula sua immolat. Liber Ditrocheus Qui continetur in titulis historiarum. Versus de Sancta Trinitate Invectiva contra omnes hereses Liber Apotheosis adversus hęreses. Contra Manichęos. Prologus ad versus Marcionitas Liber adversus blasphemantes duos deos esse. Liber adversus Simmacum De laude crucis et eius potentia De conversione Senatus De credulitate Plebis. De Senatus fide. Liber contra Symmachum de restituenda ara.* In fol. quarto corona affabre picta, cui inscripta haec: *IN HOC ORNATISSIMO CODICE CONTINENTVR. OPERA. AVRELII. PRVDENTII. CLEMENTIS. VIRI DOCTISSIMI.* Neque fol. sexto et septimo desunt lineamenta nitidissima. In extremo codicis fol.: *Explicit liber II contra Symmachum de restituenda ara. Antonius Sinibaldus transcripsit Florentiae. Anno Christi MCCCCLXXXI. XX. No.* Pro certo habeo, codicem ex antiquissimo exemplo eodemque optimo esse descriptum. Loci librarii manu correcti inveniuntur pauci. Penus lectionum optumarum in eo conditus, quas critici cuiusdam sec. XV ingeniolo deberi vix crediderim. Eum et bibl. Laur. plut. 23., cod. XV. (vid. *Bandin.* catal. codd. mss. bibl. Laur. Florent. Tom. I, coll. 720 sqq.), quem amici mihi passim inspexerunt, eiusdem originis esse, ex utriusque collatione probabile fit. Scribendi ratio: *impartit*; *lacerna* pro *lucerna*; *estuosus*, *sanctae* pro *sancte*, *Cyprianae*; *deluis*, *defundunt*, *vendicavit*, *obrutiscentis*, *pigneribus*; *disperanda*; *obicit*, *conicit*, *pertumescunt* pro *pertimesc.*; *coniunx*; *cumbae*; *bublicitus*; *emicto* pro *emitto*, *victis* pro *vittis*; *falanx*, *prophani*; *edorum*, *horam* pro *oram*, *hilaris*; *lennius*, *dauitici*, *turgitam*; *refulxit*, *esta* pro *exta*, *hexerat* pro *haeserat*; *fixille*; *laxivus*; *ambluantur*; *totiens*; *reccidit*, *comminus*, *dissertus*, *quattuor*. Scribit: *licor*, *dannum*, *dannatus*, *dannis*, *belua*, *suburam*, *dinoscerer*, *scisma*, *religio*; *quanquam*, *utrunque*, *artabat*, *nunquid*, *quicquid*, *iupiter*, *amfractibus*, *anfractus*, *comprehendere* pro *comprendere* etc.

Cod. *Vallicellianus* III. chart. sec. XVI. Extant in eo monumenta ad Diocletiani persecutiones spectantia et alia similia; in

foll. 95 sqq. est passio Romani. Puto, esse eum descriptum ex editione Fabriciana, aut ex eodem cum illa fonte provenisse. Reliqui lib. Perist. hymni, qui in bibl. Vall. servantur, aeque recentiori aevo conscripti sunt. Quapropter eos non dignos censeo, qui conferantur.

„*Codex vat. alex.*, 2078, sec. IX, in folio parvo membran. *Aurelii Prud. Clem. Certamen virtutum contra vitia.* Sine praefatione incipit: *Christe, graues hominum semper miserat labores.* Desunt multa a versu: *Nascitur hinc inopina* ad versum: *Nouimus ancipites.* Desideratur etiam ultimus versus: *Aeternum* etc. Nihil tamen est lacerum, aut abrasum; fortasse exscriptus est ex alio codice imperfecto. Scribendi ratio: *adgreditur, sulphoreus, thoracha* sine diphthongis. Non pauca sunt menda. Hic est *codex H.*“ *Arev.* Codex iste Prudentii Psychomachiam non continet. Bibl. Vaticanae ministri, ex quo Arev. scripsit, eum ablatum esse suspicabantur. Repetivi igitur varr. lectt., quales ille notavit. Neque recognovi quattuor libb. Vatt. ut parum utiles, quos Arev. (prolegg. p. 66, 65, 60) ita describit: „*Codex vaticanus Othobonianus* 237., chartaceus in 8., *Prudentius de B. Cassiano.* Hoc cod. continetur *Legenda S. Cassiani martyris per Fr. Iacobum* (de Voragine) *ordinis Praed. compilata.* Eam dedicat Franciscus Ferrus canonicus imolensis Hieronymo Dandino episcopo imolensi. Iacobus vero scribebat Bononiae anno 1282. Folio 27. *Prudentius poeta de B. Cassiano ita cecinit: Sylla etc.* In fine: *Prudentius, ut notum est, fidei vir et religiosa dogmata poematis etiam iucundidate commendans etc.* Hic erit *codex dictus X.*“ — „*Codex vaticanus palatinus* 1715., membranaceus in 8. seculo XI. circiter scriptus. *Incipit glossa Prudentii Aurelii Clementis.* Paginis triginta constat hoc opusculum. Paucae sunt glossae, e quibus nonnullas suis in locis dabimus: nihil tamen est aliud praeter glossas. Orthographia: *effebi, frenesis, ymnus,* cum diphthongis. In fabularum explicatione potissimum glossemata versantur. Huic codici *nomen erit S. Not.:* Ita incipit: *Kyrocheum: id est, manualem. Exameron: VI. dierum Apotheosis, i. de diuinitate. Amartigenia, i. peccatorum origo. Psychomachia, animae pugna etc.* quae sunt glossae ad vitam Prudentii a Gennadio conscriptam.“ — „*Codex vaticanus palatinus* 235., membran. in fol. seculi XI. circiter. Pagina 45. huius codicis: *Incipiunt glossemata de Prudentio.* Glossae pleraeque. ut in Isone et Vat. A. Quasdam huius codicis proprias suis locis inseram. Post hymnum exequiarum, *Finit liber hymnorum.* Se-

quuntur hymni: *de Natali*, et *Epiphania*. Postea *Peristephanum, sive de coronatis, i. martyribus*, sed nullae sunt glossae. Illico Apotheosis cum titulis minio notatis. In fine: *Apotheosis de diuinitate finit. Incipit Amartigenia, id est, de origine peccatorum aduersus Marcionitas, qui duos deos esse affirmant.* Sequuntur *psychomachia*, et duo libri *aduersus Symmachum*, sed glossae non continuantur ad finem usque libri secundi. Advertendum est, in hoc codice esse tantum *glossemata*, non carmina. Codex nitido charactere scriptus est, a nobis *vocatus T. Not.:* Elogio Gennadii de Prudentio hae peculiares glossae adduntur: *illustrium (nobilium, vel clarorum. Ditrocheum (duplex refectio, i. de veteri et nouo testamento. Exceptis) Ab inuicem separatis. Apotheosis) Deificatio.* Rursus affirmo confirmoque, in nullo vat. cod. a me repertum *diptychon* prisca manu ita scriptum. Alius tradit, probatissimos codd. vatt. adstipulari huic titulo *diptychon:* sed fortasse titulos indicium recentes pro antiquis accepit.“ — „*Codex vaticanus* 4318. pag. 52. seculo XIII. chartaceus in 8., cuius titulus est in catalogo bibliothecae vaticanae: *Commentarii super Prudentio DE COLVMBA historiarum veteris ac noui testamenti. Not.:* Pag. 52. codicis incipiunt commentarii cum ipsis tetrastichis Dittochei, et titulus, ut ibi dicitur, est: *Incipit auctor Prudentii de noua columba* (fortasse legendum *de Eua columba*) *historiarum veteris testamenti, et noui.* Finit cum tetrasticho de apocalypsi. Sequitur pag. 63. alia expositio *Aur. Prudentii historiarum:* ac notatur, auctorem habuisse tria nomina: *Prudentius*, quia *prudens* fuit, *Aureolus*, quia *auream* vitam duxit, *Clemens*, quia *caeli mens*, eo quod mentem in caelestibus habuerit. Additur: *dicitur liber iste DITTOCHEVS, id est, refectio ueteris testamenti, et noui . . . titulus talis est: Incipit Prudentius tractans de veteri, et nouo testamento.* Character est sequioris aevi, etymologiae ridiculae, commentarii nobis inutiles, etiam cum manus, margini appicta, animo intento iubet esse lectorem. Itaque sine ullo nomine hunc codicem praeterimus.“

Arev. prolegg. p. 56: „Codex Bononiensis solum continet apotheosin, hamartigeniam, psychomachiam: mendosus est, et fortasse ex Platesii arbitrio corruptus.“ Librum ipsum videre mihi non contigit. Repetivi igitur varr. lectt., quales ap. Arev. habentur.

SCRIBEBAM ROMAE NONIS MARTIIS A. MDCCCLX.

# VERSIONES.

[Ex Obbarii Addendis p. 308 sqq.]

A) Germanicae.

Interpretatio omnium poetae carminum adhuc desidera
Medio enim aevo hymnos aliquot imitati sunt VV. DD. Geru
et hoc seculo una trium tantum poematum versio prodiit, q
infra indicabo. De istis hymnis vd. Wackernagel. Geschi
des deutschen Kirchenliedes, ubi tres praesertim versiones hy
Cathemerin. IX. afferuntur, prima sec. XV. (p. 65.): *Us*
*väterlichen hertzen ist er geboren*, secunda (p. 456.) Io. Z
ckii (a. 1540.): *Us des vaters hertz ist geboren ein kind*,
*ist gottes sun*, et tertia (p. 201.) Georg. Wicelii (a. 154
*Aus des vaters hertzen ewig ist geboren Jesu Christ.* De
cf. Haupt und Hoffmann altteutsche Blätter II. 4. p. 5
Rambach. Anthologie christl. Gesänge aus allen Jahrhunde
p. 76 sqq., nos p. 38. Hymnum Cath. XI. transtulit et comm
tario instruxit Andreas Möller. Pegaviensis, quem librum
XXXVI. indicavimus. Versio recentissima haec est:

Aur. Prudentius Clemens Feyergesänge, heilige Kämpfe [
Psychomachia] und Siegeskronen [i. e. περὶ στεφ.] Metrisch ü
setzt und mit Noten begleitet von *J. P. Silbert.* Wien, 1820.

Duos locos excerpam, e quibus quomodo Silbert. Prudent
nostro sermone reddiderit, apparebit: alter legitur Cath. hymn
v. 116...127., ubi anapaestos dimetros catalectos in hoc met
⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑– mutavit; alter Cath. XI. v. 125...136., ubi
bicos dimetr. intactos reliquit:

Iam maesta quiesce querela etc.

*Düstre Klage sei fern; verstumme ganz,*
*Mütter! hemmet, o hemmet der Thränen Lauf!*
*Eure Kinder bewein't, o Menschen! nicht,*
*Denn das Leben erneut der kalte Tod.*

*Also sprosset ergrünt das Samenkorn,*
*Das im Schooße der Erd' erstorben lag,*
*Ueppig wieder empor aus tiefem Grab,*
*In der frühern Aehre holdem Bild.*

*O so öffne dich denn, o Erde! sanft,*
*Hülle mild in den Schooss die Leiche ein,*
*Diese Glieder vertrau'n dir, Treue! wir,*
*Die ein edeler Rest des Menschen sind.*

Salvete flores martyrum etc.

*O zarte Schar der Erstlinge*
*Geopfert Christo! freundlich spielt*
*Ihr, vor dem Blutaltare selbst*
*Mit Palmen und dem Siegeskranz.*

*Was fruchtet solche Gräuelthat,*
*Was hilft, Herodes! dir die Schuld?*
*Vergebens suchst bei Leichen du*
*Den Christ, der unverletzt entkam!*

*Gleich junges Blut entrieft den Dolch,*
*Der kinderlos die Mütter macht;*
*Doch Ihn, der reinsten Jungfrau Frucht,*
*Den einzigen, verfehlt der Stahl.*

B) Gallicae.

Aurelio Prudence Clement. La passion de St. Quirin Martyr Evesque de Scissie prise de l'hymne 7. de Prudence, poete chrétien, en son livre des couronnes et traduite en vers françois couplet pour couplet. S. l. et a., cf. Arev. I. p. 98. *Anton du Verdier* bibliothèque Gallique (Lugd. 1685.) p. 1025.

Hymnes ecclesiastiques et cantiques partie traduits, partie de son invention par *Guido le Fevre de la Borderies.* A Paris, chez Rob. le Maignier 1582. ed. II. [Imitatus est et vertit Guido le Fevre XV hymnos Prudentianos].

Ant. du Verdier l. l. etiam *Petrum de Montchault* hymn. Cath. XI. XII., et *Paschalium Robin* Perist. II. III. in linguam Gallicam transtulisse ait.

C) Italicae.

I due libri di Prudenzio contro Symmaco. Tradotti in versi italiani par P. M. *Carlo Agostino Ansaldi* Domenicano. Venezia, appresso Pietro Valuasense, 1754. 8. — Praemissa est poetae vita, quam saepius laudavimus.

Versionis Prudent. manuscriptum librum in bibl. Mediolanensi asservari idem Ansald. l. l. enarrat eiusque auctorem *Salvinium* censet, Argelatus autem (bibliotheca dei Volgarizatori III. p. 302.) *Marc. Anton. Mozzium* hanc interpretationem confecisse dicit, quam Io. Lamius (memorab. erudit. Italor. Florent. 1742. I. p. 120.) inter editas refert. — Arevalus quoque libr. mstum hoc titulo possedit: *La passione et morte di S. Cassiano Martyre*

*e Vescovo d'Imola, tradotta in ottave rime dai versi latini S. Prudenzio in Ferrara* 1585.

Inno di Aurelio Prudenzio Clemente uom Consolare, a Cassiano Martire [*περὶ στεφ.* IX.] colla parafrasi in ottave ri e le annotazioni del Sig. Abbate *Giuseppe Antonio Cavalieri Comacchio* Accademico Argonauta di Ferrara, e pubblico Maes di grammatica in Bagnacavallo. Venezia 1772. Presso Bart Barucchelli.

*Giuseppe Sadarglio* osservazioni sopra il martirio di S. polyto vescovo di Porto, descritto da Prudenzio [*περὶ στεφ.* X in Nuova raccolta d'opusc. Tom. XXV. n. 3. Cf. Ebert. all meines bibliographisches Lexicon II p. 529.

D) Hispanicae.

Batalla o pelea del anima [i. e. Psychom.]: que conpusos versos latinos: el poeta Aurelio prudencio clemente: nuevame traducida de latin en castellano. 1259. [sic!]. Cf. Rodriguez Castro bibl. Hisp. II. p. 218 sqq.

Traduction de los hymnos, que hizo Aur. Prudencio a los strissimos martires S. Laurencio [*περὶ στεφ.* II.], S. Vince [ib. V.], S. Engracia, S. Lupercio y los demas innumerables, padecieron en la imperial ciudad de Zaragoza [ib. IV.]. Co naciemento y patria del mesmo Aur. Prudencio. Por *Luis D de Aux*, hijo de la misma ciudad, a qui en se dedica. En Za goza por Juan de Lanaja y Quartanet. 1616. 8. Ebert. l. l 1619. indicat.

Prudentii carmina *Petrum Guarciam de la Huerta* veri voluisse Arev. l. l. dicit.

E) Hollandica.

Prudentius Lofzangen door Kempher. Leiden. 1712. 8. Ebert. l. l. p. 529.

F) Graeca.

Areval. p. 170. cod. mtum *Psychomachiam graece reddi* continentem e bibliotheca *Henr. Jones* [cf. cod. 7066. 63.] A clarissimi laudat.

# SIGLORUM EXPLICATIO[41]).

## CODICES.

*A* i. e. Guelferbytan. [carm. omn., sed H. Ps. S. I. mutila].
*B* - - Bongarsianus [carm. omn. cum lacunis in C. P. Ps. S. II.][42]).
*E* - - Egmondan. [carm. omn.]
*G* - - Gothanus [P. IV. V.]
*H* - - Heilsbronnensis [C. P.]
*I* - - Iureti cod. [S.]
*K* - - Kreussleri cod. [D.]
*N* - - Nomsianus [cfr. cap. III, not. 28.]
*O* - - Oxoniensis [carm. omn.]
*P* - - Palatin. Weitzii [carm. omn.]
*R* - - Rottendorph. I. [carm. omn.]
*RII* - - Rottendorph. II. [Ps.]
*RII* - - Heinsii Rottendorphianus alter [S.][43])
*T* - - Thuanus [carm. omn.]
*W* - - Widmannianus [carm. omn.]

41) Codd. notas, quibus Weitzius, Arevalus, Obbarius usi sunt, innovare nolui. Numeri 1. et 2. variae lectioni praefixi primam et secundam librariorum curam indicant. Litterae initiales C. A. H. Ps. S. P. D. sunt ipsius poetae operum compendia.

42) Alii quoque ex iis codd., qui aut nonnulla aut omnia Prudentii opera exhibere subinde dicentur, carmina quaedam habent cum lacunis, quomodo descriptio supra accuratius declaravit.

43) Sibi non constant, quae Obbarius prolegg. p. XXXVII, 47, coll. p. XLIII et XLVI de tribus mss. Rottendorphianis refert. Vid. de iisdem Heins. praef. p. 3. Mihi in Psych. *uterque R* (seu R et R II) est Rottendorphianus I et II, in libb. contra Symm. *uterque R* (seu R et R II) = Rottendorphianus I et ille „alter," qui „libros adversus Symmachum complectebatur" (Heins. praef. l. l.).

*Altin.* i. e. Altinius [C. P.]
*Ambr.* - - Ambrosianus [C. P. mutila]
*Ang.* - - Angelicus [Ps.]
*Boh. I. II. III.* i. e. Boheri codd. [opp. omn.]
*Bon.* i. e. Bononiensis [A. H. Ps.]
*Dress.* - - Dresselianus [D] [44])
*Erf.* - - Erfurtensis [Ps.]
*Fuld.* - - Fuldensis [Ps.]
*Gold.* - - Goldasti cod. [C. D.]
*Laur.* - - Laurentianus (vid. Bandin. catal. codd. mss. bibl. Laur. Florent. Tom. I., coll. 730 sqq.) . . . [C. P. D. A. H. S.]
*Pic.* - - Picarti cod. [Ps.]
*Prag.* - - Pragensis [C. A. H. D. S.]
*Put.* - - Puteanus [C. A. H. Ps. P. I...V, 142.]
*Rat.* - - Ratisbonensis [carm. omn.]
*T1rr.* - - Torrentianus unus
*T2rr.* - - Torrentiani duo } [carm. omn. ?] [45])
*T3rr.* - - Torrentiani tres
*Vall.* - - Vallicellianus I. [D.]
*Vall.* - - Vallicellianus III. [P. X.]
*Weiss.* - - Weissenburgens. [A. H.]
*α* - - Alex. n. 321. [carm. omn.]
*β* - - Ottob. - 1502. [D. Ps.]
*γ* - - - - 3325. [D.]
*δ* - - Mantuan. II. [D. Ps.]
*ε* - - Ottob. n. 1297. [D.]
*ζ* - - Mantuan. I. [D.]
*η* - - Sessorian. B. CCLXXXIX. [D.]
*ϑ* - - - - - CCXCVI. [D. Ps.]
*a* - - Vatic. n. 3859. [C. P. A. H. S. D.]
*b* - - - - 3860. [C. P. A. D.]
*c* - - - - 3267. [Ps.]
*d* - - - - 5356. [D.]
*e* - - - - 2766. [Ps.]
*f* - - - - 2868. [Ps.]
*g* - - Alex. - 1439. [Ps.]

44) De altero cod. Dress., qui est breviarium sec. XIV incuntis fragmentum Cath. hymn. II exhibens, vid. codicum nostrorum recensum.

45) Cfr. Heins. praef. p. 5.

*h* i. e. Alex. n. 2078 (?) [Ps.]
*i* - - - - 348. [C. P. D. A.]
*l* - - - - 1835. [Ps.]
*m* - - Vatic. - 5821. [P. C. (XI. XII.) D. A. H. Ps. S.]
*n* - - Alex. - 1838. [D.]
*o* - - Alex. - 58. [Ps. C.]
*p* - - - - 74. [C. P.]
*q* - - - - 1702. [C. P. D. A. H. (praef. fragm.)]
*r* - - Pal. n. 242. [Ps.]
*s* - - Vallicellian. II. [D.]
*u* - - Urbin. n. 666. [C. P. D. A. H. S.]
*w* - - Viennensis [Ps.]
*x* - - Ottob. n. 237. [P. IX.]
*y* - - - - 1193. [D.]
*z* - - - - 1220. [D.]

## EDITIONES INTEGRE COLLATAE.

*Daw.* i. e. Daventriensis a. 1492.
*Ald.* - - Aldina, Venetiis a. 1501.
*Lugd.* - - Lugdunen. a. 1502.
*Sich. I.* - - Basil. a. 1527.
- *II.* - - Antuerp. a. 1536.
- *III.* - - - - 1540.
*Sich. tres* - - edd. Basil. 1527, Antuerp. 1536, Antuerp. 1540.
*Gis. I.* - - Giselini ed. Paris. a. 1562.
*Fabr.* - - Fabricii ed. poett. Christ. Basil. a. 1564.
*Gis.* - - Giselini ed. Antuerp. a. 1564.
*Weitz.* - - Weitzii ed. Hanov. a. 1613.
*Chor. Poett.* i. e. Chorus Poetarum Lugdun. a. 1616.
*Amstr.* i. e. Amsterod. a. 1625.
*Heins.* - - Heinsii ed. Lugdun. Batav. a. 1667.
*Cell.* - - Cellarii ed. sec. Halae Magd. a. 1739.
*Arev.* - - Arevali ed. Rom. a. 1788. 89.
*Obb.* - - Obbarii ed. Tubing. a. 1845.
*reliqq.* - - reliquae edd. a nobis integre collatae.

Passim nominabuntur:

*Parrh.* i. e. Parrhasius [1501].
*Nebr.* - - illa Nebriss. ed. sine loco et anno, quam in editionum notitia a. 1512 aut paullo post evulgatam supposuimus.
*Lott.* - - Lotterus [1513].
*Torn.* - - ed. Lugdun. 1553.
*Cham.* - - Chamillardi ed. a. 1687.
*Ruin.* - - Ruinart. [1713].
*Teol.* - - Teolii ed. Parmae a. 1788.

In nott. critt. est *t* = vel (vid. C. III, 107 etc.).

# AURELII PRUDENTII CLEMENTIS

## PRAEFATIO.

Per quinquennia iam decem,
ni fallor, fuimus: septimus insuper
annum cardo rotat, dum fruimur sole volubili.
Instat terminus et diem

Ex natura huius carminis atque indole facile cognoscitur, haud inmerito postliminii iure id huc redisse, utpote quod in codd., quotquot alii nosque vidimus quattuor exceptis, aeque ac in editionibus ante Heinsium impressis, adversante vv. 36...42 sensu ad librum Cathemerinon referretur, neque ad integrum septemplex Prudentii opus. Ast *Incip. praefatio A. Pr. Cl.* est in A, *Incipit Prohemium Aurili Prudenti* E, *Praefatio* simplicius atque clarius α, ubi tamen sciolus man. rec. supraposuit *Aurelii Prudentii Clementis viri consularis in lib. Cathemerinon.* Maneat tamen illud manus antiquae; quod ea si non omnium nostri poematum, sed Cathemerinon tantum praefationem esse voluisset, hoc loco certe posuisset, quam exacto carmini subiecit epigraphen *Liber* Cathemerinon incip. *Incipit proemium aurelii* (*aurilii* sec. curis) *prudentii* a, quem titulum spatio interiecto fere nullo bini excipiunt *Liber catemerinon incipit; Liber catemerinon incipit.* Amanuensis igitur cod. a male inculcat lectoribus, esse hos versus Cathemerinon praefationem. Recte *Incipit prologus prudenty* ϑ, *Aurelii Prudentii in opuscula sequentia praefatio* u, inepte *Aurelii Prud. Praefatio tm̃ in Cathemerinon* man. rec. Ang. Om. praefationem Put. c i o p.

1. *Per* om. Ang. Saepius in mss. prima vox aut primus versus in capite libri desideratur. Cum mos esset hominum codices describentium literis nitidis maioribusque librorum exordia adornandi, tempus ac operam exigens labor, codice descripto pristini consilii interdum obliti sunt. [Cfr. Niebuhr Cic. orat. fragm. p. 82. ed. Rom.] 2. *nil* coniectura in quibusdam schedis ap. Arev. ob v. 24, *ni* est caute simul ac plene affirmantis; *septem* o.

1. *Per quinquennia* sqq.] Vitam resque gestas ipse Prudentius hocce procemio adumbrat, unde iam Gennadio (Catal. vir. illustr. XIII.) innotuerunt, quae ipse primus ac sequiores tradunt. Vellem Silberto (Aur. Prud. Clem. Feiergesänge p. 3.) non excidisse, poetam haec scribentem fuisse senem septuaginta quinque annorum.

3. *rotat*] Cfr. P. XI, 29, Hom. Od. I, 16 *περιπλομένων ἐνιαυτῶν* (*volventibus annis*), Anacr. IV, 7 *Τρόχος* (an *τροχὸς ἦ*) *ἅρματος γὰρ οἷα Βίοτος τρέχει κυλισθείς· Ὀλίγη δὲ κεισόμεσθα Κόνις, ὀστέων λυθέντων* (Harles. Anth. gr. poet. p. 8), Sil. It. VI, 121.

vicinum senio iam Deus adplicat.
Quid nos utile tanti spatio temporis egimus?
Aetas prima crepantibus
flevit sub ferulis: mox docuit toga
infectum vitiis falsa loqui, non sine crimine.
Tum lasciva protervitas
et luxus petulans (heu pudet ac piget)
foedavit iuvenem nequitiae sordibus ac luto.
Exin iurgia turbidos
armarunt animos et male pertinax
vincendi studium subiacuit casibus asperis.
Bis legum moderamine
frenos nobilium reximus urbium,
ius civile bonis reddidimus, terruimus reos.
Tandem militiae gradu

5. *iamiam* c. 6. *Nos quid utile tanti* 2 c, *Utile quid tanti nos* p. 7. *crepitantibus* Aug. c $\vartheta$. 8. *Creui* p. *Flevit* $\vartheta$ (an *Crevit?*) 9. *loqui falsa* inv. c. 10. *Tunc* c; *lasciuia proteruitas* $\vartheta$. 11. *Et* A O T Aug. Laur. $\alpha$ a c $\vartheta$ i o p u Ald. Lugd. Nebr. Heins. Arev. Obb., *Ac* Sieh. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Cell. Teol. 12. *et* H $\alpha$ a p. 13. *Dehinc* E, *Exhinc* a o p. 16. *Ter* coni. Bivar.; *moderatione t mine* c. 18. *reddimus* Aug. o; *reos terruimus* transp. Aug. 19. *Pridem militiae gradu* p.

8. *sub ferulis* sqq.] Iuvenalis illud *Et nos manum ferulae subduximus* in proverbium abiit. Glossa cod. a *toga praetexta, qua utebantur pueri nobiles romanorum usque ad quintum decimum annum, sic dicta quod et latior purpura in capitio praetexebatur* praestare videtur interpretationi illi de toga virili, quam anno aetatis XVIII induebant. Nam ipse a puero v. 12 distinguit iuvenem. Praetexta puerorum (est enim etiam magistratus insigne) erat toga alba purpureo praetexta limbo. Pueri praetextati olim Curiam cum patribus introibant. Cfr. Gell. N. A. I, 23, Io. Rosinus Antiq. Rom. lib. V, Böttiger de orig. tiroc. Rom. in Opusc. I, p. 207. Nil obstat, quin utramque togam intelligas.

13. *iurgia*] Studium forense indicat. Non de consulatu vss. sqq. cum nonnullis explicandi, sed de munere provinciae rectoris seu praesidis. Huiusce quippe, non urbi praefecti erant duae iuris partes, quas memorat, lites iudicandi ac vindicandi crimina. Cfr. Suet. Octav. Aug. 47, Itinerar. ed. Wesseling. p. 685, Sigon. de iure prov. II, 6, 7, Heinecc. Syntagm. Append. I, 4, 103, Creuzer: „Abriss der röm. Antiq." p. 265, 275. Bis igitur munere provinciae praesidis functus est. Vid. Creuzer. l. l. p. 270, Bach. hist. iur. p. 282 ed. Stokm.

19. *militiae gradu*] ... *agnoscitur miles palatinus fuisse* Gennad. l. l. Non est, cur aliter censeamus. Cum voc. *militia* de munere quovis ampliore, non de militari solum dici e Plin. H. N. X, 33, 49 appareat, eos errare Obbarius opinatur, qui Gennadio adstipulentur. Is potius de patriciatu cogitat Proleg. I, not. 8. In Pontificum Romanorum aula, quae et eiuscemodi plurima Imperatorum post Constantinum instituta servavit, tres adhuc custodiae stipendia faciunt: Helvetiorum (Germanorum — guardia svizzera), Nobilium (guardia nobile),

evectum pietas principis extulit
adsumptum propius stare iubens ordine proximo.
Haec dum vita volans agit,
inrepsit subito canities seni
oblitum veteris me Saliae consulis arguens:
ex quo prima dies mihi
quam multas hiemes volverit et rosas
pratis post glaciem reddiderit, nix capitis probat.
Numquid talia proderunt
carnis post obitum vel bona vel mala,
cum iam, quidquid id est, quod fueram, mors aboleverit?
Dicendum mihi: Quisquis es,
mundum, quem coluit, mens tua perdidit:
non sunt illa Dei, quae studuit, cuius habeberis.
Atqui fine sub ultimo
peccatrix anima stultitiam exuat:
saltem voce Deum concelebret, si meritis nequit:
hymnis continuet dies,

20. *principiis* c. 21 ordinat o. 22. *volens* Heins. ex T lectio autoritate relqq. codd., glossarum vett. et edd. reprobata neque sententiarum nexu probata. 24. *me Saliae* T Altin. Fabr. (cfr. comment. in Poett. christ. p. 17) Gis. Weitz. Heins. Cell. Arev. Obb., *me sale* 2 Ang., *mesaliae* A E H P, *mesalie* c o, *messaliae* B R W Gold. Laur. α a i u Ald. Sieh. tres Chor. Poett., *Massaliae* emend. Ald. Lugd. Nebr., *messalie* ϑ p, *messale* 1 Ang., *Messallae* Amstr. [In lapidibus antiquis scr. *Sallias*, in cod. Theodosiano, qui in bibl. Vatic. asservatur, sec. V. exarato, *Sallias* et *Sallyas*. Cfr. Onuphr. Panvinius ad fast. cons. III. p. 408]. 25. *Ex* p optime, *Sub* relqq. codd. et edd. [Cfr. P. VI, 58]; *prima* exc. Ang., *Sub quo primo etas dies miehi* ϑ. 26. *Quas* ϑ; *ac rosas* Ang. 28. om. *talia* Ang.; *proferunt* E P alt. supra. 29. *vel* ante *bona* exc. ϑ. 30. *fuerat* Ang., *fecerit* corr. *fecerim* c pro div. script., *fuerim* u. 31. *miehi* p. 33. *aberis* ϑ. 34. *Atqnin* 2 A B W Gold. Rat. ap. Mariettum i Weitz. (non Laur.), *Utqui* p, *Atqui sub ultimo fine* Ang. 35. *exuet* Ang. 36. *Saltim* Rat. ap. Mar. a ϑ i p; *concelebrat* rc, *celebret* ϑ, *cumcelebret* o. 37. *dies* exc. ϑ.

Civium (guardia palatina). Cfr. A. 495. Prudentium secundae vel tertiae militem fuisse, aut ei vel parti eius praefuisse crediderim.

20. *principis*] *Theodosii vel filiorum eius* gl. cod. Rat.

24. *Saliae*] Philippus et Salias, quibus coss. Prud. natus est, fastis anni urbis MCI seu 348 aerae christ. inserti, Constante et Constantio Impp.

29. *bona*] Fortunae bona multis in mala cedunt.

33. *cuius habeberis*] „In cuius ditione es et permanebis: cuiusque iudicio stabis aut cades.“ *Cell.*

37 sqq. *hymnis continuet... laudet apostolus*] Lemmata poetae operum: vss. 37, 38 *Cathemerinon* liber innuitur, 39 *Apotheosis*, *Hamartigenia*, *Psychomachia*, 40, 41 libb. contra *Symmachum*, 42 *Peristephanon* lib.

nec nox ulla vacet, quin Dominum canat:
pugnet contra hereses, catholicam discutiat fidem,
conculcet sacra gentium:
labem, Roma, tuis inferat idolis,
carmen martyribus devoveat, laudet apostolos.
Haec dum scribo vel eloquor,
vinclis o utinam corporis emicem
liber, quo tulerit lingua sono mobilis ultimo.

---

# CATHEMERINON LIBER.

## I. HYMNUS AD GALLI CANTUM.

Ales diei nuntius
lucem propinquam praecinit:

38. *Ne* u; *vox* Ang.; *Hec mox ulla ... qui Dominum* ϑ. 39. *Puget* E. 40. *Et culcet sacrum ingenium* c, ubi praef. hic versus claudit. 41. *Labem oromantius inferat idolis* ϑ. 42. *devouerat* ϑ. 44. *Vinclis non utinam* Ang.; *corporeis* ϑ. 45. *Liber* exc. Ang.

Inscriptio ex A E T Put. α a Lugd. Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell., *Hymnus ad Gallicantum* u Ald. Nebr. Sieh. tres Obb., *Hymnus ad gallicinium* i Weitz. Arev., *Hymnus ante lucem* p, nec huius nec seqq. hymnorum ullius inscriptio in o. 6. Ita AEPT Altin. Laur. Put. u. Heins. Cell. Obb., idem 1α cum glossa *soporatos*, sed sec. curis *Aegros sopore*, unde *Aegro sopore* Ang. Gold. a Weitz. Amstr. Arev., *Aegros sopore* B W Prag. Rat. Fabr. Gis., *Aegros sopore* mutatum in *Aegro soporos* i, *Aegro sopores* o, *Aegros sopores* p Ald. Lugd. Nebr. Sieh. tres.

39. *hereses*] Prima correpta ut 41 secunda in *idolis* ex licentia, qua Prud. in graec. vocc. quantitate utitur. — *Discutere* = *examinare*, *in ordinem digerere*, *illustrare*, vid. Barth. Adversarior. comm. LXIX, 5 (Francof. 1624.).

44. *vinclis*] Rom 7, 24. — *emicem*] Inter canendum talia utinam moriar.

1. *Gallicinium* pars noctis, qua galli cantant, quarta castrensis vigilia Plin. X, 21, 24. Hic de gallicinio agitur, quod in divisione diei civilis a media nocte exordientis *inclinationem* ipsius mediae noctis subsequitur ad diluculum usque. Vid. Macrob. Sat. I, 3, Censorin. de die nat. 24, Isid. Orig. V, 30. Horas, quibus preces Christianis sequioris aevi erant offerendae Constitt. Apost. VIII, 34 accuratius indicant: *Εὐχὰς ἐπιτελεῖτε ὄρθρου καὶ τρίτῃ ὥρᾳ καὶ ἕκτῃ καὶ ἐννάτῃ καὶ ἑσπέρᾳ καὶ ἀλέκτορος φωνίᾳ· ὄρθρου μὲν εὐχαριστοῦντες, ὅτι ἐφώτισεν ἡμᾶς ὁ Κύριος παραγαγὼν τὴν νύκτα καὶ παγαγὼν τὴν ἡμέραν· τρίτῃ δέ, ὅτι ἀπόφασιν ἐν αὐτῇ ὑπὸ Πιλάτου ἔλαβεν ὁ Κύριος· ἕκτῃ δέ, ὅτι ἐν αὐτῇ ἐσταυρώθη· ἐννάτῃ δέ, ὅτι πάντα κεκίνητο, τοῦ δεσπότου ἐσταυρωμένου, φρίττοντα τὴν τόλμαν τῶν δυσσεβῶν Ἰουδαίων, μὴ φέροντα τοῦ Κυρίου τὴν ὕβριν· ἑσπέρᾳ δὲ εὐχαριστοῦντες ὅτι ἀνάπαυσιν ἔδωκε τῶν μεθημερινῶν κόπων τὴν νύκτα· ἀλεκτρυόνων δὲ κραυγῇ διὰ τὸ τὴν ὥραν εὐαγγελίζεσθαι τὴν παρουσίαν τῆς ἡμέρας εἰς ἐργασίαν τῶν τοῦ φωτὸς ἔργων.*

nos excitator mentium
iam Christus ad vitam vocat.
Auferte, clamat, lectulos,
aegros, soporos, desides:
castique recti ac sobrii
vigilate, iam sum proximus.
Post solis ortum fulgidi
serum est cubile spernere,
ni parte noctis addita
tempus labori adieceris.
Vox ista, qua strepunt aves
stantes sub ipso culmine
paulo ante quam lux emicet,
nostri figura est iudicis.
Tectos tenebris horridis
stratisque opertos segnibus
suadet quietem linquere
iam iamque venturo die:
Ut, cum coruscis flatibus
aurora caelum sparserit,

7. *Casteque recte ac sobrie* Wi (in quo vulg. supra) Gold. Prag. Rat. Weitz. (non Laur.). 13. *Nox* u; *illa* p; *strepuit* o. 15. *Nova antequam* p, *Paulo antequam superemicet* u. 16. *Vestri* o; *forma est iudicis* p. 19. *Monet* p. 20. *venturum diem* o. 21. *flatibus* coni. Cham., sed cfr. S. I. praef. 86.

**De gallo**, quo Christum significat, graphice ac venuste scribit Ambr. Hexaem. V, 24 et hymn. ad laudes dominicae: *Aeterne rerum conditor* [Fabr. poet. eccl. p. 785]. Cfr. Clem. Alex. Paedagog. III, 11, p. 289 ed. Pott., Münter Sinnbilder I, p. 55, Augusti: Denkwürdigk. der christlichen Archaeologie, Tom. XII, p. 360. Huius hymni pars feria III. ad laudes canitur in Brev. Rom.

1. *Ales*] *gallus, qui diem canendo adnunciat, Christum convenienter designat, qui mentes hominum ab infidelitatis errore revocans ad vitam veramque lucem excitat* gl. a.

10. *serum*] *hinc quidam infelices culi, qui solem non cernunt surgentem* gl. a.

13. *strepunt aves*] Cfr. Burm. ad Prop. I, 16, 45, Virg. Aen. VIII, 456. *Strepunt*, quia galli cantaturi alas excutiunt. Quare *Vox ista* non solum galli, sed interprete Nebrissensi etiam ceterarum avium sub lucem cantiscentium vix esse potest. Alas alias quoque aves excutere vix somno solutas, sed absque cantu, haud ignotum est.

14. *culmine*] Virg. Aen. VIII, 456 *Et matutini volucrum sub culmine cantus* ante oculos habuit. Cfr. Mart. IV, 64, 10 *Celsae culmine delicatae villae*, Fl. Merobaudis carm. relqq. (ed. Niebuhr.) II, 9 *Culmina celsa tenet socia cum coniuge princeps.*

16. *iudicis*] *qui similiter monet nos a vitiis surgere* gl. a.

21. *flatibus*] Flatibus coruscis caelum spargit aurora, quando lumine mundum ubique implet; flatus autem oris est halitus spiranti. Cic. in Arato de Cane sidere: *Aestiferos validis erumpit flatibus ignes.*

22. *aurora*] *dies iudicii* gl. a.

omnes labore exercitos
confirmet ad spem luminis.
Hic sompnus ad tempus datus
est forma mortis perpetis,
peccata ceu nox horrida
cogunt iacere ac stertere.
Sed vox ab alto culmine
Christi docentis praemonet,
adesse iam lucem prope,
ne mens sopori serviat:
Ne sompnus usque ad terminos
vitae socordis opprimat
pectus sepultum crimine
et lucis oblitum suae.
Ferunt vagantes daemonas
laetos tenebris noctium,
gallo canente exterritos
sparsim timere et cedere.
Invisa nam vicinitas
lucis, salutis, numinis
rupto tenebrarum situ
noctis fugat satellites.
Hoc esse signum praescii
norunt repromissae spei,

26. *Mortis imago est perpetis* 1 Put. obstante metro, *Imago mortis perpetis* coni. Heins. [Vid. Ov. Am. II, 9, 40] Sed vulgata lectio locum suum tuetur; nam *forma* (μορφή) = species, figura, idea. [Cfr. A. 309, H. 51, P. I, 59]. 29. *ablato* mutatum in *abalato* a, unde error *ablato* ap. Ald. Lugd. (non Nebr.) 31. *Adesse lucem proximam* 1 A non improbante Obb., *Adesse iam prope lucem* p. 33. *sumnus* Lugd. 34. *Vitae socordes* 2 E, *Mentes socordes* p (non Laur.), primum *o* correptum raro exemplo. [Cfr. A. 126]. 41. *In vicinitas* cum lacuna o. 42. Gl. marg. *at numini. i. demoni* α. 45. *praecii* o.

23. *exercitos*] *exercitus exerciti dicitur fatigatus, exercitatus vero doctus* gl. a.

29. *vox ab alto culmine*] Sicuti diem adesse aves ab alto culmine annuntiant, ita Christi e caelo vox lucis operibus operam ut daremus, nos invitat.

37. *Ferunt* sqq.] Daemones in aere versari, Augustinus de civ. dei docet. Idem sermo 103: *Ista daemonia seducere animas quaerunt, sed ubi sol ortus est, fugiunt.* Cfr. Ambr. hymn. V, 9 [Fabr. l. l. p. 787.]. Augusti Denkwürdigk. l. l.

43. *situ*] *situs est proprie lanugo quaedam in locis soli inaccessis nascens poniturque vetustate* gl. a.

45. *signum*] Gallicinium uti annuntiat approperantem diem, sic adversarios simul commonefacit propinqui adventus diei novissimi, quo ipsi et mundus coram Christo iudice stabunt.

qua nos soporis liberi
speramus adventum Dei.
Quae vis sit huius alitis,
salvator ostendit Petro,
ter antequam gallus canat
sese negandum praedicans.
Fit namque peccatum prius,
quam praeco lucis proximae
inlustret humanum genus
finemque peccandi ferat.
Flevit negator denique
ex ore prolapsum nefas,
cum mens maneret innocens
animusque servaret fidem.
Nec tale quidquam postea
linguae locutus lubrico est,
cantuque galli cognito
peccare iustus destitit.
Inde est quod omnes credimus,
illo quietis tempore,
quo gallus exultans canit,
Christum redisse ex inferis.
Tunc mortis oppressus vigor,

51. *cantet* o. 53. *peccator* Ald. Lugd. Nebr. Sieb. tres Gis. l Fabr. Chor. Poett. Amstr. 57. *peccator* Gall. 58. *prolatum nephas* o. 62. *Lingua loquutus. lubrica est* B W 1 i Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr., *Linguae locutus lubrico* 2i o. 65. *Inest quod* e. 69. *expressus* a; *rigor* Fabr. Gis. Heins. Cham. Cell., sed cfr. infra II, 80.

50. *Petro*] Matth. 26, 34.

53. *peccatum prius*] Noctis tempore hominem ad peccandum proclivioremem putat. Sed vid. Middeldorpf in Illgen. „Zeitschrift für die histor. Theolog." II, 2.

54. *praeco est proprie vocimissarius, qui adventum principis adnuntiat, allegorice autem per quinque aetates: id est antequam Christus incarnatus veniret in mundum, peccata hominum erant sicut sunt tenebrae noctis, antequam gallus cantet* gl. a.

59. *Cum mens maneret innocens*] Errare poetam dicit Cell., quoniam in toties repetita negatione et exsecrationibus confirmata mens magis quam lingua peccaverit. Contra gl. Isonis et a: *quia, quamvis voce Christum negaret timore correptus, mens tamen et animus fidem servabat.* Unde subtilius Calmetus: „Petrum quidem negationis externae peccato fuisse implicitum, quod vere peccatum est hominemque peccatorem efficit, sed fidem intus servasse, quandoquidem Christus rogavit, ne illius fides deficeret."

64. *destitit*] Vid. Ambr. hymn. ad laudes dom.: *Hoc ipsa petra ecclesiae Canente culpam diluit* sqq.

tunc lex subacta est tartari,
tunc vis diei fortior
noctem coegit cedere.
Iam iam quiescant inproba,
iam culpa furva obdormiat,
iam noxa letalis suum
perpessa sompnum marceat.
Vigil vicissim spiritus
quodcunque restat temporis,
dum meta noctis clauditur,
stans ac laborans excubet.
Iesum clamus vocibus
flentes, precantes, sobrii,
intenta supplicatio
dormire cor mundum vetat.
Sat convolutis artubus
sensum profunda oblivio
pressit, gravavit, obruit
vanis vagantem sompniis.
Sunt nempe falsa et frivola,
quae mundiali gloria
ceu dormientes egimus:
vigilemus, hic est veritas.
Aurum, voluptas, gaudium,
opes, honores, prospera,
quaecunque nos inflant mala,

70. *subiecta* u. 71. *Tunc vis dei recedere Noctem coegit fortior* u. 81. *Hisum* Put., *Ihm̄* A. [qua voce Pr. et Ennod. (Epigr. II, 34.) bisyllaba utuntur, neque litteram consonantem antecedentem producunt, cf. A. 222. 417. 502. etc., Iuvencus [Evang. hist. I, 63. 185. etc.] aliique trisyllabum faciunt id nomen. *Obb.*] 82. *sobrie* Ang. 84. *vetet* Gold. (supra alt.) Prag. probante Heins. 89. *friuula* d. 90. *Quae mundi alit gloria* Ald., substituit *mundiali*. 95. *male* a.

70. *lex Tartari talis erat, ut nemo post mortem resurgeret* gl. a.

82. *flentes*] Veteribus morem fuisse colendi deum fletu precantes vix aliquis hinc statuerit, etsi lacrimas precibus pro re nata miscuisse certe eos non pudebat. Cfr. II, 52. Hodieque idem videre est in congregationibus sacris, ubi concionator divino spiritu afflatus opem scit ferre supplicibus, afflictos excitare, dare salutem periclitantibus animorumque motus aut agitare aut sedare. Sed *flere* heic et alibi potius *ingemiscere* esse videtur. Eo quidem significatu id verbum accipio in notabili illo loco Suet. Iul. Caes. 81 *Proximis diebus equorum greges, quos in traiciendo Rubicone flumine consecrarat ac vagos et sine custode dimiserat, comperit pertinacissime pabulo abstinere ubertimque flere.*

90. *mundiali*] Tertull. de anima c. 54 *labes mundialium sordium*, Sulpicio Sev. hist. sacr. II, 14 *mundiales* sunt historici profani.

fit mane, nil sunt omnia.
Tu, Christe, somnum dissice,
tu rumpe noctis vincula,
tu solve peccatum vetus
novumque lumen ingere.

## II. HYMNUS MATUTINUS.

Nox et tenebrae et nubila,
confusa mundi et turbida,
lux intrat, albescit polus,
Christus venit, discedite.
Caligo terrae scinditur
percussa solis spiculo,
rebusque iam color redit
vultu nitentis sideris.
Sic nostra mox obscuritas
fraudisque pectus conscium
ruptis retectum nubibus
regnante pallescit Deo.
Tunc non licebit claudere
quod quisque fuscum cogitat,
sed mane clarescent novo

96. *nihil α, niehil* a. Haud raro ea vox monosyllabice ap. Prud. pronuntianda, quamvis contra metrum bisyllabice exarata. 97. *dissice* A B P W 1 Gold. a 1 i p. [Vid. Burm. ad Anthol. lat. I. p. 174. Ellendt. ad Cic. de Or. I, 42, 189. Wagner. ad Virg. Tom. IV, p. 432], *disiice* 2 Gold. Laur. α 2 i u defend. Arev. et Freund. ad Cic. pro Mil. p. 35, *distce* o, *discute* Brev. Rom.

*Ad Matutinum* Gold. Ald. Lugd. Nebr., *Ymnus ad Matutinum* i u, inscriptio haud dubie ex Breviariis invecta, *Ad pullorum cantum* Brev. Isidor. 1. *iubila* E mendose. 2. *et* om. o. 8. *nitenti* H approb. Heins. 10. *Fraudique* p. 11. *retentum* o. 12. *pallescit* A Laur. Rat. 2 α a i o p u Ald. Lugd. Nebr. (sed hic in marg. *pallescat p. albescat*) Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Cham. Obb., *pallescet* 1 α Heins. Cell. Arev. 15. *clarescunt* Gold. (supra alt.) i: illud quidem magis responderet antecedenti *pallescit*.

11. Mos erat precandi tempore eo, „quo dies clarus est“ (Macrob. Sat. I, 3). Cfr. Const. Apost. VIII, 34. Pars huius hymni (*Nox et tenebrae et nubila*) feria IV, pars (*Lux ecce surgit aurea*, ap. Prud. *Sol ecce surgit igneus* v. 25.) ad laudes Brev. Rom. canitur.

4. *discedite*] Vb. usitatissimum illius, qui obnoxios e medio insontium, a sacris profanos abire iubet. Cfr. infra VI, 145. *Nox et tenebrae et nubila*, quae *mundalia* innuunt, *discedere* iubentur *luce iam intrante*, quae Christus est.

6. *spiculo*] *Radiorum spicula* H. 86, Lucr. I, 148 *Non radii solis, neque lucida tela diei.*

7. *color*] Virg. Aen. VI, 272 *et rebus nox abstulit atra colorem.*

secreta mentis prodita.
Fur ante lucem squalido
inpune peccat tempore,
sed lux dolis contraria
latere furtum non sinit.
Versuta fraus et callida
amat tenebris obtegi,
aptamque noctem turpibus
adulter occultus fovet.
Sol ecce surgit igneus,
piget, pudescit, paenitet,
nec teste quisquam lumine
peccare constanter potest.
Quis mane sumptis nequiter
non erubescit poculis,
cum flt libido temperans
castumque nugator sapit?
Nunc, nunc severum vivitur,
nunc nemo temptat ludicrum,
inepta nunc omnes sua
vultu colorant serio.
Haec hora cunctis utilis,
qua quisque, quod studet, gerat,
miles, togatus, navita,
opifex, arator, institor.
Illum forensis gloria,
hunc triste raptat classicum,

21. *frons* O u. 31. *sit* p. 38. *Qua quisque quod gerat studet* u. 40. *insitor* B(supra alt.) W. Vv. 41. 42. transponi vult Arev. Non assentior; nam hic — ille haud raro i. q. alter — alter.

17. *Fur*] Ambr. II, 8 de Cain et Abel: *Latro diem refugit quasi criminis testem, lucem adulter erubescit quasi adulterii consciam.* Cfr. Hor. ep. I, 16, 60.

32. *nugator*] Est Nebrissensi, qui per noctem nugas agebat et delibabat. Non favent v. 24, VII, 98, Ps. 433, Lucil. ap. Non. I, 153.

39. *togatus*] *Gens togata nomenque Latinum* ap. Gell. N. A. I, 2, 4 populum Romanum significat, hic sensu strictiori non eos quidem cives, qui militiae non addicti sunt, ut Cell. videtur, neque iurisconsultos solos aut iudices aut rhetores, sed illos omnes, qui negotiis forensibus aut quaestum aut gloriam lucrantur. Cfr. infra 41, Taubmann. ad Virg. Aen. I, 286, Schilter. de iure peregr. n. 27, Heinecc. Antiq. Roman. append. ad I, 6, 139.

42. *triste raptat*] Cfr. V, 50, Hor. Od. I, 24 *bellaque matribus detestata.* Notare poetam Arev. putat, plures vivendi certum genus non eligere, sed casu aut temeritate arripere: id enim esse *raptat.* Rectum

mercator hinc ac rusticus
avara suspirant lucra.
At nos lucelli ac faenoris
fandique prorsus nescii,
nec arte fortes bellica,
te, Christe, solum novimus.
Te mente pura et simplici,
te voce, te cantu pio
rogare curvato genu
flendo et canendo discimus.
His nos lucramur quaestibus,
hac arte tantum vivimus,
haec inchoamus munera,
cum sol resurgens emicat.
Intende nostris sensibus,
vitamque totam dispice,
sunt multa fucis inlita,
quae luce purgentur tua.
Durare nos tales iube,
quales remotis sordibus
nitere pridem iusseras,
Iordane tinctos flumine.
Quodcunque nox mundi dehinc
infecit atris nubibus,

45. *locelli* p. 49. *plura* 1 A. 53. *questibus* B Gold. 58. *despice* B W Gold. Prag. cum gl. *de alto aspice* (ad oram *dispice* cum gl. *diligenter aspice*) Weitz., *despice* supra *i* Rat. *α*, *dissice* (cum gl. *disp.*) A o def. Iureto, *dirige* Laur. u. [Cfr. Heins. ad I, 97]. 60. *purgantur* o. 65. *mox* i *α*.

non vidit. Nam *raptare* et nimium alacritatis studium denotat, quo quisque ad suum ipsius opus agitatus cursitat aggrediendum.

49. *simplici*] Eodem sensu voc. *simplex* legis A. 819.

51. *curvato genu*] Ritus inter precandum genua flectendi vestigia in primaevorum Christianorum monumentis scriptis haud raro obvia. Cfr. Hermae Past. Vis. I, 1 *Διαβὰς οὖν τὸν ποταμὸν ἐκεῖνον ἦλθον εἰς τὰς ὄχθας, καὶ ἐπιθῶ τὰ γόνατά μου καὶ ἠρξάμην προσεύχεσθαι τῷ κυρίῳ, καὶ ἐξομολογεῖσθαι τὰς ἁμαρτίας μου* (*Transiens ergo flumen illud veni in locis mollibus, et posui genua mea et coepi orare dominum et confiteri peccata mea.* Vetus versio cod. Pal. in nostra P. P. Apost. ed.), Tertull. adv. Marc. III, p. 273, Iuvenc. ed. Fabr. IV, 648 *genibus nixi regem dominumque salutant*, Sedul. Hymn. v. 54. *Nixus genu centurio*, Augusti l. l. II, p. 395, Björn.: hymn. vett. poet. christ. sel. (Hafn. 1818) p. 19, qui affert Münter.: „die Offenbarung Johannis" (Kopenhagen 1806.) cap. 10.

64. *Iordane tinctos flumine*] *Baptismate* Iso et gl. a, H. 482, Ps. 99, 9. 120.

Tu, rex, Eoi sideris
vultu sereno inlumina.
Tu sancte, qui taetram picem
candore tingis lacteo
ebenoque crystallum facis,
delicta terge livida.
Sub nocte Iacob caerula
luctator audax angeli,
eo usque dum lux surgeret,
sudavit inpar praelium.
Sed cum iubar claresceret,
lapsante claudus poplite
femurque victus debile
culpae vigorem perdidit.
Nutabat inguen saucium,
quae corporis pars vilior
longeque sub cordis loco
diram fovet libidinem.
Hae nos docent imagines,
hominem tenebris obsitum,
si forte non cedat Deo,
vires rebellis perdere.
Erit tamen beatior,
intemperans membrum cui
luctando claudum et tabidum

67. *Tu lux* B Prag. u. margo trium Sieb. Gis. I. Amstr.; subinde *eorum* o. 71. *que* om. o. 72. *tergens* B H (supra) α a Sieb. tres Chor. Poett. Amstr. 75. *Quosque* O pro div. script.; *dum* exc. Ald. Lugd. Nebr. (ap. quem *surgere* aliud mendum); *Eva* coni. Heins. [Cfr. infra XII, 62]. 76. *praelio* B W Laur. i o p u Ald. Lugd. Nebr. Sieb. tres Gis. I. Fabr. Chor. Poett. Amstr. [Cfr. v. 34, III, 72. X, 107. P. XIII, 32 etc. Bauer. ad Sanct. Minerv. I, 415, 450]. 78. *Laxante* Gold. i, *Luxante* Weitz. ex coniectura. 80. *prodidit* o. 81. *unguen* o. 82. *Qua* A. 83. *luco* A E P. 84. *Diram infovet* o, *Duram fovens* u. 88. *rebellis* α, *rebelles* relqq. scripti cum Laur. et edd.

67. *Eoi sideris*] *solis, qui ab oriente nascitur* Iso. Luciferum intellige, quem Virg. Georg. I, 288 *Eoum* nuncupat. Ibid. Serv.: *Eous* i. e. Lucifer, de quo etiam Cinna in Smyrna sic ait: Te matrimonium flentem conspexit *Eous*, et flentem paulo vidit post Hesperus idem." Cfr. Sil. It. IX, 180, XI, 515, Sedul. V, 191.

71. *ebenoque*] „Sane et *haec hebenus*, et *hoc hebenum* dicitur" Serv. ad Virg. Georg. II, 116. Nigrum perlucidum fieri iubes. Cfr. Theophr. H. Plant. IV, 5, Plin. XII, 4, 8, Heyn. ad Virg. Georg. II, 116.

73. Ex Gen. 32 (Hos. 12) anagogice explicato, quo pertinet conclusio v. 90 sqq., non ad Hebr. 12, 13, quod Fabr. volebat. Cfr. Clem. Rom. Hom. XX, 7.

dies oborta invenerit.
Tandem facessat caecitas,
quae nosmet in praeceps diu
lapsos sinistris gressibus
errore traxit devio.
Haec lux serenum conferat
purosque nos praestet sibi:
nihil loquamur subdolum,
volvamus obscurum nihil.
Sic tota decurrat dies,
ne lingua mendax, ne manus,
oculive peccent lubrici,
ne noxa corpus inquinet.
Speculator adstat desuper,
qui nos diebus omnibus
actusque nostros prospicit
a luce prima in vesperum.
Hic testis, hic est arbiter,
hic intuetur quidquid est,
humana quod mens concipit:
hunc nemo fallit iudicem.

## III. HYMNUS ANTE CIBUM.

O crucifer bone, lucisator,

93. *facescat* (cum gl. *resolvatur*, *deficiat*) a p, *fatescat* W (supra *facessat*) Weitz., *fatiscat* 2 A Dress. Prag. i u, sed vid. P. VI, 77. A. 659. Lucr. VI, 957. 99. *Nichil* Dress. o p. 100. *niehil* Dress. 102. *Nec ... nec* Dress. i p Gis. I, *Ne ... nec* u. Sieh. tres Chor. Poett. Amstr. 103. *Oeulne* A B E P a (non Laur.) Sieh. tres Chor. Poett. Amstr., *Oculi nec* Dress. p. 104. *Nec* Dress. p. 108. *E luce prime* o, *A prima luce* u. 110. *est* des. ia o. 111. *incipit* o.

1. *lucisator* supra *s a*, *lucis sator* E (ad oram) 1 Rat. o u Ald., qui

93. *facessat*] discedat, ut A. 659 *facunita* = abite.

105. *Speculator ... prospicit*] Ep. Polyc. ad Philipp. c. 4: ὅτι εἰδὼ θυσιαστήριον Θεοῦ, καὶ ὅτι πάντα μωμοσκοπεῖται (*quoniam omnia deus prospicit* vet. vers.), καὶ λέληθεν αὐτὸν οὐδέν, οὔτε λογισμῶν, οὔτε ἐννοιῶν, οὔτ' ἔτι τῶν κρυπτῶν τῆς καρδίας, ibid. c. 7: δεήσεσιν αἰτούμενοι τὸν παντεπόπτην Θεὸν (*supplicationibus petentes omnium prospectorum deum* vet. vers). Cfr. Lact. VI, 18, sect. 12, Ov. Met. XIII, 70 *adspiciunt oculis superi mortalia iustis*, Sil. lib XV, 12.

108. *Per hoc totum intelligo diem, ut est a custodia matutina usque ad noctem, id est omni tempore* gl. a.

111. Tertull. Apol. 39: *Nec prius discumbitur, quam oratio ad deum praegustetur*, de orat. 19. Augusti. l. l. V. p. 388. Tempus coenandi ve-

omniparens, pie, verbigena,
edite corpore virgineo,
sed prius in genitore potens,
astra, solum, mare quam fierent:
Huc nitido precor intuitu
flecte salutiferam faciem,
fronte serenus et inradia,
nominis ut sub honore tui
has epulas liceat capere.
Te sine dulce nihil, Domine,
nec iuvat ore quid adpetere,
pocula ni prius atque cibos,
Christe, tuus favor inbuerit
omnia sanctificante fide.
Fercula nostra Deum sapiant,
Christus et influat in pateras:
seria, ludicra, verba, iocos,
denique quod sumus aut agimus,
trina superne regat pietas.
Hic mihi nulla rosae spolia,

quidem emendavit *lucisator*, *lucis auctor* E (in contextu) P. [Cfr. Burm. ad Anthol. lat. II, p. 317, et ad Prop. p. 754]. *Lucisator* est vox a Prudentio creata. Cfr. *lucis genitor*, *verbi sator* A. 74. 2. *Omniparens* supra *potens* a, *Omnipotens* o. 4. *in genitore manens* o. 20. *superne* 1 A E Altin. Put. α Heins. Cell. Obb. [Cfr. P. XII, 39. Lucr. VI, 192. Hor. Od. II, 20, 11. ib. Bentl. Auson. urb. XIV, 14. Ephemer. Halens. a. 1836. p. 400], *superna* 2 A Laur. a i o p u Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev. 21. *miehi* p.

spere [i. e. hor. IX.] fuisse, e. v. 88 Obb. elucere videtur; vid. Becker. Gall. II. p. 137,

2. *verbigena*] Et glossatores et interpretes nimium quantum in hoc vocabulo explicando hallucinati sunt cum falsam eius etymologiam investigantes, tum graecismi licentia illusi. Omnes recensere, longum est. Non est *verbum genitum*, sed *verbo genite*, ut ex XI, 17 sqq. luce clarius apparet. E. F. Wernsdorf de Christo verbigena, Viteberg. 1774, 4 [cfr. Augusti. l. l. p. 417], et Middeld. p. 155 idem demonstrarunt. Hic quidem ita disserit: „Intellectus (verbum, sermo, λόγος) semper fuit in Deo, qui absque intellectu cogitari nequit; hoc etiam intellectu utebatur in omnibus rebus moliendis, inprimis cum mundi creandi ideam conciperet, qua idea mente dei conditum est Verbum. Perfecte genitum est tum cum ex ore dei prodiret illud: *Fiat lux*, antea enim immanens Verbum erat."

16. *sapiant*] Cypr. ad Donatum in fine: *Sonet psalmos convivium sobrium, ... magis carissimos pasces, si sit nobis spiritualis auditio, prolectet aures religiosa mulcedo*, cfr. August. ep. 109.

21. *rosae spolia...odor*] Gentilium mos in conviviis ac commessationibus fragrantes odores spargendi, unguendi corpus, caput sertis coronisque aut floribus aut hedera Baccho sacra textis cingendi primaevis Christianis haudquaquam acceptus. Vid. Tertull.

nullus aromate fragrat odor,
sed liquor influit ambrosius,
nectareamque fidem redolet
fusus ab usque Patris gremio.
Sperne camena leves hederas,
cingere tempora quis solita es,
sertaque mystica dactylico
texere docta liga strophio,
laude Dei redimita comas.
Quod generosa potest anima,
lucis et aetheris indigena,
solvere dignius obsequium,
quam data munera si recinat
artificem modulata suum?
Ipse homini quia cuncta dedit,
quae capimus dominante manu,
quae polus aut humus aut pelagus
aere, gurgite, rure creant,
haec mihi subdidit et sibi me.
Callidus inlaqueat volucres
aut pedicis dolus aut maculis,
inlita glutine corticeo
vimina plumigeram seriem
inpediunt et abire vetant.

22. *flagrat* A W Laur. p u, *fraglat* B α i. 23. *Si* 1 α, *Sed* Laur. 2 α cum reliqq. scriptis et edd. [Cfr. Hor. Od. III, 18, 5]. 27. *quis* expr. Arev. absque codd. auctoritate; *es* des. in u. 36. *Ipsi* o. 40. *michi* o. 41. *callidulus* o. 44. *plumigenam* H.

de coron. mil. 9, Clem. Alex. paedag. II, 8, VII, 8, Min. Fel. XII, 6. Verumenimvero flores liquidosque odores in mortuorum dormitoriis eos sparsisse, ex X, 170 sqq. colligimus. Et honorarias coronas fuisse licitas, Obb. ex falsa interpretatione P. IV, 20 docet. Ibi enim coronae significant ipsos martyres. Arcadius et Honorius coronarum cuiusvis generis usum interdicebant. Cfr. Cod. Theod. leg. *De pagan. sacrific.* ib. Gothofred. Non dubito, quin ex nimio istius gentilium moris taedio usus natus sit apud serioris temporis Christianos caput radendi, qui postea inter ordines monasticos invaluit. Cfr. Stellártius de coronis et tonsuris Paganorum, Iudaeorum, Christianorum libri tres ad Lucem Historiae Sacrę et Profanae, Duaci 1625.

23. *ambrosius*] *brosis graece, cibus latine: hinc ambrosia dicitur cibus deorum, sicut nectar potus; ponitur autem nectar pro omni dulcedine* gl. a.

41. *Callidus*] de aucupio Obb. refert ad Grat. Cyneg. 92 coll. Burm., de piscatu Aelian. hist. an. IV, 8, Manil. Astr. 1905. Conf. Burm. ad Prop. 2, 15, 23, ad Anth. lat. II, p. 178.

42. *maculis*] *maculae sunt internodia retis, quae et plagae dicuntur* gl. a.

Ecce per aequora fluctivagos
texta greges sinuosa trahunt:
piscis item sequitur calamum
raptus acumine vulnifico
credula saucius ora cibo.
Fundit opes ager ingenuas
dives aristiferae segetis:
hic ubi vitea pampineo
brachia palmite luxuriant,
pacis alumpna ubi baca viret.
Haec opulentia Christicolis
servit et omnia suppeditat:
absit enim procul illa fames,
caedibus ut pecudum libeat
sanguineas lacerare dapes.
Sint fera gentibus indomitis
prandia de nece quadrupedum:
nos oleris coma, nos siliqua
feta legumine multimodo
paverit innocuis epulis.
Spumea mulctra gerunt niveos
ubere de gemino latices,

47. *gurges* u. 55. *baca* codd. vett. semper, vid. Wagner ad Virg. Tom. IV, p. 418. Orell. ad Hor. Ep. I, 16, 2. Goer. et Moser. ad Cic. legg. I, 8. *Obb.* 57. *subpeditant* u Ald. Lugd. 58. *famis* A, def. Cort. ad. Lucan. I, 344. 63. In Ald Lugd. versus corrupte ultra terminum extensus. 64. *ligumine* E. 66. *multa* o; *gerit* E pro div. script.

56. *opulentia*] Cfr. Clem. Rom. Hom. XII, 6.

59. *caedibus*] Carnibus quadrupedum prisci Christiani non vescebantur, id quidem continentiae potius, non uti Pythagorei et Manichaei legi cuidam obtemperantes. Vid. Porphyr. de abstin. ab esu anim. 3, Clem. Rom. Hom. XII, 6, Tertull. de ieiun. 4, Hieron. de Regul. Monach. IV, p. 188 *carnis esus seminarium libidinis.* idem ep. X ad Furiam: *Nihil ita scias conducere Christianis adolescentibus, ut esum olerum*, Arevalum, qui „Possent etiam verba Prudentii ita intelligi, ut *Sanguineas lacerare dapes* pertineret ad usum abstinendi a sanguine et suffocato, qui diu in ecclesia perseveravit" observat Prolegg. XVI, 172, merito explosit Middeldorpf. l. l. p. 189. Imo in ep. Barnab. X haud obscure significatur dei mandata de escis, quae per Mosem Iudaeis innotuerunt, spiritualiter esse capienda, quemadmodum iam a Davide factum videmus. Itaque Prud. non animalibus vesci licere negat, sed melius esse dicit non vesci. Nullum cibum Christianis vetitum esse non ambigue iam antea v. 11 sqq. innuit.

65. *innocuis epulis*] Quae sine caede parata nec animalibus nocent, nec epulantibus cupidines aut fovent aut excitant.

perque coagula densa liquor
in solidum coit et fragili
lac tenerum premitur calatho.
Mella recens mihi Cecropia
nectare sudat olente favus:
haec opifex apis aerio
rore liquat tenuique thymo,
nexilis inscia connubii.
Hinc quoque pomiferi nemoris
munera mitia proveniunt,
arbor onus tremefacta suum
deciduo gravis imbre pluit
puniceosque iacit cumulos.
Quae veterum tuba, quaeve lyra
flatibus inclita vel fidibus
divitis omnipotentis opus,
quaeque fruenda patent homini,
laudibus aequiperare queat?
Te Pater optime mane novo,
solis et orbita cum media est,
te quoque luce sub occidua
sumere cum monet hora cibum,
nostra Deus canet harmonia.
Quod calet halitus interior,
corde quod abdita vena tremit,
pulsat et incita quod resonam
lingua sub ore latens caveam,

69. *Insolidum* u Ald. Lugd.; *cogit* 1 α. 71. *michi cicropia* o. 73. *aereo* u. Gis. 74. *liquet* B. Sieb. tres Chor. Poett.; *tenuitque* u. 76. *Hic* = *Hinc* etiam Ald., unde Arev. et Obb. in notis corrigendi. 77. *Mitia munera* inv. p u. 82. *incluta* E, *inclita* supra minutiori charactere *i incita* a, *incita* B 2 Gold. Laur. u Ald. Lugd. Sieb. I II. Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr., *insita* Sieb. III. 85. *aequiperare* Laur. α a i o p u Ald. Lugd. Weitz. Heins. Cell., *aequiparare* Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Arev. Obb. 87. *est* om. o. 90. *canet* A O P Laur. Put. α cum relqq. nostris scriptis et Ald. Lugd. Sieb. tribus Fabr. Gis. Heins. Cell. Arev. Obb., *canit* H W Gold. Weitz. Chor. Poett. Amstr.; *armonia* Weitz. ex H W Gold. (non P). 91. *alitus* W (semper) Weitz. 92. *addita* o. 93. *resonat* Ald. Lugd.

71. *Mella . . . Cecropia*] Atticum mel, maxime Hymetti montis, aromatici saporis hodie adhuc praestantissimum. Cfr. V, 89.

75. *inscia connubii*] Apium fetus ambigua procreatio, vid. Aristot. H. an. V, 19, 22, Virg. Georg. IV, 198, Plin. XI, 16, 16, Magerstaed. in „Allgemein. Anzeiger" a. 1840. N. 238.

86. *Te Pater*] Psalm. LV, 17, 18.

laus superi Patris esto mihi.
Nos igitur tua sancte manus
caespite conposuit madido
effigiem meditata suam,
utque foret rata materies,
flavit et indidit ore animam.
Tunc per amoena vireta iubet
frondicomis habitare locis,
ver ubi perpetuum redolet
prataque multicolora latex
quadrifluo celer amne rigat.
Haec tibi nunc famulentur, ait,
usibus omnia dedo tuis:
sed tamen aspera mortifero
stipite carpere poma veto,
qui medio viret in nemore.
Hic draco perfidus indocile
virginis inlicit ingenium,
ut socium malesuada virum
mandere cogeret ex vetitis
ipsa pari peritura modo.
Corpora mutua — nosse nefas —
post epulas inoperta vident,
lubricus error et erubuit:
tegmina suta parant foliis,
dedecus ut pudor occuleret.
Conscia culpa Deum pavitans

95. *michi* o. 96. *sancte* 1 A O Laur. Put. T 2rr. α a 1 i p u. Ald. Lugd. Gis. Heins. Cell. Arev. Obb., *sancta* 2 A 2 i o Prag. Rat. Sieb. tres Weitz. Gis. I Chor. Poett. Amstr. 100. *Ore animam dedit ex proprio* Put. o (non Laur.) et pro div. script. a: varia lectio ex gemina operum recensione orta videtur. 101. *Tunc* cum gl. *formato homine* a, unde Arev. corrigendus; *virecta* A 2 a i o p u, *directa* 1 a. 107. *Usibus* supra *t Visibus* a. 110. *paradisi in nemore* o: glossa textui invecta. 112. *allicit* Prag. 116. *posse* α. 117. *videt* Rat. ap. Mar. 1 i u. 121. *Consciat* Lugd. vitiose.

100. Gen. 2, 9—19.

111. *indocile*] „Nebrissa *indocile* accipit aut pro indocto et rudi, aut pro indocili bonarum artium, quae in femina non reperiuntur teste Aristotele. Ego intelligo Evae indocile ingenium dei praecepto non vescendi pomo vetito, quo Adam et Eva obstricti erant. Nam praeceptum *Ne comedas* ponitur in singulari per enallagen pro *Ne comedatis*, uti Septuaginta habent. Nonnulli docent, Evam ante hoc praeceptum fuisse conditam, quamvis eius formatio postea referatur." *Arev.*

113. *malesuada*] Vid. ℌ. 2 sqq.

sede pia procul exigitur.
innuba femina quae fuerat,
coniugis excipit inperium,
foedera tristia iussa pati.
Auctor et ipse doli coluber
plectitur inprobus, ut mulier
colla trilinguia calce terat:
sic coluber muliebre solum
suspicit atque virum mulier.
His ducibus vitiosa dehinc
posteritas ruit in facinus,
dumque rudes imitatur avos,
fasque nefasque simul glomerans
inpia crimina morte luit.
Ecce venit nova progenies,
aethere proditus alter homo,
non luteus, velut ille prior:
sed Deus ipse gerens hominem
corporeisque carens vitiis.
Fit caro vivida sermo Patris,
numine quam rutilante gravis

122. *Sed propria* Ald. Lugd. 130. *Suspiciatque* W, idem fuit in Prag. cum gl. *timeat*, *Suspicit utque* Gold., *Suscipit* u. 133. *innititur* u. 137. *proditur* u. 138. *prior* α u Arev., *prius* a i o p cum relqq. edd., quae lectio ex *primus* (Rat.) nata videtur: certe tautologiam sapit. 139. Hic versus des. in o. 142. *quam* A E O P 1 T Laur. Prag. Put. α a p u Ald. Lugd. Heins. cum suis optimis Cham. Cell. Obb. [Cfr. A. 97.), *quem* 2 T Rat. i o Iso Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev.

123. *innuba*] „Gen. 3, 15, 16, Hieron. adv. Iust. II, p. 23: *ante offensam in paradiso virgines fuerunt* [*Adam et Eva*], *post peccatum autem et extra paradisum protinus nuptae.* In vss. sqq. ante oculos habuit versionem vulg. poeta, quare eum de immaculata virginis Mariae conceptione dicere Arev. aliique putant, cfr. Henke „Kirchengeschichte" Tom. II, p. 412, 486. Middeld. l. l. p. 172, sed adversatur v. 147, ubi *hominis* de sola Maria explicari nequit." *Obb.* Vid. A. 894 sqq.

127. *mulier*] „Non mulier, sed semen mulieris. Error ex vulgata versione: *Ipsa conteret.* Vide et v. 150." *Cell.*

128. *colla trilinguia*] Tripartita seu trifida serpenti apud poetas lingua. Virg. Georg. III, 439 ... *et linguis micat ore trisulcis*, Ov. Met. III, 34 *Tresque vibrant linguae.*

129 *solum*] „Solum dici potest, quidquid aliquid sustinet; sic terra solum est hominum et animalium, aer avium, mare piscium: solum. i. plantam" gl. a. Cic. quaest. Tusc. V, 34 de Anacharside *calceamentum, solorum callum*, Lucr. I, 925 *Avia Pieridum peragro loca, nullius ante Trita solo.*

130. *suspicit*] *timet* gl. a.

137. *alter homo*] Christus secundus homo et novus, sicuti Adamus primus homo et vetus. I. Cor. 15, 47.

142. *numine . . . rutilante*] Gl. A: *deo splendente.*

non thalamo, neque iure tori,
nec genialibus inlecebris
intemerata puella parit.
Hoc odium vetus illud erat,
hoc erat aspidis atque hominis
digladiabile discidium,
quod modo cernua femineis
vipera proteritur pedibus.
Edere namque Deum merita
omnia virgo venena domat:
tractibus anguis inexplicitis
virus inerme piger revomit
gramine concolor in viridi.
Quae feritas modo non trepidat
territa de grege candidulo?
inpavidas lupus inter oves
tristis obambulat et rabidum
sanguinis inmemor os cohibet.
Agnus enim vice mirifica
ecce leonibus inperitat,
exagitansque truces aquilas
per vaga nubila perque notos
sidere lapsa columba fugat.

143. *thalami* u. Prag. Lugd. 148. *dissidium* Gis. 159. *rapidum*

144. *genialibus*] *voluptuosis* Iso. Genialis saepe rebus ad coniugium spectantibus tribuitur, Virg. Aen. VI, 603 . . . *lucent genialibus altis Aurea fulcra toris.*

149. Cfr. supra 127.

152. *virgo*] Heterosis pro Filio. Cfr. H. 338 *Principio rerum, Christus cum conderet orbem.*

153. *inexplicitis*] Qualis anguis effigiatur in veterum Christianorum monumentis pictis aut fusis, praesertim in nummis Constantini aliorumque Impp. cum appositis epigraphis (*Spes Publica* et sim.), vid. Münter, Sinnbilder I. Heft. p. 118.

154. *piger*] *frigidus* interpretatur Cell. ex Virg. Eclog. VIII, 71; sed synonymice capiendum ob praecedens *inerme* i. e. *infractus, debilitatus, debilis.* Vid. Schmidt. ad Hor. Ep. II, 124.

157. *de grege candidulo*] Vestibus albis baptismate renati induebantur quasi candidati vitae christianae ambeuntes. Cfr. P. I, 67, Hermae Past. Sim. IX, 2 *candidam* (λευκὴν) *et ingentem petram mihi ostendit*, ibid. *quod illae binae et binae vestitae erant linteis tunicis* (Ἐνδεδυμέναι δὲ ἦσαν λινοῦς χιτῶνας) 3 *Et elevati sunt decem lapides candidi quadrati*, (Ἀνέβησαν δὲ λίθοι ι΄ τετράγωνοι λαμπροί), Ambr. Hexaem. VII, 1 *Accepisti* [*post baptismum*] *vestimenta candida, ut esset indicium, quod exueris involucrum peccatorum*, Hieron. ep. 57, Augusti, „die Feste der alten Chr." I, p. 121. — De subsqq. cfr. Hor. Od. III, 18, 13.

Tu mihi Christe columba potens,
sanguine pasta cui cedit avis,
tu niveus per ovile tuum
agnus hiare lupum prohibes
sub iuga tigridis ora premens.
Da locuples Deus hoc famulis
rite precantibus, ut tenui
membra cibo recreata levent,
neu piger inmodicis dapibus
viscera tenta gravet stomachus.
Haustus amarus abesto procul,
ne libeat tetigisse manu
exitiale quid aut vetitum:
gustus et ipse modum teneat,
sospitet ut iecur incolume.
Sit satis anguibus horrificis,
liba quod inpia corporibus
ah miseram peperere necem,
sufficiat semel ob facinus
plasma Dei potuisse mori.
Oris opus, vigor igneolus
non moritur, quia flante Deo
conpositus superoque fluens

169. *prohibens* u. 173. *luent* o. 175. *tenta* A E P Laur. Put. T 2 rr. *α* a p Fabr. Gis. Amstr. Heins. Cell. Arev. Obb., *tensa* B (supra) i u Weitz. Cham., *densa* B H W (supra) Rat., *tanta* o Ald. Lugd. Sieb. tres Chor. Poett. [Cfr. Ov. Her. X, 30 ib. Heins. Virg. Ecl. IV, 21. Hor. Epod. XVI, 50]. 177. *Ne* A E H O P Laur. Put. *α* a o p u Heins. Cell. Arev. Obb., *Nec* i Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr., quae fortassis lectio genuina. 183. *Ita* u. 184. *hoc* supra *ob* i, *hoc* Ald. Lugd.

176. *Haustus amarus*] „Quia si nimius sit, in tristitiam vertitur." *Arev., ... et tristitia cum oratione neque permittit puram et mundam orationem ascendere in sacrarium dei* Hermae Past. Mand. XI, *Longe fac a te omnem tristitiam; etenim haec soror est dubitationis et iracundiae ... Tristitia enim omnium spirituum nequissimus est, et pessima servis dei; et omnium spiritus exterminat, et cruciat Spiritum sanctum; et iterum salvum facit* ibid. Mand. X, 1.

180. *iecur*] creditum olim esse omnium venarum principium et sanguinis officinam. Hinc in eo posuerunt sedem animi et affectuum, quia pro eorum varietate sanguis movetur. Hor. ep. I, 18, 72. Cfr. Ps. 238,

182. *liba quod inpia*] Neque liba, quae ante Christi adventum daemonibus deferebantur, ut Nebrissa vult, neque pro quovis fructu cum Chamillardo accipienda. Libatio et esus pomi vetiti innuuntur.

de solio Patris artificis
vim liquidae rationis habet.
Viscera mortua quin etiam
post obitum reparare datur,
eque suis iterum tumulis
prisca renascitur effigies
pulvereo coeunte situ.
Credo equidem, neque vana fides,
corpora vivere more animae:
nam modo corporeum memini
de Phlegethonte gradu facili
ad superos remeasse Deum.
Spes eadem mea membra manet,
quae redolentia funereo
iussa quiescere sarcophago
dux parili redivivus humo
ignea Christus ad astra vocat.

## IV. HYMNUS POST CIBUM.

Pastis visceribus ciboque sumpto,
quem lex corporis inbecilla poscit,
laudem lingua Deo patri rependat;
Patri, qui Cherubin sedile sacrum,
nec non et Seraphin suum supremo
subnixus solio tenet regitque.
Hic est, quem Sabaoth Deum vocamus,

193. *Aeque* A, *Etque* a, *Deque* Fabr. Gis.; *iturum* p; *cumulis* Ald. Lugd. 196. *quidem* Rat. 204. *parilis* O Laur. p u Ald. Lugd. Sieh. tres Chor. Poett.; *homo* 1 A Laur. Put. 1 i p u Ald. Lugd. Sieh. tres Gis. Chor. Poett.

4. 5. *Cherubin ... Seraphin* A Put. *α* a o p u Chor. Poett. Heins. Cell. Obb. [quartus casus est, non gen. secundum versionem *Τῶν ο'*, vid. Isai. VI, 2], *Cherubin...Seraphim* Fabr. Gis., *Cherubim...Seraphim* i Ald. Lugd. Sieh. tres Weitz. Amstr. Arev. 7. *Sabaoth* A i p u Sieh. tres Chor. Poett. Amstr. Arev. Obb., *sabaoht α*, *sabahot* a, *sabahot regem uocamus* o, *Zebaoth* Ald. Lugd., *Zabaoth* Fabr. Gis. Heins. Cell.

197. *vivere*] *victura esse* enallage.
199. *Phlegethonte*] Non limbum patrum, ut Cham. opinatur: sed tartarum significari, satis demonstrant H. 827, S. I, 381, Middeld. p. 184.
203. *sarcophago*] Christianorum sepeliendi mos seculo quinto erat is, quem in catacumbis eiusdem temporis adhuc superstitibus videre licet. Non igitur arcis vel cistis corpora condebant, sed cavis vivo saxo vel solidiori terrae incisis. Quae quidem aeque ac illae sarcophagi nominantur, corpora quippe devorantes.

expers principii carensque fine,
rerum conditor et repertor orbis:
fons vitae liquida fluens ab arce,
infusor fidei, sator pudoris,
mortis perdomitor, salutis auctor.
Omnes quod sumus aut vigemus, inde est.
Regnat Spiritus ille sempiternus
a Christo simul et Parente missus.
Intrat pectora candidus pudica,
quae templi vice consecrata rident,
postquam conbiberint Deum medullis.
Sed si quid vitii dolive nasci
inter viscera iam dicata sensit,
ceu spurcum refugit celer sacellum.
Tactrum flagrat enim vapore crasso
horror conscius aestuante culpa
offensumque bonum niger repellit.
Nec solus pudor innocensve votum
templum constituunt perenne Christo
in cordis medii sinu ac recessu:
sed ne crapula ferveat cavendum est,
quae sedem fidei cibis refertam
usque ad congeriem coartet intus.
Parcis victibus expedita corda
infusum melius Deum receptant.

9. *oris* o. 12. *prodomitor...actor* o. 13. *Omne* A H Altin. Weitz. obstante metro. [Cfr. III, 19. S. II, 121); *ac vigemus* A E W (heic *aut* supra) Gold. i u Fabr. Gis. Weitz. (non B) Obb. [Cfr. V, 14].
20. *Intra* W (supra) Gold. Prag. Rat. i (non Gis. I) Weitz. (non B).
21. *Seu* o. 22. *fragrat* Boh. II. Ald. Lugd.; *enim curso.* o.
25. *solusque* o; *innocensque* A Prag. i o u Ald. Lugd. Sieh. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Obb. [H. 641]. 26. *constituit* o.
32. *eum receptant* Ald. Lugd.

9. *repertor orbis*] Virg. Aen. XII, 829 . . . *hominum rerumque repertor*, Iuvenc. IV, 480 *Illo progreditur vitae lucisque repertor.*

16. *candidus*] Aut ob candorem, quem animo infundit, aut ob speciem columbae, qua apparuit, eiusque symbolum. Vid. Kuinoel. ad Evang. Matth. X, 16, E. F. Wernsdorf. de simulacro columbae, Viteb. 1773. Processionem spiritus sancti a patre et a filio non ambigue indicatur. Cfr. VI, 8.

17. *rident*] *gaudent* Iso.

22. *Tactrum*] „Sententia: Misere turbatur conscientia, quam flagitiis commissis culpa premit, et, quod mala est, bonum refugit. De *aestuante* verbo vid. H. 597, Ps. 999 etc., et de *niger* adiectivo H. praef. 31, S. I, 532, P. I, 42." *Obb.*

30. *congeriem*] „epularum repletionem" Nebr.

Hic pastus animae est saporque verus:
sed nos tu gemino fovens paratu
artus atque animas utroque pastu
confirmas Pater ac vigore conples.
Sic olim tua praecluens potestas
inter raucisonos situm leones
inlapsis dapibus virum refovit.
Illum fusile numen execrantem
et curvare caput sub expolita
aeris materia nefas putantem
Plebs dirae Babylonis ac tyrannus
morti subdiderant, feris dicarant
saevis protinus haustibus vorandum.
O semper pietas fidesque tuta!
lambunt indomiti virum leones
intactumque Dei tremunt alumpnum.
Adstant cominus et iubas reponunt,
mansuescit rabies fameque blanda
praedam rictibus ambit incruentis.
Sed cum tenderet ad superna palmas
expertumque sibi Deum rogaret,
clausus iugiter indigensque victu:
iussus nuntius advolare terris,
qui pastum famulo daret probato,
raptim desilit obsequente mundo.
Cernit forte procul dapes inemptas,

33. *Pastus hic animae saporque verus* u. 34. *Sed tu nos* u; *fove* E, *foues* a. 36. *Confirmans* a; *conplet* α. 45. *hostibus vorandum* u, *haustibus edendum* A. 50. *famesque* Gis.; *fam ablanca* o. 51. *lambit* 2 A B H 2 W Gold. 1 Rat. i Ald. Lugd. Sieb. tres Chor. Poett. claudicante metro. 52. *Sed contenderet ad supera palmas* o. 54. *victu* Prag. Rat. α i o p Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev., *victus* Altin. E O P Put. a u Ald. Lugd. Heins. Cell. Obb., quod aeque Prudentianum ac illud. 58. *inemptas* a, sed sciolus *m* erasit glossam quidem interliniarem „viles: res enim vilis quae habundat non emitur" intactam relinquens, *inemptas* lit. *m* subnotata p.

33. *pastus*] Cfr. A. 711 *dogmate vesci*.

37. *praecluens*] *clara, excellens* Iso, *praepotens, nobilis* a, rectius fortasse *inclita*, parum accurate *pollens* Nebr. Cfr. Ps. 2, S. I, 417, Mart. Capell. 2, 24, 237, ib. Kapp. p. 14, Dan. c. 6.

52. *palmas*] Extensis manibus aut in crucis forma iunctis haud raro mentio fit orandi rationis. Vid. P. VI.

57. *mundo*] *aere* Iso, *aere vel nube* Rat., *descendit celeriter famulante aere* gl. R.

58. *dapes inemptas*] *viles* a, rectius *domesticas*. Cfr. Virg. Georg IV,

quas messoribus Ambacum propheta
agresti bonus exhibebat arte.
Huius caesarie manu prehensa
plenis, sicut erat, gravem canistris
suspensum rapit et vehit per auras.
Tum raptus simul ipse prandiumque
sensim labitur in lacum leonum
et, quas tunc epulas gerebat, offert:
Sumas laetus, ait, libensque carpas,
quae summus Pater angelusque Christi
mittunt liba tibi sub hoc periclo.
His sumptis Danielus excitavit
in caelum faciem ciboque fortis
Amen reddidit, Halleluia dixit.
Sic nos muneribus tuis refecti,
largitor Deus omnium bonorum,
grates reddimus et sacramus hymnos.
Tu nos tristifico velut tyranno
mundi scilicet inpotentis actu
conclusos regis et feram repellis,
quae circumfremit ac vorare temptat
insanos acuens furore dentes,
cur te, summe Deus, precemur unum.
Vexamur, premimur, malis rotamur;
oderunt, lacerant, trahunt, lacessunt,
iuncta est suppliciis fides iniquis.

59. *Ambacum* A B W Put. [secundum LXX, de prosodia vid. Theodul. ap. Weitz. p. 556: *Abbacuc solo transvectus regna capillo*], *abbacum* i Cell., *abachue* o, *abacuc* H p u, *Abbacuc*, sive *Habacuc* alii.
61. *Cuius* W supra alt.; *manus* u. 64. *Tunc* u. 69. *libatibus* meadose Ald. Lugd. Nebr. 70. *sumptus danihelus* a. 72. *alleluia* nostri scripti omnes Ald. Lugd. Sieh. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Cell. 74. *Largitorque* o. 77. *inpotentis antro* scribi voluit Cauch. Frustra; nam *actu* motus varietas atque inconstantia denotatur. [Vid. VI, 40, 140. P. X, 972. Lucan. IX, 472, et Cort. ad III, 469]. 78. *fera* o. 81. *Cur* A E P T Put. T 2 rr. *α* a o p Heins. Cell. Arev. Obb., *Cum* Fabr. Gis. Weitz., *Tunc* W Gold. Rat. i u Ald. (qui ediderat *Tunc summe deus*, corr. *Tunc te summe deum*, quod expr. Lugd., *Nunc* H.
82. Non ante sed post *malis* interp. *α* Ald. Lugd., quod non displicet.
84. *Iunctaque est* videtur esse in o.

132 *depibus mensas onerabat inemptis*, Hor. Epod. II, 48 *Dapes inemptas apparet.*
78. *ferum*] I. Petr. 5, 8.
84. *fides*] Nebr. interpretatur: „sit adhibita, ut sit praesens: pro futuro imperativi sive optativi, vel pro erit.“ Giselinus videtur intellexisse: „crevit fides suppliciis“. Cham.: „Fides obiecta est suppliciis

Nec defit tamen anxiis medela;
nam languente trucis leonis ira
inlapsae superingeruntur escae.
Quas si quis sitienter hauriendo
non gustu tenui, sed ore pleno
internis velit inplicare venis,
Hic sancto satiatus ex propheta
iustorum capiet cibos virorum,
qui fructum Domino metunt perenni.
Nil est dulcius ac magis saporum,
nil quod plus hominem iuvare possit,
quam vatis pia praecinentis orsa.
His sumptis licet insolens potestas
pravum iudicet inrogetque mortem,
inpasti licet inruant leones.
Nos semper Dominum patrem fatentes
in te, Christe Deus, loquemur unum
constanterque tuam crucem feremus.

## V. HYMNUS AD INCENSUM LUCERNAE.

Inventor rutili, dux bone, luminis,
qui certis vicibus tempora dividis,

85. *desit* o u; sed *defit* = deficit, deest, cfr. P. XII, 66. Burm. ad Anthol. lat. I, p. 489. 86. *trucis* Laur. i o u Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev. [Cfr. Hor. Od. I, 22, 2 *Mauris iaculis*], *truci* T Put. α a p Heins. Cell. Obb. 89. *Nam* o. 91. *Hinc* fuit in Rat. i. 95. *hominum* Lugd. 101. *Deum loquemur* coni. Arev.

V. *Hymnus ad incensum lucernae* α i cum plerisque edd., *Hymnus ad incensum* a, des. inscriptio in p, *Hymnus ad incensionem lucernae* Laur. u, *Ode ad accensionem lucernae* Ald. Lugd., *Ad incensum cerei paschalis* Fabr. Gis., *Hymnus de novo lumine paschalis sabbati* Arev. 4. Ita v. 4 exh. Rat. α a i o u cum relqq. Ald. Lugd. Weitz. Heins. Cell. Obb., *Lumen redde tuis* p Arev., *Lucem Christe tuis redde fidelibus* B Fabr. Sieb. tres Gis. in textu (*Lumen redde tuis Christe* ad oram) Chor. Poett. Amstr. [Cfr. Hor. Od. IV, 5, 1. ib. Peerlkamp.].

iniquis" id magis probat Arev. Ad martyras haec verba referre mallet Obb., quorum fides caussa malorum semper fuisset. Equidem praecedentium continuationem invenio deque actibus tristifici tyranni hancce apostrophen accipio.

87. *inlapsae superingeruntur*] „Cibus caelestis ex divino verbo" *Cell.*

V. „De inscript. vid. Var. Lect., sed *cereum paschalem* post Prud. celebratum esse constat, vid. Hospin. de orig. fest. IV, 12. Conc. Tolet. IV, 8. (Drepan. Flor. hymn. extat ap. Fabric. l. l. p. 729, bibl. P. P. max. ed. Lugd. 1677. VIII. p. 669.). Quare Ar., quia v. 7 *inc. sil.* commemoratur et v. 155 benedictio quaedam esse videtur, hoc

merso sole chaos ingruit horridum,
lucem redde tuis Christe fidelibus.
Quamvis innumero sidere regiam
lunarique polum lampade pinxeris,
incussu silicis lumina nos tamen
monstras saxigeno semine quaerere:
Ne nesciret homo spem sibi luminis
in Christi solido corpore conditam,
qui dici stabilem se voluit petram,
nostris igniculis unde genus venit.
Pinguis quos olei rore madentibus
lychnis aut facibus pascimus aridis:
quin et fila favis scirpea floreis
presso melle prius conlita fingimus.
Vivax flamma viget, seu cava testula
sucum linteolo suggerit ebrio,
seu pinus piceam fert alimoniam,
seu ceram teretem stuppa calens bibit.
Nectar de liquido vertice fervidum
guttatim lacrimis stillat olentibus,
ambustum quoniam vis facit ignea

7. *Incussa* a. 8. Post v. 8 Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Chor. Poett. strophum inserunt: *Hoc signas opere, conditor inclite, Lumen veridicum mentibus omnium In Christo domino quaerere iugiter, Quem petram loquitur doctor egregius.* 9. *sciret* o. 13. *Pingui* Sieb. tres Chor. Poett. 14. *aut* W α i p Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev., *ac* 2 A E H R W (heic supra) Laur. a o u Obb. [Cfr. IV supra, 13 et 25]; *faucibus* o. 15. *flores* o ultima male contracta. 18. *lenteolo* Weitz. ex E, *lintheo* o. 20. *terentem* o; *bibat* Rat. 22. *alentibus* A P R Laur. a o p u Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Chor. Poett. Amstr. 23. *Arbustum* H def. ut videtur Rittershusio ap. Gifan. Ind. in Lucr. p. 346.

carmen ad pervigilium paschale agendum compositum putat. De vigiliis, quae primis Christ. religionis temporibus frequenter agebantur [vid. Hieron. Opp. IV. p. 106. 191. ed. Francof. 1684., Sidon. Apoll. Ep. I, 2.] agi, ne negaverim quidem, sed ob eam causam Arev. non adsentior, quia mortis Christi et *duplicis illius noctis rationis, quod in ea et vitam tum recepit cum passus est et postea orbis terrae regnum accepturus est* (Lact. VII, 19, 3, Isid. Orig. VI, 17.) poeta mentionem non facit, sed mortales olim ad Deum vocatum iri et daemonas ea nocte, qua Christus ex inferis rediisset, ferias acturos esse ait. Ad *incensum lucernae* hymnum esse inscribendum etiam ordo eius inter hymn. *post cibum* et *ante somnum* docet, ut Björn. l. l. animadvertit." *Obb.*

3. *chaos*] *confusio noctis, profunditas tenebrarum* Iso.

11. *petram*] I. Cor. 10, 4.

14. *lychnis*] Lucernis aeneis fictilibusque Christianos et in domibus et in catacumbis usos fuisse, etiam novissimae investigationes subterraneae per crypta Romae alibique institutae docuerunt.

imbrem de madidò flere cacumine.
Splendent ergo tuis muneribus, Pater,
flammis mobilibus scilicet atria,
absentemque diem lux agit aemula,
quam nox cum lacero victa fugit peplo.
Sed quis non rapidi luminis arduam
manantemque Deo cernat originem?
Moyses nempe Deum spinifera in rubo
vidit conspicuo lumine flammeum.
Felix, qui meruit sentibus in sacris
caelestis solii visere principem,
iussus nexa pedum vincula solvere,
ne sanctum involucris pollueret locum.
Hunc ignem populus sanguinis incliti
maiorum meritis tutus et inpotens,
suetus sub dominis vivere barbaris,
iam liber sequitur longa per avia:
qua gressum tulerant castraque caerulae
noctis per medium concita moverant,
plebem pervigilem fulgure praevio
ducebat radius sole micantior.
Sed rex Niliaci littoris invido
fervens felle iubet praevalidam manum
in bellum rapidis ire cohortibus
ferratasque acies clangere classicum.
Sumunt arma viri seque minacibus
accingunt gladiis, triste canit tuba:

26. *nobilibus* A B (supra) H R T Put. (non Laur.). 28. *in lacero* o. 29. *Si* o. 30. *Manentemque* Ald. Lugd. 31. *spinifero* B Laur. Prag. α a p u Ald. Lugd. Sieh. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. [Cfr. A. 56, 70]. 35. *Hostis* margo trium Sieh.; marg. Prag. *al. noxa*. 36. *Nec* b; *maculis* Barthii ms. in Adv. XLIX, 5. 38. *at inpotens* proponit Barth. l. c. [Cfr. tamen Hor. Od. III, 30, 3. Epod. XVI, 62., sim. *infreq*. P. V, 218 etc. S. I, praef. 5]. 43. *fulgore* A a p. 46. *praevalida* A, *praevalida manu* B Rat. i. 49. *micantibus* ms. Barthii.

24. *flere*] l. e. *rorare, stillare*. Cfr. P. X, 705 *plaga flet sanguinem*, Lucr. I, 349 *et uberibus flent omnia guttis*.

26. *mobilibus sc. atria*] *mobilibus id est semper moventur: atria dicuntur ab atro, id est a fumo, quia antiqui in atriis domus prandebant* gl. a.

27. Cfr. P. XI, 167.

32. D. 29 sqq. Cfr. Exod. 2, 3 et ad v. 35 Exod. 3, 5.

36. *involucris*] tertia correpta, ut H. 921, S. I. praef. 54.

50. *triste*] Vid. supra II, 42.

hic fidit iaculis, ille volantia
praefigit calamis spicula Gnosiis.
Densetur cuneis turba pedestribus,
currus pars et equos et volucres rotas
conscendunt celeres signaque bellica
praetendunt tumidis clara draconibus.
Hic iam servitii nescia pristini
gens Pelusiacis usta vaporibus
tandem purpurei gurgitis hospita
rubris littoribus fessa resederat.
Hostis dirus adest cum duce perfido,
infert et validis praelia viribus:
Moyses porro suos in mare praecipit
constans intrepidis tendere gressibus:
praebent rupta locum stagna viantibus
riparum in faciem pervia, sistitur
circumstans vitreis unda liquoribus,
dum plebs sub bifido permeat aequore.

51. *fudit* b. 52. *Gnosiis* A R α a b p q u Ald. Lugd. Sieh. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett. Amstr., *Gnoseis* Gold. i, *agnosiis* o [cfr. codd. et Intpp. ad Hor. Od. I, 15, 17. Schweighaeus. ad Polyb. IV, 53, 1], *Cnossiis* Gis., *Cnosiis* Heins. Cham. Cell., *gnossiis* α Arev. 53. *Densatur* 2 Rat. q u Ald. Lugd. Sieh. tres Gis. I Fabr. Chor. Poett. Amstr. Cham.; *turma ... equis, rotis* coni. Gronov. Observ. eccl. 5 probante Heinsio, Cell. 54. *equus* o. 57. *Hinc* B R Laur. 2 α a o p q u Ald. Lugd. Sieh. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Arev., *Sic* A. 59. *purpurea* p. 61. *Hostis hidrus* q. 63. *Moyses* codd. vett. constanter, etiamsi vox bisyllaba requiritur. Voss. Art. Gramm. I, 9. p. m. 35. Burm. ad Anthol. I. p. 450. 66. *pervias* b. 68. *permeet* R.

52. *calamis spicula Gnosiis*] *Gnosos est metropolis Cretae, de qua omnis Creta Gnosia dicitur* gl. a. Cfr. Hor. Od. I, 15, 17 *Hastas et calami spicula Gnosii Vitabis*, Sil. II, 90, V, 448.

56. *draconibus*] „intextis vexillorum panno. Loquitur Romano more, quo *dracones* ipsa etiam vexilla dicebantur. Vegetius II, 13 *Dracones per singulas cohortes a draconariis feruntur ad praelium*" *Cell.* „Ita signa militaria (proprie Scytharum?) appellantur e pannis diversicoloribus composita, et serpentibus similia facta. Quae, cum equites, qui iis post Traianum maxime usi sunt, currunt et ventus flet, turgescunt adeoque sibilum quendam edunt, cfr. Arrian. Tact. p. 53, Claud. de III. cons. Hon. 138, Amm. Marcell. XVI, 10, Sidon. Apoll. carm. V, 407, infra P. I, 35, S. II, 711." *Obb.*

58. *Pelusiacis*] *Aegyptiis*. Pelusia civitas ad orientale Nili ostium sita. Vid. Strab. XVII, 1, p. 441 ed. Tauchn. Infra v. 69 *Pubes ... decolor*, 79 *corpora Nigrorum ... satellitum*, cfr. Prop. III, 33, 15 (Lachm.): *fuscis Aegyptus alumnis* Ov. Her. XV, 36.

68. *Ferunt autem quidam, quod singulis tribubus singulae viae factae sunt per mare; hinc psalmus: Qui divisit mare rubrum in divisiones* gl. a.

Pubes quin etiam decolor asperis
inritata odiis rege sub inpio
Hebraeum sitiens fundere sanguinem
audet se pelago credere concavo:
ibant praecipiti turbine percita
fluctus per medios agmina regia,
sed confusa dehinc unda revolvitur
in semet revolans gurgite confluo.
Currus tunc et equos telaque naufraga
ipsos et proceres et vaga corpora
nigrorum videas nare satellitum,
arcis iustitium triste tyrannicae.
Quae tandem poterit lingua retexere
laudes Christe tuas? qui domitam Pharon
plagis multimodis cedere praesuli
cogis iustitiae vindice dextera.
Qui pontum rapidis aestibus invium
persultare vetas, ut refluo in salo
securus pateat te duce transitus,
et mox unda rapax devoret inpios.
Cui ieiuna eremi saxa loquacibus
exundant scatebris et latices novos
fundit scissa silex, quae sitientibus
dat potum populis axe sub igneo.
Instar fellis aqua tristifico in lacu

76. *refluo* E P R 2 Prag. 2 α a o p q, quod fuisse videtur in H (non Laur.). 79. *naue* supra add. *in* Rat., *innare* b, *mare* o. 80. *iustitium ut* Ald. Lugd., *inscitium* Barthii membr. 81. *linguam* o. 82. *domitum* 2 A B W Gold. Rat. b i Gis. I (non Laur.); *Faraon* W Gold., *Pharaon* Rat. b, *Faron* A E H P (non Laur.). 83. *praesidi* Fabr. Gis. 84. *iudice dextera* o. 85. *potum* (sic) cum gl. *mare* a; *rabidis* 1 A a p q Barthii ms. 86. *Persulcare* Prag. Gis., *Persultetre* 1 a. 88. *devoret* A P o u Ald. Lugd. Gis. (ad oram) Weitz. Obb., *ut voret* cett. 89. *Qui* u; *viae saxa* Ald. Lugd. Sieh. tres Gis. I Chor. Poett. Amstr.; *madentibus* Gis. I (in textu) Fabr., sed. vid. Hor. Od. III, 13, 15; *liquacibus* coni. Heins. ad Ov. Rem. Amor. v. 177 oppugnante Obb. ad h. l. 91. *scisa* Ald. Lugd. Weitz.; *quae quiescentibus* o.

80. *iustitium*] Apul. Met. V. fin.: *luctu publico confestim congruens indicitur iustitium* (i. e. quando ius dicendum sistitur), Tac. Ann. II. 82, Brisson. de form. p. 243, Kirchman. de funebr. p. 415.

82. *domitam Pharon*] Aegyptum. Pharon insulam Alexandriae proximam intelligas cum praealta turri, ex qua faces per noctem accensae navigantibus cursum dirigebant. Unde turris et ipsa *pharos* nuncupata. Gl. a: *post enumerata beneficia ad laudem dei se confert.*

fit ligni venia mei velut Atticum:
lignum est, quo sapiunt aspera dulcius;
nam praefixa cruci spes hominum viget.
Inplet castra cibus tunc quoque ninguidus
inlabens gelida grandine densius:
his mensas epulis, hac dape construunt,
quam dat sidereo Christus ab aethere.
Nec non imbrifero ventus anhelitu
crassa nube leves invehit alites,
quae conflata in humum, cum semel agmina
fluxerunt, reduci non revolant fuga.
Haec olim patribus praemia contulit
insignis pietas numinis unici,
cuius subsidio nos quoque vescimur
pascentes dapibus pectora mysticis.
Fessos ille vocat per freta seculi
discissis populum turbinibus regens
iactatasque animas mille laboribus
iustorum in patriam scandere praecipit.
Illic purpureis tecta rosariis
omnis fragrat humus calthaque pinguia
et molles violas et tenues crocos
fundit fonticulis uda fugacibus.
Illic et gracili balsama surculo

95. *Signum* o. 97. *pinguidus* Sieb. tres Chor. Poett. 99. *ac* H. R. a q u. 103. *conflata* A E H P W Barthii ms. Laur. *α* o p q u Ald. Lugd. Weitz. sched. Lindenbrog. Obb. [cfr. Cort. ad Lucan. II, 483], *conflata* supra *t diflata* a, *difflata* B W (supra) Prag. Rat. b i Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. (cum 2 codd. vetustioribus) Cell. Arev., *circumflata* R; *in unum* 1 *α* q. 104. *revolent* mallet Heins.
106. *numinis* supra *t nominis* a. 111. *lactasque α* margo trium Sieb., *lactansque* u, *Raptatasque* Sieb. tres Gis. I Chor. Poett. Amstr.
114. *flagrat* 1 A R i (supra *fraglat*) o q u; *caltaque* a Ald. Lugd., *calcataque* q. Legerim *cultaque* (Virg. Aen. X, 141 *Maeonia generose domo: ubi pinguia culta* i. e. agri) quo spectat lect. codd. a q. Id coniecit Gronov. Observ. eccl. Nam *caltha* nullibi neutr. gen. reperitur. 116. *uda* 2 A E T Laur. Put. *α* o p q u Heins. Cell. Arev. Obb., *udam* i, *unda* 1 A R a (at supra gl. *ipsa humus*) b Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr.

94. *venia*] Virtutis indole, a: *beneficio*, Barth. Adv. XLI, 24 *ligni ope, medicina, correctione, auxilio*, Exod. 16, 31, — *mel... Atticum*] Vid. III, 71.

95. *lignum est, quo sapiunt*] „Lignum illud figura crucis Christi erat, qua omnia amara dulcescunt: eique spes nostra *praefixa*, hoc est, posita in illa cruce.“ *Cell.*

97. *ninguidus*] nivis atque grandinis modo manna decidens.

117. *balsama*] Tac. Hist. V, 6.

desudata fluunt, raraque cinnama
spirant et folium, fonte quod abdito
praelambens fluvius portat in exitum.
Felices animae prata per herbida
concentu parili suave sonantibus
hymnorum modulis dulce canunt melos,
calcant et pedibus lilia candidis.
Sunt et spiritibus saepe nocentibus
paenarum celebres sub Styge feriae
ilia nocte, sacer qua rediit Deus
stagnis ad superos ex Acheronticis.
Non sicut tenebras de face fulgida
surgens oceano lucifer inbuit,
sed terris Domini de cruce tristibus
maior sole novum restituens diem.
Marcent suppliciis tartara mitibus,
exultatque sui carceris otio
functorum populus liber ab ignibus,
nec fervent solito flumina sulphure.
Nos festis trahimus per pia gaudia

118. *prataque* ms. Barthii, *grataque* proponit Arev. 120. *Praelabens* Laur. Prag. u (non α q) Sieh. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr.; *petit* ad oram *al. portat* α; *exitam* E. 122. *pariles* Put. R α, *pariles suavisonantibus* 1 E 1 T. Sensus: *omnes uno concentu suavia canunt carmina.* Quo referas gl. A *simili.* 126. *Penarum et celebres* o.

135. *Functorum* 1 A E H (supra alt.) N P R T Altin. T2 rr. Boh. I α o p q [Cfr. Burm. ad Anthol. lat. II, p. 285. Albinov. ad Liv. 351], *Functorum* supra *t Umbrarum* a, *Umbrarum* 2 A Laur. Put. b i u Ald. Lugd. Sieh. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev.

119. *folium*] „Arev. intelligit: *folia varia variis unguentis indita*, sed folium malabathrum [vid. Hor. Od. II, 7, 7, Plin. XIII, 1], quod in Indiae paludibus nasci putabant vett., a poeta indicari ex Dioscor. (I, 11) verbis elucere videtur: *Nonnulli Nardi Indicae folium esse arbitrantur: ... peculiare genus est, quod in paludibus Indicis gignitur, folium, i. e. quod lentis palustris modo aquae innatat* etc., vid. etiam Plin. XII, 26, Billerbeck.: Flora Classica (Lips. 1824) p. 208, quem (p. 222, 104) de vv. 115 sqq. conferre potes." *Obb.*

126. *feriae*] „Ita creditum facilius, quam probatum fuit." *Cell.* „August. Enchir. 112: *Poenas damnatorum certis intervallis existiment, si hoc eis placet, aliquatenus mitigari, dummodo intelligatur in eis manere ira Dei, hoc est ipsa damnatio.* Quod dogma [a vulgo creditum?] Aug. et Pr. soli tradunt, nam falso cum illo Origenis de fine suppliciorum infernalium sententia comparatur, vid. περὶ ἀρχ. II, 5, 10, Münscher. Dogmengesch. II, p. 502." *Obb.* Cfr. Arev. Prolegg. c. XXIII.

137. *per pia gaudia*] vigiliam celebrandi mos condignus sane atque condecorus. Inter orientalis quidem ecclesiae fideles, ut alios praetermittam, epulis, crapulis, commessationibus eodem tempore nimium quantum indulgeri hodie passim compertum est.

noctem conciliis votaque prospera
certatim vigili congerimus prece
extructoque agimus liba sacrario.
Pendent mobilibus lumina funibus,
quae suffixa micant per laquearia,
et de languidulis fota natatibus
lucem perspicuo flamma iacit vitro.
Credas stelligeram desuper aream
ornatam geminis stare trionibus,
et, qua bosphoreum temo regit iugum,
passim purpureos spargier hesperos.
O res digna, Deus, quam tibi roscidae
noctis principio grex tuus offerat,
lucem, qua tribuis nil pretiosius,
lucem, qua reliqua praemia cernimus.
Tu lux vera oculis, lux quoque sensibus,
intus tu speculum, tu speculum foris,
lumen, quod famulans offero, suscipe
tinctum pacifici chrismatis unguine:

140. *Extructo offerimus* invenit Barth. in ms. suo, *Extructoque edimus* prop. Arev. 141. *nobilibus* u. 143. *languidolis* Weitz. ex H. 145. *Credas stelligerum desuper igneum Ornatum* Barthii ms., *Credas stelligerum desuper aerem Ornatum* H supra. 147. *bosforeum* A B H R W Gold. a i p q (heic divisim *bos foreum*) Weitz., *uosforeum* b, *hosphoreum* o, *phosphoreum* Fabr. Gis., *bosporeum* Heinsius reperit in scriptis, sed edd. *bosphoreum*, quod ex nostris leg. Laur. α u.
148. *Sparsim* a; *sparier* b. 149. *deus* supra *al. pater* α, *pater* Put. a u (non Laur.) Heins. Cell. Arev. 150. *offeret* a. 151. *quam tribuis* Laur. α o u. 153. *vero* A. 156. *pacificis* 1 α.

142. Virg. Aen. I, 726 *dependent lychni laquearibus aureis Incensi: et noctem flammis funalia vincunt.*

146. *geminis . . . trionibus*] „Sic lucent luminaria in laquearibus dependentia, ut putes esse geminos triones, id est, duas ursas, helicem, et Cynosuram, quae praelucidas habent stellas" gl. a.

147. *bosphoreum . . . iugum*] „Arctoum iugum, Plaustrum sidus, ἅμαξαν: a Bosporo Cimmerio, qui maxime borealis antiquis erat, dictum." *Cell.* Cfr. Gell. N. A. II, 21.

155. *lumen*] *fidei lumen* intelligit Cell. coll. P. X, 432, 435. Sacrationem quandam vel ritum poetam innuere, quo lumen sabbati paschalis offeratur, Arev. opinatur. Fortasse id lumen intelligi posse Obb. arbitratur, quod accendebatur et offerebatur saepe *iam sole rutilante non ad fugandas tenebras, sed ad signum laetitiae demonstrandum* Hieron. Ep. 60 (II, p. 85. D), qui Luc. 12, 35 etc. affert. Equidem Prudentium lumine, quod famulans aut quolibet vespere aut alio tempore offert, iguiculos (v. 12) ipsius vel animum, i. e. semetipsum mystice significare puto. Sic v. 156 *Tinctum pacifici chrismatis unguine* apte explicatur, id quod aliter fieri nequit. Cfr. P. X, 1136 sqq.

Per Christum genitum, summe Pater, tuum,
in quo visibilis stat tibi gloria,
qui noster Dominus, qui tuus unicus
spirat de patrio corde paraclitum.
Per quem splendor, honos, laus, sapientia,
maiestas, bonitas et pietas tua
regnum continuat numine triplici
texens perpetuis secula seculis.

## VI. HYMNUS ANTE SOMPNUM.

Ades Pater supreme,
quem nemo vidit unquam,
Patrisque sermo Christe
et spiritus benigne.
O Trinitatis huius
vis una, lumen unum,
Deus ex Deo perennis,
Deus ex utroque missus.
Fluxit labor diei,
redit et quietis hora,
blandus sopor vicissim
fessos relaxat artus.
Mens aestuans procellis
curisque sauciata
totis bibit medullis
obliviale poclum.

157. *sume* α a, in utroque gl. *accipe*, *summe* relqq. scripti (et Laur.) cum edd.; *tuum* a cum gl. *hoc lumen*. 160. *paraclytum* H W Gold., *paracletum* Sieb. II. III (non Sieb. I) Amstr. 161. *honor* o p. 163. *contineat* W Gold. Prag. i, *contineat* supra *t continuat* Rat.; *nomine* Laur. Rat. b i u Arev.

6. *Vis ac potestas una* 2 A 2 R Put. schedae Graevianae sicut α et a pro div. script. ad oram (non Laur.). 10. *Rediit* A Altin. o p haud male; *et* abr. in Rat., om. Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. 11. *sapor* q. 13. *estuat* o. 14. *saciata* q. 16. *poculum* Ald. Lugd.

VI. Constitt. Apost. VIII, 34 *Εὐχὰς ἐπιτελεῖτε . . . καὶ ἑσπέρας . . . ἑσπέρα δὲ εὐχαριστοῦντες, ὅτι ἀνέπαυσεν (ὁ κύριος) ἔδωκε τῶν μεθημερινῶν κόπων τὴν νύκτα.* Huc pertinent hymni vss. 9, 10 *Fluxit labor diei, Redit et quietis hora.* Septem strophae ultimae in Brev. Mozarabico recitantur.

8. *missus*] Vid. IV, 15, Io. 1, 8, Middeld. l. l. p. 159.

16. *obliviale poclum*] Hor. Epod. XIV, 3 *Pocula lethaeos ut si ducentia somnos.*

Serpit per omne corpus
Lethaea vis, nec ullum
miseris doloris aegri
patitur manere sensum.
Lex haec data est caducis
Deo iubente membris,
ut temperet laborem
medicabilis voluptas.
Sed dum pererrat omnes
quies amica venas
pectusque feriatum
placat rigante sompno:
Liber vagat per auras
rapido vigore sensus
variasque per figuras,
quae sunt operta, cernit.
Quia mens soluta curis,
cui est origo caelum,
purusque fons ab aethra
iners iacere nescit.
Imitata multiformes
facies sibi ipsa fingit,
per quas repente currens
tenui fruatur actu.
Sed sensa sompniantum
dispar fatigat horror,
nunc splendor interrerrat,
qui dat futura nosse.
Plerumque dissipatis
mendax imago veris

18. *Loethéa* B W Gold.; *neque* Obb. (e codd.?). 19. *aegris* H. 22. *donante* p. 24. *Medicalis* W Gold. Prag. b i metro non obsequente. 25. *Sed cum* Rat. 29. *vagat* A T Laur. Put. Prag. α u Alt. Lugd. Gis. Gif. Ind. Lucr. p. 423 Weitz. Amstr. Heins. Cell. Arev. Obb. [cfr. Ov. Met. VIII, 13. ib. Heins. Bünem. ad Lact. IV, 27. Prisc. VIII, 2], *vacat* B W Gold. Rat. b i Sieh. tres Fabr. Chor. Poett., *vagas* N O R T 2rr. a o p q. 33. *Mens absoluta curis* u. 35. *aethere* R 1 Rat., *ab aethro* 2 Rat. 38. *pingit* 1 R. 41. *somniantium* 1 Rat. 42. *error* scribi vult Arev. coll. infra. 118.

18. *Lethaea vis*] Virg. Georg. IV, 545 *Lethaea papavera*.

31. *figuras*] Gell. N. A. V, 16, 3: „Epicurus autem effluere semper ex omnibus corporibus simulacra quaedam corporum ipsorum, eaque sese in oculos inferre, atque ita fieri sensum videndi putat."

animos pavore maestos
ambage fallit atra.
Quem rara culpa morum
non polluit frequenter,
nunc lux serena vibrans
res edocet latentes.
At qui coinquinatum
vitiis cor inpiavit,
lusus pavore multo
species videt tremendas.
Hoc patriarcha noster
sub carceris catena
geminis simul ministris
interpres adprobavit.
Quorum reversus unus
dat poculum tyranno,
ast alterum rapaces
fixum vorant volucres.
Ipsum deinde regem
perplexa sompniantem
monuit famem futuram
clausis cavere acervis.
Mox praesul ac tetrarches
regnum per omne iussus
sociam tenere virgam,
dominae resedit aulae.
O quam profunda iustis
arcana per soporem

51. *Nunc* α, ubi ad oram *al. Hunc*, quod exh. relqq. scripti (et Laur.) cum edd. 52. *frequenter* supra *ł latentes* a, *frequentes* 1 R o. 53. *Atqui* Ald. Lugd. Sieb. tres Chor. Poett., *Atqui colit quinatum* q. 56. *vidit* Rat. 1 i q. 57. *Ioseph patriarcha* 1 A R o q glossam olet. 59. *magistris* Gold. W (supra) i, *minister* Ald. Lugd. 60. *abprobavit* W. 61. *recessum* 1 α, *reversus* supra *ł regressus* a, *regressus* O Put. Heins. Cham. Cell. 64. *votant* α, *volant* 1 q, *norant* u. 67. *Mouit* o Fabr., *Mouit* supra *n* i, *Novit* u Ald. Lugd. Sieb. tres Chor. Poett.

57. *patriarcha*] Ioseph carcere detentus, mox a rege secundus. Gen. c. 40, Philo *περὶ ὀνείρων* p. 130, 169.

69. *tetrarches*] Non proprie quadripartito regno praefectus, sed insigni potestate praeditus. Cfr. Hor. Sat. I, 3, 12, Lucan. VII, 226, Herzog. et Kritz. ad Sal. Cat. XX, 5.

71. *virgam*] *sceptrum* Iso.

74. *per soporem*] Non favet iis, qui Ioannem visione vidisse interpretantur, nisi forte extasin poetam mystice somnum nominare velis. Sed cfr.

aperit tuenda Christus,
quam clara, quam tacenda!
  Evangelista summi
fidissimus magistri,
signata quae latebant,
nebulis videt remotis:
  ipsum tonantis agnum
de caede purpurantem,
qui conscium futuri
librum resignat unus.
  Huius manum potentem
gladius perarmat anceps
et fulgurans utrimque
duplicem minatur ictum.
  Quaesitor ille solus
animaeque corporisque
ensisque bis timendus
prima ac secunda mors est,
  idem tamen benignus
ultor retundit iram
paucosque non piorum
patitur perire in aevum.
  Huic inclitus perenne
tribuit Pater tribunal,
hunc obtinere iussit
nomen supra omne nomen.
  Hic praepotens cruenti
extinctor antichristi,
qui de furente monstro
pulcrum refert tropaeum.

76. *clausa* (A?), *clausa* supra *ℓ clara* a; *quam tuenda* Put. pro. div. script. 79. *Signataque lat.* A. 82. *Decede* A; *prepurantem* u. 87. *folgorans* p. 96. *in* om. Sieb. tres Chor. Poett. 97. *Hic* supra *ℓ huic* a. 100. *super* W (supra) i u. 101. *cruentis* o. 103. *de* om. 1 a.

infra 113 sqq., D. 189, Apoc. I, 10 *ἐγενόμην ἐν πνεύματι ἐν τῇ κυριακῇ ἡμέρᾳ* (vidit igitur *die dominica*) κτλ., H. 912, Claud. rapt. Pros. III, pr. 9, 25. Cfr. Hermae Past. Vis. II, 4 *Revelatum autem est mihi, fratres, dormienti* sqq.

86. *gladius*] Apoc. I, 16, Middeld. l. l. p. 144.
89. *Quaesitor*] Iudex. Virg. VI, 432.
92. Apoc. 20, 14.
100. *nomen*] Philipp. II, 9. Cfr. P. II, 413.

Quam bestiam capacem
populosque devorantem,
quam sanguinis charybdem
Ioannis execratur.
Hanc nempe, quae sacratum
praeferre nomen ausa est,
imam petit gehennam
Christo perempta vero.
Tali sopore iustus
mentem relaxat heros,
ut spiritu sagaci
caelum peragret omne.
Nos nil meremur horum,
quos creber inplet error,
concreta quos malarum
vitiat cupido rerum.
Sat est quiete dulci
fessum fovere corpus:
sat, si nihil sinistrum
vanae minentur umbrae.
Cultor Dei memento
te fontis et lavacri
rorem subisse sanctum,
te chrismate innotatum.

105. *rapacem* H (supra) 2 Rat. Gis. Weitz. 106. *vorantem* R q Sieb. tres Chor. Poett. 107. *Charybdem* A Laur. Put. et quattuor alii ap. Heins., qui et ipse ita expr. Cham. Obb., *carybdem* α u, *caripdem* q, *charibdim* a, *caripdim* b, *caribdim* p, *caribdin* corr. *carybdin* i, *caribdin* o, *Charybdin* sive *Charybdim* relqq. scripti et edd. 108. *Ioannis* A Put. Heins. Cell. Obb. ut H. 911, *iohannis* q, *ioannes* α u cum pluribus scriptis et edd., *iohannes* Laur. a b i o p. 109. *Hanc* A E N O P T Put. α a i o p q Ald. Lugd. Heins. Arev. Obb., *Haec* b u Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Cell. 110. *ausa est* Gis. I Amstr. Obb., *est* nec nostri codd. agnoscunt, nec Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Heins. Cell. Arev. 112. *Christi perempta verbo* coni. Heumannus, probante Gall. 118. *herror* W o [Cfr. supra 42]. 123. *Sat est si nil sinistrum* a, eodem spectat *Sat est nil sinistrum* o. 127. *subiisse* o; *sacrum* supra *sanctum* b, *sacrum* u. 128. *innotatum* H Prag. Put. α a b p Ald. Lugd. Sieb. tres Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev.

105. *bestiam capacem*] ad alvi capacitatem spectans, cfr. VII, 115, Ps. 454, Apoc. 13, Hermae Past. Vis. IV, 1 *Sic autem veniebat bestia illa, ita ut posset in ictu civitatem delere.*

107 sqq. cfr. Apoc. capp. 12. 13. 17.

112. *vero*] Antichristo oppositus.

124. *umbrae*] somniorum phantasmata. Cfr. S. I, 447, H. 448, Clem. Rom. Hom. IV, 4.

128. *innotatum*] de solo baptismate accipio hunc cum tribus praecedentibus vss., cui unctio sane iuncta

Fac, cum vocante sompno
castum petis cubile,
frontem locumque cordis
crucis figura signet.
Crux pellit omne crimen,
fugiunt crucem tenebrae:
tali dicata signo
mens fluctuare nescit.
Procul, o procul vagantum
portenta sompniorum,
procul esto pervicaci
praestigiator astu!
O tortuose serpens,
qui mille per Meandros
fraudesque flexuosas
agitas quieta corda,

[Cfr. II, 64. V, 156.] *innovatum* cum gl. *signatum* q, *innovatum* A B H (supra) N O R T Laur. Rat. T2rr. i o u margo trium Sieb. Fabr. Heins. Cham. Cell. Obb. 130. *petit* o. 137. *o* inducta lineola deletum in *α*, *est* o, *o* om. u Ald. Lugd.; *vagantium* i *α*. 140. *Praestrigiator* B E P Weitz., quo spectat Isonis gl. *praestrigium dicitur monstrum a praestringendo, i. illudendo improvise oculos*, [*praestig.* etiam Sangall. cod. sec. IX. ap. Hattemer. „Denkmahle des Mittelalters" I. p. 265., vid. P. II, 86. Vulgata lectio *Praestigiator* est etiam in omnibus nostris codd.]; *actu* E N Put. q Heins. Cham. Cell.

erat. Cfr. Hieron. comment. ad Hierem. II, 2. Ep. 58, Isid. Orig. VI, 19. Arevalus id confirmationem nominat baptismi, sequiorum ecclesiae temporum praxin primaevae commiscens.

132. *crucis figura*] Signo crucis utebantur ad depellenda mala, undecunque instabant. Vid. 133 sqq. *Crux pellit omne crimen.* Cfr. Lact. VI, 27, 3, Hieron. opp. VIII, p. 102, A. Gruner. ad Sedul. V. 178. Arev. affert Cretzer. de cruce IV, 31, H. Alt. „Der christl. Cultus" etc. (Berlin 1842.) cap. VI, §. 6.

142. *Maeander* (fluvius Cariae) *ita sinuosis flexibus, ut saepe credatur reverti* Plin. H. N. V, 29, Ov. Met. VIII, 162. Unde vafra consilia atque obliqua *Maeandros* vocabant, Cic. in Pison. c. 22, *ne, ut plerique alii, tu quoque in illis dialecticae gyris atque maeandris, tanquam apud Sirenios scapulos, consenescas* Gell. N. A. XVI, 8, 17. De huius nominis prosodia vid. Heins. ad VII, 93 et Cell., qui ex Spanhemio p. 888 Decii nummum affert ad prosodiam nostri loci illustrandam: *ANTIOXEΩN MEANΔPOΣ*. Exemplum parum efficax. Etenim qui in graecis monumentis scriptis versatus est, centies diphthongum *αι* accurata scriptura neglecta expressam esse sola littera *ε* non ignorat. Vid. Ep. Barnab. V (in nostra P. P. App. ed. p. 8) *τὸν λαὸν τὸν καινόν*, ubi quinque codd. scr. *κενόν*, Ignatii Ep. ad Magnesios in salut. (l. l. p. 140) *ἐν ᾧ ἀσπάζομαι τὴν ἐκκλησίαν τὴν οὖσαν ἐν Μαγνησίᾳ τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ*, ubi cod. Casanatensis *πρὸς μεάνδρῳ*, nec aliter Laurentianus *προσμεάνδρωι* (sic). Heic *e* pro *ae* metri causa admissum, sicuti A. 210 *sphera mobilis*, 331 *enigmata* etc.

discede, Christus hic est,
hic Christus est, liquesce:
signum, quod ipse nosti,
dampnat tuam catervam.
Corpus licet fatiscens
iaceat recline paullum,
Christum tamen sub ipso
meditabimur sopore.

## VII HYMNUS IEIUNANTIUM

O Nazarene, lux Bethlem, verbum Patris,
quem partus alvi virginalis protulit,
adesto castis Christe parsimoniis,
festumque nostrum rex serenus adspice,
ieiuniorum dum litamus victimam.
Nil hoc profecto purius mysterio,
quo fibra cordis expiatur uvidi,
intemperata quo domantur viscera,
arvina putrem ne resudans crapulam
obstrangulatae mentis ingenium premat.
Hinc subiugatur luxus et turpis gula,
vini atque sompni degener socordia,

145. *lux est* Ald., *ius est* Lugd. 149. *fatescens* A Gold. 1 α 1 i Weitz. 150. *reclive* o Fabr. prob. Cham.; *paulo* supra *um* Gold. i, *paulo* Ald. Lugd. 152. *Meditabitur* R Rat. ap. Mar., *Meditabitur* supra *Meditabimur* W q, *Metitamur* u; *sapore* p.

1. *dux* R p Ald. Lugd. Sieh. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. [Matth. II, 6 et infra XII, 78]; *bethlem* ex nostris etiam a q, *Bethleem* α b i o p u Weitz. 4. *accipe* margo trium Sieh. 6. *Nihil* B Sieh. tres Fabr. Chor. Poett. Amstr. 7. *uvidi* Prag. Rat. α b l et 3 i u [Cfr. Hor. Sat. II, 3, 213. Stat. Theb. IX, 79. Hymn. VI, 13], *lividi* H (supra) R p Ald. Lugd. Sieh. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Heins. Cham. Cell. [P. V, 379], *vividi* A Laur. a 2 i o q Weitz. Amstr. Arev. Obb. Lectio *lividi* et *vividi* levi mutatione enucleatur ex *uvidi*. 8. *donantur* 1 α. 9. *ve* Prag. ap. Mar. 10. *Obstrangulante* o. 11. *subiugatus lux et* u.

146. *liquesce*] *evanesce, deflue* Iso. Cfr. A. 955, 1015, Barth. ad Stat. Theb. V, 284, Sil. It. XVI, initio: *Hannibal ipse etiam iam iamque modestior annis Ire videbatur, Martisque liquescere famam.*

147. *signum*] Crucis. Lact. IV, 27.

149. *fatiscens*] *deficiens* Iso.

VII. In Brev. Mozarabico hymnus Ieiunantium per hebdomadis ferias distributus legitur critice corruptus. Poetam composuisse cum Arev. opinatur ad omnes dies ieiunii, praecipue quadragesimalis. Hocce verisimilius. Sed vid. Hymn. VIII notulam primam.

4. *festumque*] dies festus, quia ieiuniorum victima litatur. Vid. VIII, 14.

libido sordens, inverecundus lepos
variaeque pestes languidorum sensuum
parcam subactae disciplinam sentiunt.
Nam si licenter diffluens potu et cibo
ieiuna rite membra non coerceas,
sequitur frequenti marcida oblectamine
scintilla mentis ut tepescat nobilis,
animusque pigris stertat in praecordiis.
Frenentur ergo corporum cupidines,
detersa et intus emicet prudentia:
sic excitato perspicax acumine
liberque flatu laxiore spiritus
rerum parentem rectius precabitur.
Elia tali crevit observantia,
vetus sacerdos, ruris hospes aridi:
fragore ab omni quem remotum et segregem
sprevisse tradunt criminum frequentiam,
casto fruentem syrtium silentio.
Sed mox in auras igneis iugalibus
curruque raptus evolavit praepete,
ne de propinquo sordium contagio
dirus quietum mundus adflaret virum
olim probatis inclitum ieiuniis.

13. *sordes* mendose Ald. Lugd. 15. *Parcam* supra *artam* W; *subacte* Ald. Lugd. 16. *defluens* A o. 17. *membra rite* R. 19. *mentis* edd. etiam Ald., mutavit vero *ventis* quod expr. Lugd. 20. *Animisque* u; *in* N Rat. b i p schedae Graev. Gis. Weitz. Amstr. Heins. Cell. Arev., *in* supra *ut* q, *ut* A B T Laur. Put. α a o u Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Chor. Poett. Obb., *ut stertat in* Prag. contra metrum. 22. *Deterset* E; *et* A T. Altin. Put. α a o p Heins. Cell. Arev. Obb., *ut* R Laur. i b q u Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. 25. *p̄cantem* (mg.: *par.*) A. 26. *Elia* Fabr. Gis. Cham. Obb., *Helia* b i Weitz. Heins. Cell. Arev., *Helias* α a o q u Ald. Lugd. Sieb. tres Chor. Poett. Amstr. 27. *ruris et hospes* a. 28. *a* u; *segrege* o. 29. *hominum frequentiam* R, *civium frequentiam* conici posse opinatur Arev. 30. *fluentem* o. 32. *praepete* vetustiores Heinss. α a o p q Heins. Cell. Obb., *praepeti* Laur. b i u Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev. 34. *munctus* o.

26. *Elia*] Aut cum Cham. et Arev. referendi hi vss. ad I (III) Reg. 17 (18), ubi mentio fit Chariti rivi sicci, aut, quod Obb. praestare videtur, ad I (III) Reg. 19 (20), cum ista solitudo, qua Elias ieiunium pertulit, cum Syrtibus [Pomp. Mel. I, 7, 3. 6, Drakenb. ad Liv. XXII, 30, Turneb. Adv. XVII, 10] a Prud. comparetur. Equidem deserta loca poetam absque comparatione syrtes nuncupare crediderim, sed ob similitudinem cum illis Libycis (A. 443).
31. II (IV) Reg. 2, 11.

Non ante caeli principem septemplicis
Moyses tremendi fidus interpres throni
potuit videre, quam decem recursibus
quater volutis sol peragrans sidera
omni carentem cerneret substantia.
Victus precanti solus in lacrimis fuit:
nam flendo pernox inrigatum pulverem
humi madentis ore pressit cernuo,
donec loquentis voce praestrictus Dei
expavit ignem non ferendum visibus.
Ioannis huius artis haud minus potens
Dei perennis praecucurrit filium,
curvos viarum qui retorsit tramites
et flexuosa conrigens dispendia
dedit sequendam calle recto lineam.
Hanc obsequelam praeparabat nuntius
mox adfuturo construens iter Deo,
clivosa planis, confragosa ut lenibus
converterentur, neve quidquam devium
inlapsa terris inveniret veritas.
Non usitatis ortus hic natalibus
oblita lactis iam vieto in pectore
matris tetendit serus infans ubera:
nec ante partu de senili effusus est,
quam praedicaret virginem plenam Deo.
Post in patentes ilie solitudines
amictus hirtis bestiarum pellibus

36. *septimplicis* α. 41. *precantis* A B u Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett., utrumque agnoscit W; *solis* B H et supra W. 44. *uocem* u; *perstrictus* B N R T Laur. 1 Put. Rat. α u [Cfr. H. VI, 108]. 46. *Ioannes* R Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev., *Iohannes* α a b i o p u, *Iioannes* q; *non minus* Rat. 48. *qui rector sit* o. 50. *colle* o. 52. *Mox a futura* Ald. Lugd. 53. *leuibus* u Ald. Lugd., *laevibus* Gis. 54. *ne vel* W Rat. b i Weitz. (non B); *quiquam* corr. *quicquam* a (non Rat.). 57. *vigeto* B W Gold. (supra) Prag. Rat. b i; *in* om. o; *corpore* B R (non Laur.). 58. *uerbera Necante* mendose Ald. Lugd. 59. *pertum* o. 60. *praedicare* 1 a. 62. *hyrtis* W Gold. Weitz.

36. *septemplicis*] Ex planetarum eorumque, quos olim credebant, orbium numero. Exod. 34, 28. Plin. H. N. II, 6, Gell. N. III, 10 (inibi M. Varro de septenarii numeri vi et facultate in multis naturae rebus animadversa), Iuvenc. I, 358 *Scinditur auricolor caeli septemplicis aethra.*

40. *substantia*] *cibo* Iso, utpote quo corpus substet.

46. Luc. 1, 15 sqq.

setisve tectus hispida et lanugine
secessit, horrens inquinari ac pollui
contaminatis oppidorum moribus.
Illic dicata parcus abstinentia
potum cibumque vir severae industriae
in usque serum respuebat vesperum,
parvum locustis et favorum agrestium
liquore pastum corpori suetus dare.
Hortator ille primus et doctor novae
fuit salutis, nam sacrato in flumine
veterum piatas lavit errorum notas:
sed tincta postquam membra defaecaverat,
caelo refulgens influebat spiritus.
Hoc ex lavacro labe dempta criminum
ibant renati non secus, quam si rudis
auri recocta vena pulcrum splendeat:
micet metalli sive lux argentei
sudum polito praenitens purgamine.
Referre prisci stemma nunc ieiunii
libet fidei proditum volumine,
ut diruendae civitatis incolis
fulmen benigni mansuefactum Patris
pie repressis ignibus pepercerit.

63. *Setisque* b, quod non displicet; *et* om. Gold. Rat. i u. 64. *ecessit* a; *ac* Laur. α b i q u Ald. Lugd. Sieb. tres Weitz. Heins. Arev., *et* A R a o p Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Cell. Obb. 67. *et industriae* o. 69. *Parvum* A R cett. ex nostris Laur. α a b i o q u Fabr. Gis. Weitz. Amstr. Arev. Obb. [i. e *exiguum* Lucan. IV, 239. Sedul. hymn. II, 23. Heins. ad Ov. A. II, 15, 27], *Parum* O p Ald. Lugd. Sieb. tres Chor. Poett., *Parcum* coni. Gis., *Rarum* ex Put. Heins. Cell. 70. *corpore* e, *corporiscietus* q, *corporis uetus* vitiose Ald. Lugd. 72. *Salutis atque gratiae doctor* ed. Daver.; *in* om. o. 73. *Pie uetustas* Gold. W (supra *piatas*) Prag. Rat. b i Weitz. (non Laur.), *Vetustas pie* 2 H, *pietas* a q u Ald. Lugd. Nebr., qui coni. *vietus*. Obbarii coniectura *peractas* minus placet; vis enim proleptica heic quoque participio inest. 79. *metallis* u. 81. *stema* a, *schema* proponit Arev. 84. *mansuetum* o, glossam puto; subinde *dextrae* p, quod etiam esse videtur in A.

73. *piatas ... notas*] *immundas ... maculas* Iso.

80. *sudum*] *sudum dicimus aerem post pluviam quasi subudum; tunc enim melius splendescit* gl. a.

81. *stemma*] *coronam, corona regalis* Iso. Illustre ieiunii exemplum proponit. Stemma (στέφω) corona est. In atrio Romani maiorum imagines coronae instar dispositas collocabant, unde familiarum insignia nuncupabantur stemmata. Cfr. Plin. XXXV, 2, Mart. IV, 40, 1, Iuven. VIII. 1, Suet. Nero 37. Idem mos, idemque nomen nostri aevi Patriciis Romanis permansit.

83. *ut*] *Quo modo* Iso. — *diruendae civitatis*] Ninives sive Nini.

Gens insolenti praepotens iactantia
pollebet olim, quam fluentem nequiter
conrupta vulgo solverat lascivia,
et inde bruto contumax fastidio
cultum superni neglegebat numinis.
Offensa tandem iugis indulgentiae
censura iustis excitatur motibus,
dextram perarmat rhompheali incendio
nimbos crepantes et fragosos turbines
vibrans tonantum nube flammarum quatit.
Sed paenitendi dum datur diecula,
si forte vellent inprobam libidinem
veteresque nugas condomare ac frangere,
suspendit ictum terror exorabilis
paullumque dicta substitit sententia.
Ionam Prophetam mitis ultor excitat,
paenae inminentis iret ut praenuntius,
sed nosset ille qui minacem iudicem
servare malle, quam ferire ac plectere,
tectam latenter vertit in Tharsos fugam.
Celsam paratis pontibus scandit ratem,
udo revincta fune puppis solvitur,
itur per altum, fit procellosum mare:

87. *quod* 1 α. 89. *fastigio* H. 90. *Vultum* E R 1 a. 91. *Offensis* o. 93. *rumfeali* a p, *romeali* o. 94. *fragosas* Rat. ap. Mar. 95. *nubem* 1 α p Ald. Lugd. 96. *dietula* α q. 98. *et domare* o, *condonare* coni. Blanchin. 99. *ictu* o. 103, *qui* A N O (marg.) T Put. T 1 rr. q. Heins. Obb., *qui* supra *al. cum* α, *cum* O (in textu) a b i o p Ald. Lugd. Sieh. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Cell. Arev., *dum* R; *comminantem* Laur., *comminacem* u (= *cum minacem*). 104. *ferire amplectere* (?*ferire an plectere*) q, *perdere* coni. Burm. ad Anthol. I, p. 736. [Sed. cfr. P. I, 48]. 107. Hic versus des. in o. 108. *Iter* margo trium Sieh.

87. *fluentem*] *lapsam in libidinem* Nebr.

93. *rhompheali*] *gladiali vindicta* Iso. Intellige gladium flammantem (ῥομφαία, *rhomphaea*, sed *e* pro *ae* metri causa). Cfr. Gell. N. A. X, 25 (*rumpia genus teli est Thracae nationis*), Heins. ad Val. Flac. VI, 98.

105. *Tharsos*] „LXX Ionae fugam εἰς Θαρσεῖς, *in Tharsenses* directam fuisse reddiderunt. Iosephus I Antiq. cap. VII olim *Ciliciam* hoc nomine significatam tradit, cuius caput Ταρσός etiam secundum Xenophontem lib. I expedit. Cyri Ταρσοί. Hieronymus in Ionam: *Hebraei THARSIS mare dici generaliter autumant, secundum illud NAVES THARSIS* [Psalm. 48, 8, Esa. 23, 1]. Bochartus ad Hispaniae Tartessum vel Gades refert lib. III, 7." *Cell.* „Prud. sequitur LXX, qui verbum תַּרְשִׁישׁ per Θαρσεῖς explicant. Io. 1, 3." *Obb.*

tum caussa tanti quaeritur periculi,
sors in fugacem missa vatem decidit.
Iussus perire solus e cunctis reus,
cuius voluta crimen urna expresserat,
praeceps rotatur et profundo inmergitur:
exceptus inde beluinis faucibus
alvi capacis vivus hauritur specu.
Transmissa raptim praeda cassos dentium
eludit ictus incruentam transvolans
inpune linguam, ne retentam mordicus
offam molares dissecarent uvidi,
os omne transit et palatum praeterit.
Ternis dierum ac noctium processibus
mansit ferino devoratus gutture,
errabat illic per latebras viscerum,
ventris recessus circumibat tortiles
anhelus extis intus aestuantibus.
Intactus exin tertiae noctis vice
monstri vomentis pellitur singultibus,
qua murmuranti fine fluctus frangitur,
salsosque candens spuma tundit pumices,
ructatus exit seque servatum stupet.
In Ninivitas se coactus percito
gressu reflectit, quos ut increpaverat
pudenda censor inputans opprobria:

109. *Tunc* o; *tanta* Weitz. 113. *involuitur* u. 115. *haritur* 1 a. 117. *evolans* supra *trans* o. 119. *dissicarent* A a q Weitz. (non Laur.), *dessecarent* W, *desecarent* Gold. b i, *disseparent* Put.; *vividi* R u Ald. Lugd. Sieh. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. 120. *pal. transsilit* R. 121. *praecessibus* H. 124. *Ventris recessus* A E T W (in marg.) Laur. a b i p u Ald. Lugd. Sieh. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Obb., *recessus*, ad oram *al. meandros* α, *meandros* supra *recessus* q, *Ventris meandros* N R W Put. o Weitz. Heins. Cell. Arev. [Cfr. VI, 142]; *circuibat* b i u Cham.; *tortilis* E. 126. *exim* B, *exhinc* q; *vicem* Altin. 1 E. 129. *Falsasque* q; *pumices* supra *pomices* o.
130. *Ruptatus* p. 131. *ninivetas* a. 132. *reflectat* o.
133. *ob probria* A, *opprobrium* supra *a* subnotatum i.

114. *beluinis faucibus*] „Non desunt interpretes, qui cete illud balaenam fuisse affirment aliis repugnantibus, quod balaena arctiori sit gutture, quam ut hominem integrum glutire possit. Ceti nomine omnes pisces maioris cuiusdam molis comprehendi passim traditur. Piscem grandem, qui Ionam devoravit, fuisse eum, qui *Charcarias* dicitur, multi opinantur, cuius effigiem exhibet Aldrovandus lib. XIII, 12 de piscibus." *Arev.*

„Inpendet“ inquit „ira summi vindicis,
urbemque flamma mox cremabit, credite.“
Apicem deinceps ardui montis petit
visurus inde conglobatum turbidae
fumum ruinae cladis et dirae struem,
tectus flagellis multinodis germinis,
nato et repente perfruens umbraculo.
Sed maesta postquam civitas vulnus novi
hausit doloris, heu supremum palpitat:
cursant per ampla congregatim moenia
plebs et senatus, omnis aetas civium,
pallens iuventus, eiulantes feminae.
Placet frementem publicis ieiuniis
placare Christum, mos edendi spernitur,
glaucos amictus induit monilibus
matrona demptis, proque gemma et serico
crinem fluentem sordidus spargit cinis.
Squalent recincta veste bullati patres,
setasque plangens turba sumit textiles,
inpexa villis virgo bestialibus
nigrante vultum contegit velamine,
iacens arenis et puer provolvitur.
Rex ipse Coos aestuantem murices
laenam revulsa dissipabat fibula,
gemmas virentes et lapillos sutiles,
insigne frontis exuebat vinculum
turpi capillos inpeditus pulvere:

134. *Penditur* R; *vindicis* corr. *iudicis* b, *iudicis* R Rat. o. 135. *Urbem qui* o. 136. *deinde* Ald. Lugd. 137. *turbidum* Prag. 139. *multinodis* A E P Put. α a Cham. Obb. [Apul. Met. X, p. 575], quo spectat *multimodis* Ald. Lugd., *multimodi* Laur. Prag. o, *multinodi* b i p q u cum relqq. scriptis et edd. 143. *congregati* W b u. 145. *Pallans* H. 150. *sordibus* Ald. Lugd. 151. *bullati* H Gold. b i Weitz. Obb.], *pullari* α u, *pullati* a o p q cum relqq. scriptis et edd. 152. *turma* Rat., *turba* om. 1 A; *sumi* α. 154. *Nigrante* supra *l ti* a. 156. *Chios* Gold. B H W (ad oram) Prag. Rat. b margo trium Sieb., *Choos* Prag. (in marg.) u, *Coo ... murice* et *Coos ... muricis* inv. Torrentius in suis, illud exh. 1 a, hoc 1 R. 158. *utiles* u. 160. *impeditos* 1 i Sieb. tres Fabr.

156. *Coa est insula, ubi optima purpura invenitur* gl. a. Tenuissimae vestes in Coo insula texebantur a poetis celebratae. Tyrius murex satis notus, Virg. Aen. IV, 262 ... *Tyrioque ardebat murice lana*, Coum muricem solus Prud. nobilitat.

nullus bibendi, nemo vescendi memor,
ieiuna mensas pubis omnis liquerat,
quin et negato lacte vagientium
fletu madescunt parvulorum cunulae,
sucum papillae parca nutrix derogat.
Greges et ipsos claudit armentalium
sollers virorum cura, ne vagum pecus
contingat ore rorulenta gramina,
potum strepentis neve fontis hauriant,
vacuis querelae personant praesepibus.
Mollitus his et talibus brevem Deus
iram refrenat temperans oraculum
prosper sinistrum, prona nam clementia
haud difficulter supplicem mortalium
solvit reatum fitque fautrix flentium.
Sed cur vetustae gentis exemplum loquor?
pridem caducis cum gravatus artubus
Iesus dicato corde ieiunaverit,
praenuncupatus ore qui prophetico
Emanuel est sive Nobiscum Deus.
Qui corpus istud molle naturaliter
captumque laxo sub voluptatum iugo
virtutis arta lege fecit liberum:
emancipator servientis plasmatis,
regnantis ante victor et cupidinis.
Inhospitali namque secretus loco
quinis diebus octies labentibus

162. *pubis omnis* utrobi supra ē α, *pubes* A N O R (non Laur.) a b i p q Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Heins. (qui quidem probat *pubis* in Put. et duobus Torr.) Arev. Brevis requiritur syllaba. Invertit *omnis pubes* o. 165. *derogat* B H (supra *denegat*) O P W Ambr. Put. T 1 rr. α a o p u Weitz. Heins. Cell. Arev., *devorat* A, *abnegat* minori charactere supra *derogat* q, *abnegat* N, *denegat* Laur. Prag. b i Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. 166. *et ipsum* u; *armentarium* O. 169. *hauriant* A O T schedae Lindenbrog. α (Cort. ad Lac. IV, 367) Ald. Lugd. Heins. Obb. [Cfr. Ps. 746. S. II, 302], *hauriat* Laur. a b i o p q u Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Cell. Arev. 173. *Propere* B (supra) Fabr. Gis., *Propere* supra *i prosper* q, „*Propter* habent nonnulli ueteres codices tanq. *propere* dicas" Sieb. II III in marg. (non Sieb. I); *iam* o, *nam prona clementia* p. 174. *supplicem* ex nostris etiam a p q, *supplicem* supra *u* i, *supplicum* B Gold. (supra) Prag. Rat. α b o u Gis. Arev. 180. *est* om. o. 181. *illud* Cham.; *naturaliter molle* R. 182. *lapso* R. 183. *alta* u. 184. *Ecmancipator* T.

180. *Emanuel*] Esai. 7, 14, Matth. 1, 23. 186 sqq. Matth. 4, 2.

nullam ciborum vindicavit gratiam,
firmans salubri scilicet ieiunio
vas adpetendis inbecillum gaudiis.
Miratus hostis, posse limum tabidum
tantum laboris sustinere ac perpeti,
explorat arte sciscitator callida,
deusne membris sit receptus terreis,
sed increpata fraude post tergum ruit.
Hoc nos sequamur quisque nunc pro viribus,
quod consecrati tu magister dogmatis
tuis dedisti Christe sectatoribus,
ut, cum vorandi vicerit libidinem,
late triumphet inperator spiritus.
Hoc est, quod atri livor hostis invidet,
mundi polique quod gubernator probat,
altaris aram quod facit placabilem,
quod dormientis excitat cordis fidem,
quod limat aegram pectoris rubiginem.
Perfusa non sic amne flamma extinguitur,
nec sic calente sole tabescunt nives,
ut turbidarum scabra culparum seges
vanescit almo trita sub ieiunio,
si blanda semper misceatur largitas.

188. *vendicavit* R i u Weitz. (non B) Cham. [Cfr. VIII, 13]. 191. *Miratur* α b o p Gis. Arev. 194. *Deus* absque *ne* 1 R. 196...200 des. in o. 197. *tum* A Ald. Lugd. 199. *vicerint* Heins. e sched. Ambr. vetustissimis (non Laur.) Cell. 203. *fecit* o. 205. *pectoris rubiginem* A fragmentum Ambr. o Cell. Obb., *pectorum rubiginem* Prag. (supra *corporis contagium*) ex nostris Laur. α a (ad oram) b i p u Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Heins. Arev., *corporis rubiginem* H, *corporis libidinem* E N 1 O P R (mg. A W) a q. 207. *Non* o; *calentes* u.

190. *vas*] I. Thess. 4, 4.

191. *limum tabidum*] alias *homo luteus*, ut III, 138.

203. *altaris aram*] ara sanctior augustiorque altaris pars Prudentio esse videtur. Cfr. P. X, 49, Petron. Sat. 135 *mensam veterem posuit in medio altari*. Gl. *planitiem* Isonis. De discrimine *altaris* et *aree* vid. Isid. Orig. XV, 4, Serv. ad Virg. Aen. II, 515, Schol. ad Luc. III, 404, p. 226 ed. Weber.

205. *limat*] *purgat, mundat* Iso. — *pectorum rubiginem*] *corporis contagia* gl. Prag.

210 sqq. Cfr. Hermae Past. Sim. V, 3 *Sic ergo facies. Peractis, quae supra scripta sunt, illo die, quo ieiunabis, nihil omnino gustabis nisi panem et aquam; et computata quantitate cibi, quem ceteris diebus comesturus eras, sumptum diei illius, quem facturus eras, repones, et dabis viduae, pupillo aut inopi; et sic consummabis humilitatem animae tuae, ut qui ex eo acceperit,*

Est quippe et illud grande virtutis genus
operire nudos, indigentis pascere,
opem benignam ferre supplicantibus,
unam paremque sortis humanae vicem
inter potentes atque egenos ducere.
Satis beatus quisque dextram porrigit,
laudis rapacem, prodigam pecuniae,
cuius sinistra dulce factum nesciat:
illum perennes protinus conplent opes,
ditatque fructus faenerantem centuplex.

## VIII. HYMNUS POST IEIUNIUM.

Christe servorum regimen tuorum,
mollibus qui nos moderans habenis
leniter frenas facilique septos
lege coerces:

212. *indigentis* 1 *α*, *indigentes* Laur. 2 *α* et reliqq. nostri scripti cum edd. [Cfr. Gell. Noct. Attic. XIII, 20]. 214. *partemque* 1 *α* o. 216. *quisquis* Gis.; *porriget* 1 b.

Inscriptio cod. b evanuit. 3. *Leviter* Prag. glossam sapit.

*satiet animam suam, et pro te adeat dominum deum oratio eius. Si igitur sic consummaveris ieiunium tuum, quemadmodum praecipio tibi, erit hostia tua accepta domino, et scribetur hoc ieiunium tuum.* Quibus addas ex cap. 1: *dico certe, inquit, non esse ieiunium hoc, quod putatis vos ieiunare; sed ego te doceho, quod sit ieiunium plenum acceptumque deo. Audi, inquit: dominus non desiderat tale ieiunium supervacuum; sic enim ieiunando nihil praestas aequitati. Ieiuna certe verum ieiunium tale. Nihil in vita tua nequiter facias; sed mente pura servi Deo, custodiens mandata eius, et in praecepta eius ingrediaris, neque admiseris desiderium nocens in animo tuo. Crede autem domino, si haec feceris, timoremque eius habueris, atque abstinueris ab omni negotio malo, deo te victurum. Haec si feceris, ieiunium magnum consummabis acceptumque domino.*

VIII. Sive ad quadragesimale (magnum) ieiunium hunc quoque hymnum refers, sive ad hebdomadalium ieiuniorum stationes, quae feria quarta et sexta fiebant, cave ne cum quibusdam interpretibus de ieiunio quadraginta dierum accipias. Arevalo poetae nostri ieiunium Pascha festum praecedens quadraginta horarum perdurasse videtur. [Cfr. Tertull. de ieiun. II, 13, 14, Iren. ap. Euseb. V, 24 *οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥρας ἡμερινάς τε καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσι τὴν νηστείαν* (al. *ἡμέραν*) *αὐτῶν*. Vid. Tertull. l. l. Clem. Alex. Strom. VII, p. 877 ed. Ox.]. Quae quidem ieiunia, praesertim hebdomadalia vel semiieiunia hora nona solvebantur. [Vid. v. 9, P. VI, 55, Epiphan. expos. fid. 22: *τετράδι δέ, καὶ ἐν προσαββάτῳ ἐν νηστείᾳ ἕως ὥρας ἐννάτης*]. Neque tamen infitias iverim, ieiunium quadragesimale quadraginta horis longius iam Prudentii tempore passim ex usu privato invaluisse. Etenim quaevis veterum Christianorum disciplina sensim sensimque ex primordiis crevit minutis levioribusque.

ipse cum portans onus inpeditum
corporis duros tuleris labores,
maior exemplis famulos remisso
dogmate palpas.
Nona submissum rotat hora solem
partibus vixdum tribus evolutis,
quarta devexo superest in axe
portio lucis.
Nos brevis voti dape vindicata
solvimus festum fruimurque mensis
adfatim plenis, quibus inbuatur
prona voluptas.
Tantus aeterni favor est magistri,
doctor indulgens ita nos amico
lactat hortatu, levis obsequela ut
mulceat artus.
Addit et, ne quis velit invenusto
sordidus cultu lacerare frontem,
sed decus vultus capitisque pexum
comat honorem.
Terge ieiunans, ait, omne corpus,
neve subducto faciem rubore
luteus tingat color aut notetur
pallor in ore.
Rectius laeto tegimus pudore,
quidquid ad cultum Patris exhibemus:

5. *cum portas* a, *comportans* R. [Cfr. VII, 103 *comminacem* u]. 6. *toleras*. 7. *famulis* A. 13. *vendicata* i u Weitz. (non B), *vendicatae* 1 Rat. [Cfr. VII, 188]. 16. *voluntas* H W supra. 19. *levi obsequella* W, *levis ut sequela* o, *obsequilla* 1 A E; *ut* ad seq. vers. trahunt p u. 21. *in vetusto* H supra alt. 22. *Sordibus* Gis. I; *cultum* Ald. Lugd. 23. *plexum* 2 Prag. 29. *letum* α.

8. *palpas*] *leviter tangis, leniter tractas, foves, blandiris* Iso.

9. *Nona*] Noctem in vigilias quatuor, diem a solis ortu ad occasum usque in quatuor partes dividebant, prima, tertia, sexta, nona hora singulas exordientes atque nuncupantes. *Nona* igitur hora est *secunda* post meridiem, inverno tempore *prima*. Vid. Gell. N. A. III, 2, Ideler. „Lehrbuch der Chronologie" tab. II.

14. *festum*] Vid. VII, 4.

16. *voluptas*] *Impleatur fames, quam evacuando sequitur voluptas, cum ipsa dolorem potius afferat* interp. Nebr. Hinc decora voluptas, ut εὐφροσύνη Act. 14, 17.

19. *lactat hortatu*] Cfr. A. 613 *lactantibus horis*, 711 *dogmate vesci*. — *levis*] Matth. 11, 29. De sqq. cfr. Matth. 6, 16. 17.

cernit occultum Deus et latentem
munere donat.
Ille ovem morbo residem gregique
perditam sano male dissipantem
vellus adfixis vepribus per hirtae
devia silvae.
Inpiger pastor revocat lupisque
gestat exclusis humeros gravatus,
inde purgatam revehens aprico
reddit ovili:
Reddit et pratis viridique campo,
vibrat inpexis ubi nulla lappis
spina, nec germen sudibus perarmat
carduus horrens:
Sed frequens palmis nemus et reflexa
vernat herbarum coma, tum perennis
gurgitem vivis vitreum fluentis
laurus obumbrat.
Hisce pro donis tibi, fide pastor,
servitus quaenam poterit rependi?
nulla conpensant pretium salutis
vota precantum.
Quamlibet spreto sine more pastu
sponte confectos tenuemus artus,
teque contemptis epulis rogemus
nocte dieque:
Vincitur semper minor obsequentum
cura, nec munus genitoris aequat,

31. *latentem* Laur. Prag. Rat. α b i o p u Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Heins. Arev., *latente* E N P a q, *patenti* Cell. ex Gronovii coniectura l. l. p. 59, unde *patente* ed. Obb. [sed. cfr. Matth. VI, 6, ubi post ἀποδώσει vocc. ἐν τῷ φανερῷ nec in antiquissimo cod. Vaticano N. T. 1209 leg.]. 34. *sano* 1 R T Put. Rat. 1 α b i Weitz. Heins. Cell. Arev. Obb., *sanat* Laur. 2 α a o p q u cum cett. Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. 35. *confixis* o, *adfixum* R p prob. Cauch., *affixit* Rat.; *hyrtae* Gold. B Weitz., *huius* Amstr. Obb. mendose.
38. *gravatos* E H o p u Ald. Lugd. 42. *in plexis* Ald. Lugd. [vid. supra 23], *implexis* Sieb. tres (*impexis* ad oram) Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. — Versuum ordo 42. 41. 43 R. 46. *comatum perhennem* supra *is* q; *dum* W; *pereuntis* Lugd. 47. *Gurgite* o; *vivi* Fabr. Gis.

31. Vid. varr. lectt.
42. *lappis*] Virg. Georg. I, 153 *subit aspera silva, lappaeque tribulique*, Ov. ex Pont. II, 1, 14, Plin. XVIII, 17.
46. *coma*] vid. III, 63.

frangit et cratem luteam laboris
grandior usus.
Ergo ne limum fragilem solutae
deserant vires et aquosus albis
humor in venis dominetur aegrum
corpus inervans,
laxus ac liber modus abstinendi
ponitur cunctis, neque nos severus
terror inpellit, sua quemque cogit
velle potestas.
Sufficit, quidquid facias, vocato
numinis nutu prius, inchoare,
sive tu mensam renuas cibumve
sumere temptes.
Adnuit dexter Deus et secundo
prosperat vultu, velut hoc salubre
fidimus nobis fore, quod dicatas
carpimus escas.
Sit bonum supplex precor et medelam
conferat membris animumque pascat
sparsus in venas cibus obsecrantum
christicolarum.

## IX. HYMNUS OMNIS HORAE.

Da puer plectrum, choreis ut canam fidelibus

59. *Frangit* supra *a* W i, *Frangat* Gold. b. 62. *ne aquosus* u. 64. *inervans* A l α, *innervans* Ambr. et vetustiores Heinss., *enervans* Laur. 2 α cum relqq. scriptis et edd., *inerrans* coni. Heins., *inermans* mallet Arev. 69. *facies* u. 70. *Nummis* Lugd. 71. *renues* W, *rennuis* b, *rennuas* q, *renues* sapra *a* o, *renoves* B Gold. unus Torr. margo trium Sieh. Gis. Weitz. Teol., *renovas* alius Torr. 1 i, *removes* . . . *temptas* coni. Heins.; *cibumque* T Ambr. Put. i Weitz. Heins. (non Cell.); vulg. *renuas cibumve* confirmat Laur. 77. *medullam* A, *medellam* α. 80. In fine *Amen* α u.

*Hymnus omnis horae* Ambr. Put. α Weitz. Heins. Cell., *Hymnus omni horae* a, *Hymnus omni hora* A B T Rat. b i Arev. Obb., *Hymnus in omni hora* u, *Omnibus horis* O, *Hymnus sempercanendus* R, *Hymnus ad omnes horas* Ald. Lugd., *Omni hora atque die. Hymnus IX* Fabr. Gis. Evanuit titulus in p, locus ei adscribendo relictus in q.

59. *cratem luteam*] „Corpus nostrum ex luto factum et instar cratis solubile nimius labor frangit et debilitat.“ *Cell.* Cfr. A. 891, Ov. Met. VIII, 806.

73. *Sic est ordo: Confidimus hoc nobis fore salubre, id est invocato nutu numinis in initio cuiusque rei, velut est salubre, quod carpimus destinatas escas* gl. a.

1. *plectrum*] *est instrumentum eburneum vel aereum, quo tangun-*

dulce carmen et melodum, gesta Christi insignia:
hunc camena nostra solum pangat, hunc laudet lyra.
Christus est, quem rex sacerdos adfuturum protinus
infulatus concinebat voce, chorda et tympano,
spiritum caelo influentem per medullas hauriens.
Facta nos et iam probata pangimus miracula,
testis est orbis, nec ipsa terra, quod vidit, negat,
cominus Deum docendis proditum mortalibus.
Corde natus ex parentis, ante mundi exordium
alpha et Ω cognominatus, ipse fons et clausula
omnium, quae sunt, fuerunt quaeque post futura sunt.
Ipse iussit et creata, dixit ipse, et facta sunt
terra, caelum, fossa ponti, trina rerum machina
quaeque in his vigent sub alto solis et lunae globo.
Corporis formam caduci, membra morti obnoxia
induit, ne gens periret primoplasti ex germine,
merserat quem lex profundo noxialis tartaro.
O beatus ortus ille, virgo cum puerpera
edidit nostram salutem feta sancto spiritu,
et puer redemptor orbis os sacratum protulit.

2. *a* (scribe saltem *ac*) a. 3. *pangit* A; *laude et* a. In A ibidem *Haec mihi dulcis canoro laudet lyra cantico.* 5. *corde* a b q; *et* om. Gold. u. 6. *fluent* R. 7. *Facta nos etiam* Ald., *Ficta nos et iam* emend. Ald. Lugd., *etiam* a Sieb. tres. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Obb. 8. *Testis est orbis* R Laur. α b i o p q Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev., *est* om. A a, *orbis est* Heins. Cell. Obb.; *terrae nec ipsa* a, *terra nec ipsa* H R q. 9. *docentis* 1 α, *docemus* o. 10. *fusus* Ambr. Spiegelius ex scheda Peutingeriana Heins. Cham. Cell. Teol. (non Laur.), *natus est ex* o; om. *ante* o. 11. *A et Ω* b i u, *Alpha et* o o, *Alfa et ω α*; *cognominatur* c b Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. (non E H) Chor. Poett. Amstr. 12. *Omnia* u. 14. *fossi* 2 α. 15. *lunare* u. 16. *mortali* A. 17. *protoplasti* R T2rr. Fabr. Spieg. Cell. (non Laur.). 18. *quem* A E B T Ambr. Put. Rat. α a o p Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Arev. Obb., *qua* q. *quam* R b i u Ald. Lugd. Weitz. Heins. Cham. Cell. 19. *partus ille* H Prag. u.

*tur cordae: hoc loco plectrum ponit pro verbis, quae formantur plectro linguae* gl. a.

4. *sacerdos*] *David, qui fuit sacerdos, quia ephod vestitus saltavit coram arca Dei* gl. a. Sunt, qui Melchisedecem intelligant. Sed et Helia propheta sacerdos dictus est VII, 27. siquidem quemcunque vatem significat. Vid. Hor. Od. III, 1, 3, Ov. Am. III, 8, 23.

5. *infulatus*] *infula est vestis sacerdotalis; proprie vero infula est redimiculum capitis, quo vitta ligabatur* gl. a.

10. *natus*] Qui *fusus* leg., interpretamentum *natus* censent. Ipsi poetae vb. *fundi* de partu feliciori perfamiliare. Vid. VII, 59, XII, 111.

11. Apoc. 21, 6.

Psallat altitudo caeli, psallite omnes angeli,
quidquid est virtutis usquam psallat in laudem Dei:
nulla linguarum silescat, vox et omnis consonet.
Ecce quem vates vetustis concinebant seculis,
quem prophetarum fideles paginae spoponderant,
emicat promissus olim: cuncta conlaudent eum.
Cantharis infusa lympha fit falernum nobile,
nuntiat vinum minister esse promptum ex hydria,
ipse rex sapore tinctis obstupescit poculis.
Membra morbis ulcerosa, viscerum putredines
mando, ut abluantur, inquit; fit ratum, quod iusserat,
turgidam cutem repurgant vulnerum piamina.
Tu perennibus tenebris iam sepulta lumina
inlinis limo salubri, sacri et oris nectare,
mox apertis hac medela lux reducta est orbibus.
Increpas ventum furentem, quod procellis tristibus
vertat aequor fundo ab imo, vexet et vagam ratem:
ille iussis obsecundat, mitis unda sternitur.
Extimum vestis sacratae furtim mulier attigit,
protinus salus secuta est, ora pallor deserit,
sistitur rivus, cruore qui fluebat perpeti.

22. *psallite* 2 A T Ambr. Put. T1rr. α Heins. Cell. Arev. Obb., *psallat omnis angelus* coni. Meyerus (ap. Heins.) Fabr. Spieg., *psallant* a b i o p q u cum relqq. scriptis Weitz. Chor. Poett., *psallant te* Ald. Lugd. Sieb. tres Amstr., *angeli* om. A. 23. om. *virtutis* o. 24. *et* exc. o. 25. *concinebat* T 1 i, *praecinebat* R, *praecinebant* T2rr. 26. *sponderant* α. 27. *collaudant* R, *conlaudant* o p q; subinde *Deum* T1rr. 28. *lymfa* Weitz. (non B Gold.). 29. *Nuntias* T, *Nuntia* Lugd.; *sumtum* Ambr.; *Ydria* Weitz. ex Gold. 30. *colore* scribi vult Arev. [Cfr. tamen Sedul. III, 4]. 32. *Mando quae* o; *abluentur* A, *ambluantur* u. 33. *Turgitum* u; *repurgat* A. 34. *Tum* o. 35. om *et* u [Cfr. A. 675 sqq.]. 36. *cordibus* o. 37. *Increpans* A H p q u, *Increpat* R; *quid* 1 α. 38. *Verrat* Fabr. quod procul dubio fuit in H; *summo ab* A E, *summo* supra *t fundo* a, *fundo* b (sed sine *summum* in marg. ut Arev. et heic hallucinatur) cum relqq. scriptis et edd.; *vetet* 1 α; om. *et* 1 i o p. 40. *forte* metri causa coni. Georg. Remus [Sed. cfr. infra 72]. 42. *perpetim* Davr.

25. *concinebant*] de consensu. Act. 10, 43 *Τούτῳ πάντες οἱ προφῆται μαρτυροῦσιν.*

30. Triclinio praefectus, *Ἀρχιτρίκλινος* Io. 2, 8.

31. Leprosus sanatus et ad sacerdotes missus Matth. 8, 4.

33. *piamina*] munera, sacrificia e Moysis praeceptis sanato solvenda.

37. Luc. 8, 24.

39. *mitis*] Cfr. VII, 78 *pulcrum splendeat*, — *sternitur*] Virg. Aen. V, 762, *deferbuit mare* Gell. N. A. XIX, 1, 7, Iustin. II, 10, 14.

40. *mulier*] Cfr. Matth. 9, 20, et ad seqq. Luc. 8, 50, Io. 11, 15, Matth. 14, 17.

Exitu dulcis iuventae raptum ephebum viderat,
orba quem mater supremis funerabat fletibus:
surge, dixit: ille surgit, matri et adstans redditur.
Sole iam quarto carentem, iam sepulcro absconditum
Lazarum iubet vigere reddito spiramine:
foetidum iecur reductus rursus intrat halitus.
Ambulat per stagna ponti, summa calcat fluctuum,
mobilis liquor profundi pendulam praestat viam,
nec fatiscit unda sanctis pressa sub vestigiis.
Suetus antro bustuali sub catenis frendere,
mentis inpos efferatis percitus furoribus
prosilit ruitque supplex, Christum adesse ut senserat.
Pulsa pestis lubricorum milleformis daemonum
conripit gregis suilli sordida spurcamina,
seque nigris mergit undis et pecus lymphaticum.
Quinque panibus peresis et gemellis piscibus
adfatim refecta iam sunt adcubantum milia,
fertque qualus ter quaternus ferculorum fragmina.
Tu cibus panisque noster, tu perennis suavitas,
nescit esurire in aevum, qui tuam sumit dapem,

44. *quam* coni. aliquis ap. Arev. 45. *constans* o, *stans* Ald. Lugd. (non Rat.), *stansque matri redditur* versus cadit in u. 46. des. in o. 51. *fatescit* A α. 52. *bustiali* Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. 53. *inops* o Spieg. Cham. 55. *mille formis* o p q, *milliformis* Put. Heins. Cham. (non Cell.), [cfr. A. 195 *caniformis*]. 56. *suilla* l α. 57. *et* A N T Put. 1 α a q Heins. Obb., *ut* O R Altin. Rat. (ap. Mar.) 2 α o p Ald. Lugd. Sieb. tres Chor. Poett. Cell., *At* Laur. Prag. b i u Fabr. Gis. Weitz. Amstr. Arev. 58. Is versuum ordo est A R (?) a o p Davr. Gis. Amstr. Obb., 60. 58. 59 Weitz., 60. 59. 58 R (?) E H T W Ambr. Put. α b i q u Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Spieg. Chor. Poett. Arev., 58. 60. 59 Heins. Cell. 59. *refecta* N Altin. Ambr. Davr. Heins. Cham. Cell. Teol. [A. 720. P X. 740], *referta* nostri codd. cum relqq. edd., *adcubentum* O Put., *accumbentum* Ald. Lugd. 60. Ita edidi cum R Prag. a i p Davr. Gis. Teol., *Fert que* (*Ferta que* man. sec.) *casus ter quaternus* o, *Fertque qualis ter quaternis* Ald. Lugd. Amstr. Obb., *Fertaeque* A E, *Ferta* H, *Ferte qualis ter quaternis* supra *u . . . u α*, *Ferte qualis ter quaternis* B W Laur. b q u Weitz. Heins. Cell. Arev., eo tendit *Fert qualis ter quaternis* seqq. trium Sieb. Chor. Poett., *Fert ter in qualis quaternis* Fabr. leg. contendit ex antiquis codd. 61. *et perennis* Ambr.

52. *bustuali*] Marc. 5, 3 ἐν τοῖς μνήμασι (al. μνημείοις), Sidon. 3, ep. 12 *Campus refertus bustualibus favillis.* Bustum, ubi cadaver sepelitur, aut combusti reponitur cinis. Vid. Elmenhorst. ad Arnob. I, p. 22, VII, p. 222.

57. *pecus lymphaticum*] pisces. D. 144, Matth. 8, 32, Clem. Rom. Hom. XIX, 14.

58. D. 145, Marc. 8, 1.

61. Io. 6, 51, 56, 59. Cfr. III, 11.

nec lacunam ventris inplet, sed fovet vitalia.
Clausus aurium meatus et sonorum nescius
purgat ad praecepta Christi crassa quaeque obstacula,
vocibus capax fruendis ac susurris pervius.
Omnis aegritudo cedit, languor omnis pellitur,
lingua fatur, quam veterna vinxerant silentia,
gestat et suum per urbem laetus aeger lectulum.
Quin et ipsum, ne salutis inferi expertes forent,
tartarum benignus intrat, fracta cedit ianua,
vectibus cadit revulsis cardo indissolubilis.
Illa prompta ad inruentes, ad revertentes tenax,
obice extrorsum repulso porta reddit mortuos:
lege versa et limen atrum iam recalcandum patet.
Sed Deus dum luce fulva mortis antra inluminat,
dum stupentibus tenebris candidum praestat diem,
Tristia squalentis aethrae palluerunt sidera.
Soi refugit et lugubri sordidus ferrugine
igneum reliquit axem seque maerens abdidit:
fertur horruisse mundus noctis aeternae chaos.
Solve vocem mens sonoram, solve linguam mobilem,

65. *crassa* ad oram *al clausa* α, *crassa* supra *t clausa* a, *clausa* Put. N O q. 67. *impellitur* o. 68. *veterno* coni. Arev. 69. *orbem* H W (supra) Gold. (supra) a 1 i o. 70. *Quin et ipsi ne salutis inferi expertes forent, Tartara benignus intrat* Prag. 71. *benignis* 1 i; *facta* A Brev. Mozarab.; *caedit* α. 72. *indissolubilis* A E N O R Altin. Laur. 2 α a b o p q u Ald. Lugd. Obb. [V, 40, 59], *dissolubilis* Prag. Rat. 1 α i Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev. 74. *introrsum* Laur. u; *repulso* Put. (prob. Torrent.) α (ad oram) Amstr. Heins. Cell. Obb., *recluso* A Laur. b i o p q u margo trium Sieb. Fabr. Gis. Spieg. Weitz. Arev., Gram. ap. Haupt. (Ovid. Halieut. etc.) p. 91, *recluso* mutatum *reclusa* cum gl. *repulsa* a, *reclusa* T α in textu, *exluso* O R. Aldus evulgaverat *obice retrorsum repulso*, corr. *obice retrorsum pulso*, quod expr. Lugd. Sieb. tres Chor. Poett.; *mortuos* om. p. 75. *et* Laur. Prag. Rat. α a b i o p q u Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett. Cell. Obb., om. *et* Gis. Amstr. Heins. Arev. 76. *furva* coni. Heins. ad *antra* referens [Heins. ad Ov. Met. III. 273. V, 541. Sil. It. VII, 683, ib. Drakenb.]; *antrum* Prag. 78. *pallentis* u. 79. *sordibus* 1 α margo trium Sieb. Chor. Poett.; *ferrigine* 1 α. 80. *Ignem* Lugd. 82. *mens sonoram* R Laur. u Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev. Obb., *messonoram* 1 α, *mens sonora* A O

63. *vitalia*] quae ad vitam aeternam spectant.
67. Matth. 15, 30.
70. *Quin et*] Arator. I, 120 *dignatus et* [*Christus*] *ima tangeret inferni non linquens ardua caeli,* Sedul. II, 213 *Vectus in extremae descendit humillima terrae Inferiora petens sed non excelsa relinquens.*
73. Cfr. III, 199.
79. *ferrugine*] *ferrugo est purpura Hispanica nigri coloris* gl. a.

dic tropaeum passionis, dic triumphalem crucem,
pange vexillum, notatis quod refulget frontibus.
O novum caede stupenda vulneris miraculum!
hinc cruoris fluxit unda, lympha parte ex altera:
lympha nempe dat lavacrum, tum corona ex sanguine est.
Vidit anguis inmolatam corporis sacri hostiam,
vidit et fellis perusti mox venenum perdidit,
saucius dolore multo colla fractus sibilat.
Quid tibi, profane serpens, profuit, rebus novis
plasma primum perculisse versipelli hortamine?
diluit culpam recepto forma mortalis Deo.
Ad brevem se mortis usum dux salutis dedidit,
mortuos olim sepultos ut redire insuesceret,
dissolutis pristinorum vinculis peccaminum.
Tunc patres sanctique multi conditorem praevium
iam revertentem secuti tertio demum die
carnis indumenta sumunt, eque bustis prodeunt.
Cerneres coire membra de favillis aridis,
frigidum venis resumptis pulverem tepescere,
ossa, nervos et medullas glutino cutis tegi.

Put. Rat. 2 α a b i o p Weitz., *mens voce sonora* q, *voce...sonora* coni. Heins.; *lingua mobili* aut *mobilis* coni. Arev. 83. *His tr.* o. 84. *vexilum* H; *fontibus* o. 85. *caede* A E H N O R T Laur. Put. α a o p q u Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Arev. Obb. [de positione cfr. S. I, 54], *caedes* Ambr. Heins. Cell., *caedis stupendae* Prag. Rat. b i margo trium Sieb. Weitz., *instupenda* A T T2rr., *facenda* (sic) *stupenda* o. 86, *Hic* 1 i. 87. *culpe dat* o; *cum corona* e; om. *est* Rat. 90. *dolet ore multo* o; *sibilat* A B 2 W Laur. Prag. α a l b o q Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Obb., *sibila* l W Gold. Put. Rat. i p u Iso Weitz. Heins. Cell. Arev. 92. *pertulisse* e; *hortamine* A E P R Laur. Prag. b i o p q u margo trium Sieb. Gis. (ad oram) Weitz. Obb., *hortamine* ad oram *al. astutia* α, *hortamine* supra *l astutia* a, *astutia* O P (ad oram) Put. Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev. 93. *Deluit* R a q u, *Deleuit* o; *recepta* Fabr. Gis. 94. *dedit* q, *reddidit* H 1 W Gold. b, *obtulit* Spieg. 95. *Mortuosque* Ald. Lugd. Sieb. tres Chor. Poett. Amstr.; *suesceret* 1 i. 96. *Desolutis* o. 97. *Hunc* B Altin. p Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr., *Tunc patres sancti quem ultima virorum condidit* A E P (in marg. alt.) q; *quam* R. 98. *sicuti* o. 99. *sumit* e; *deque* Fabr. Gis. 102. *et* A E H R α a o Heins. Cham. Obb., *ac* reliqq. nostri scripti (et Laur.) cum edd. et Cell.

84. Silbert vertit: *Sieh! des Kreuzes Fahne wehet, seine Aeste glänzen hehr!*

86. *hinc*] P. VIII, 15, D. 165, Io. 19, 34, quae vbb. Prud. poetice interpretatur.

90. Virg. Georg. III, 421.

91. *rebus novis*] ut rebus novis studeret rebelle.

Post, ut occasum resolvit vitae et hominem reddidit,
arduum tribunal alti victor adscendit Patris
inclitam caelo reportans passionis gloriam.
Macte iudex mortuorum, macte rex viventium,
dexter in parentis arce qui cluis virtutibus
omnium venturus inde iustus ultor criminum.
Te senes et te iuventus, parvulorum te chorus,
turba matrum virginumque simplices puellulae
voce concordes pudicis perstrepant concentibus.
Fluminum lapsus et undae, littorum crepidines,
imber, aestus, nix, pruina, silva et aura, nox, dies,
omnibus te concelebrent seculorum seculis.

## X. HYMNUS AD EXEQUIAS DEFUNCTI.

Deus ignee fons animarum,
duo qui socians elementa
vivum simul ac moribundum
hominem Pater effigiasti:

105. *Inclitum* o, *Inditam* Rat.; *gloria* o. 107. *quiduis virtutibus* Sieb. tres, pristino Ald. errore, quem quidem correxit, repetito. 110. *martirum* 1 Rat. 111. *pudicis* 1 α; *perstrepunt* H W (supra) Ambr. Gold. b i Ald. Lugd., *praestrepant* E a; *concentus* q. 113. *et arva* W Prag. Rat.; *aura, silua* omisso *et* transp. Fabr. Gis.

Inscriptionem expressi duce cod. p, ubi *Hymnus ad exequias mortuorum, H. circa exequias defuncti* P T Put. Rat. α a i Heins. Cell. Arev., *H. circa exequias defunctorum* O R b Weitz., *H. circa exequias mortuorum* u, *Ad defunctorum exequias* Fabr. Gis., *H. in exequiis defunctorum* Ald. Lugd. Sieb. tres Chor. Poett. Amstr. Obb. Spatium titulo apponendo vacuum in q. 3. *Vividum* 1 W Gold. Prag. Rat. b 2 i o Weitz.

103. *occasum resolvit*] *mortem* Iso, *mortem dissipavit* Nebr.
105. *caelo*] Virg. Aen. V, 451 *It clamor caelo.*
107. *cluis*] Cfr. IV, 37.
112. Psalm. 148.

X. „Hunc hymnum inde a vs. 117 ...120, 33...37, 121...128 ab omnibus, qui religionem christianam confitentur, praesertim post Lutherum in honorem defunctorum cantatum et in multas linguas translatum esse satis constat, vid. Rambach. Anthologie christl. Gesänge aus der alten und mittlern Zeit. (Altona u. Leipz. 1817.) p. 76, Augusti l. l. V, p. 303, „Predigten des schwed. Bischoffs Wallin, übers. v. Rothlieb" (Berlin 1835.) p. 243, Björn. Hymni vett. pp. christ. p. 144, ubi danicum carmen *Med sorgen og klagen* etc. cum hoc comparat. — De antiquis in exequiis Christianorum hymnis vid. Constitt. Apost. VI, 30: *Mortuos cum psalmis* deducite, Herald. ad Arnob. p. 152, Bingham. l. l. X, p. 54." *Obb.* Inter nostros Nic. Hermann († 1561) hymnum optime vertit: *Hört auf mit Trauern und Klagen* (v. 117 *Iam maesta quiesce querela* sqq.). Eu versio ab ecclesia recepta perdiu inter hymnos sepulcrales longe celeberrima fuit.

Tua sunt, tua rector utraque,
tibi copula iungitur horum,
tibi, dum vegetata cohaerent,
et spiritus et caro servit.
Rescissa sed ista seorsum
solvunt hominem perimuntque,
humus excipit arida corpus,
animae rapit aura liquorem.
Quia cuncta creata necesse est
labefacta senescere tandem,
conpactaque dissociari,
et dissona texta retexi.
Hanc tu, Deus optime, mortem
famulis abolere paratus
iter inviolabile monstras,
quo perdita membra resurgant:
Ut, dum generosa caducis

5. *recta* Sieb. tres Chor. Poett. 7. *cohaerentur* q. 8. Sic Laur. Put. α Heins. Cell. Arev. Obb., *Et spiritus et caro vivit* u, *Spiritus simul et caro servit* B P W (supra) p q, *Spiritus simul et caro vivit* a b i o Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett., *Animus simul, et caro vivit* Gis. Amstr., *Flatus simul* coni. Cauch. [Cfr. Sedul. hymn. I, 110. Fabric. comment. ad poet. christ. p. 125]. 9...16. ita ordinant A α a p q Ald. Lugd. Gis. Amstr. Heins. Cell. Arev. Obb., *Resoluta* (*Rescissa* u) *sed ista seorsum Proprios revocantur in ortus, Petit halitus aera* (*aethera* u) *fervens: Humus excipit arida* (*aere* supra *i arida* a) *corpus. Sic* (*Quia* R et pro var. lect. p.) *cuncta errata necesse est Obitum tolerare supremum, Ut semina dissociata Sibi sumat origo resorbens* Put. R (mg. A) marg. a marg. p u, utramque lectionem coniungunt Ambr. Rat. b i Weitz. levibus mendis additis. Sed notaverim lectionem cod. i *Recisa sed ista seorsum. Proprios reuocantur in ortus Petit halitus aethera feruens. Humus excipit arida corpus Sic cuncta creata necesse est Obitum tolerare supremum* (supra man. sec. *extremum*) *Ut semina dissociata sibimet. Sumat origo resorbens. Rescissa* (in fine subnotatum man. sec. *oluta*) *sed ista seorsum Soluunt hominem perimuntque* cett., *Rescissa sed ista seorsum, Proprios revocantur in ortus, Petit alter aethera fervens, Humus excipit arida corpus. Rescissa sed ista seorsum Solvunt hominum, perimuntque, Humus excipit arida corpus, Animae rapit aura liquorem. Quid cuncta* cett. Sieb. tres Fabr. Chor. Poett. Quae ordinandi discrepantia ex duplice primaeva carminis editione provenisse videtur. 11. *excidit* a. 14. *Obitum tolerare supremum* pro div. lect. marg. a, *Tabefacta* Sieb. tres Fabr. Chor. Poett. 16. *Ut* l i margo trium Sieb. 17. *Hoc* o. 19. *monstrans* A E O Laur. Put. u Ald. Lugd. Sieb. tres Obb., qui cum Cell. minori interpunctione hanc stropham separat ab subsequenti, *monstra* R.

16. *dissona*] *id est discordantia: dissona ideo dixit, quia quattuor humores, quibus corpus et anima constant, invicem contrarii sunt sibi sicut humidus et siccus, calidus et frigidus* gl. a.

21. *generosa caducis*] Corpore spiritus.

ceu carcere clausa ligantur,
pars illa potentior extet,
quae germen ab aethere traxit.
Si terrea forte voluntas
luteum sapit et grave captat,
animus quoque pondere victus
sequitur sua membra deorsum.
At si generis memor ignis
contagia pigra recuset,
vehit hospita viscera secum
pariterque reportat ad astra.
Nam quod requiescere corpus
vacuum sine mente videmus,
spatium breve restat, ut alti
repetat conlegia sensus.
Venient cito secula, cum iam
socius calor ossa revisat
animataque sanguine vivo
habitacula pristina gestet.
Quae pigra cadavera pridem
tumulis putrefacta iacebant,
volucres rapientur in auras
animas comitata priores.
Hinc maxima cura sepulcris
inpenditur, hinc resolutos
honor ultimus accipit artus
et funeris ambitus ornat.
Candore nitentia claro
praetendere lintea mos est,

25. *voluptas* o. 29. *ignis* A Laur. Put. *a* a (cum gl. *anima, quae igneae est naturae*) b i (supra *anima*) o p u Ald. Lugd. Sieh. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Obb., *ignei* N R T1 rr. sched. Graev. q Heins. Cell. Arev., *igneoli* O. 30. *pigra* A E H N O P R Laur. Put. *α* (pro div. script. ad oram) a b i p q u Fabr. Weitz. Heins. Cell. Arev. Obb. [Claud. in Eutrop. I, 489], *nigra α* (in textu) o Ald. Lugd. Sieh. tres Gis. Chor. Poett. Amstr. Cham. [A. 1030. H. 357]. 31. *Vegit* p.
44. *Animas comitata cura sepulchris* o, ubi versus subsequens des.
45. *Hic* 1 i. 46. *hic* 1 i. 50. *lutea* 1 *α*.

37. *Resurrectionis terminus, cum numerus electorum fuerit impletus* gl. a.
48. *ambitus*] Ad eam exequiarum pompae (Chrysost. Homil. ad Antioch. III, 12, Kirchmann. de funebr. p. 94) partem refero, quae defuncti comitatum, per plateas viasque usque ad Catacumbas inque iis ipsis processione longe pertracta, parentibus atque amicis agmini intervenientibus Prudentii aevo splendidissimum reddebat.

adspersaque myrrha Sabaeo
corpus medicamine servat.
Quidnam sibi saxa cavata,
quid pulcra volunt monumenta,
nisi quod res creditur illis
non mortua, sed data sompno?
Hoc provida Christicolarum
pietas studet, utpote credens
fore protinus omnia viva,
quae nunc gelidus sopor urget.
Qui iacta cadavera passim
miserans tegit aggere terrae,
opus exhibet ille benignum
Christo pius omnipotenti:
Quia lex eadem monet omnes
gemitum dare sorte sub una,
cognataque funera nobis
aliena in morte dolere.
Sancti sator ille Tobiae,
sacer ac venerabilis heros,
dapibus iam rite paratis
ius praetulit exequiarum.
Iam stantibus ille ministris
cyathos et fercula liquit,
studioque accinctus humandi
fleto dedit ossa sepulcro.

51. *Aspersa quae* α, om. *que* o. 54. *plura* o. 55. *Res quod nisi* Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Chor. Poett. Cell. Teol. 60. *arcet* B (non Laur.) W (supra *urguet*) Gold. Rat. b i margo trium Sieb. (supra *t urgut*) Weitz. (non E P). [Cfr. Hor. Od. I, 24, 7]. 63. *exibit* 1 i, *exibet* e. 64. *prius* 1 A E R o Ald. Lugd. (non Fabr.), *prius* supra *t pius* a. 65. *Quin* a i u (non Laur.) Amstr. Heins. Cell. Arev. 66. *forte subuna* Ald., *sorte sublima* mutavit Ald. Lugd. 67. *munera* 1 A E et supra W, *munera* supra *t funera* a [Cfr. Catull. 101, 8 *Tristi munere ad inferias*]. 69. *sator* supra *pater* b. 74. *Ciatos* H W Weitz.; *ac* a. 76. *Fleto* A E H O P R Laur. Put. duo alii Heins. 2 α a o q u Ald. Lugd. Heins. Cell. Arev. Obb., *Fletu* B H (supra) Rat. 1 α Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett., *Fleta* W Gold. b i (cum gl. *plorata*, *lamentata*) p Weitz. Amstr., *Fletum* T.

51. *Sabaeo-medicamine*] *ture lse.*

56. *somno*] Cic. Tusc. Quaest. I, 22 *caerimoniis sepulcrorum* ait *intelligi, excessu vitae non sic deleri hominem, ut funditus interiret.*

60. *urget*] Hor. Od. I, 24 *Ergo Quinctilium perpetuus sopor Urget!* Cfr. Lact. VI, 12.

Veniunt mox praemia caelo
pretiumque rependitur ingens,
nam lumina nescia solis
Deus inlita felle serenat.
Iam tunc docuit Pater orbis,
quam sit rationis egenis
mordax et amara medela,
cum lux animum nova vexat.
Docuit quoque non prius ullum
caelestia cernere regna,
quam nocte et vulnere tristi
toleraverit aspera mundi.
Mors ipsa beatior inde est,
quod per cruciamina leti
via panditur ardua iustis
et ad astra doloribus itur.
Sic corpora mortificata
redeunt melioribus annis,
nec post obitum recalescens
conpago fatiscere novit.
Haec, quae modo pallida tabo
color albidus inficit ora,
tunc flore venustior omni
sanguis cute tinget amoena.
Iam nulla deinde senectus
frontis decus invida carpet,
macies neque sicca lacertos
suco tenuabit adeso.
Morbus quoque pestifer, artus
qui nunc populatur anhelos,
sua tunc tormenta resudans

78. *Premiumque* A. 82. *egenus* A (non Laur.), *egena* Prag. Rat. b i Iso Sieb. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett. 84. *animum* Laur. α a b i o p q u Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cham. Cell. Obb., *animam* Arev. 86. *scandere regna* T 2 rr. [Vid. XII, 88]. 88. *Toleravit* o. 90. *Cum* o; *mundi* H supra. 92. *Ut* o. 95. *Nec opus* o. 96. *fatescere* 1 α p. Weitz. 100. *tinguet* α a b o p, *tingit* 1 i, Iso quoque praes. legisse videtur. 101. *Iam* 1 A P R T W Laur. Put. alii duo Heinss. α a b i o p q u Ald. Lugd. Heins. Cell. Arev. Obb., *Nam* Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. 102. *carpit* 1 i. 104. *abeso* H (supra) Weitz. 106. *anhelo* Lugd. 107. *Qua* p; *nunc* Ald. Lugd.

107. Morbi cum hoste comparatio, qui cum carnem adfixerit, iusto tempore ipse poenas dabit.

luet inter vincula mille.
Hunc eminus aere ab alto
victrix caro iamque perennis
cernet sine fine gementem,
quos moverat ipse dolores.
Quid turba superstes inepta
clangens ululamina miscet,
cur tam bene condita iura
luctu dolor arguit amens?
Iam maesta quiesce querela,
lacrimas suspendite matres,
nullus sua pignora plangat,
mors haec reparatio vitae est.
Sic semina sicca virescunt
iam mortua iamque sepulta,
quae reddita caespite ab imo
veteres meditantur aristas.
Nunc suscipe terra fovendum,
gremioque hunc concipe molli:
hominis tibi membra sequestro
generosa et fragmina credo,
Animae fuit haec domus olim
factoris ab ore creatae,

108. *Luat* 1 α, *Lucet* o Ald. Lugd. Sieb. tres Chor. Poett. 109. *aethere* u. 112. *ipsa* 2 Put. 114. *Plangens* Fabr. 115. *iam* A E α (pro var. lect. ad oram) i o p q. 118. om. R. 119. *pignora* α a b 2 i o q u Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Cell. Arev., *pignera* A semper Rat. ap. Mar. 1 i p Weitz. Heins. Obb. 120. om. *est* o. 124. om. R. 125. *Hunc* Rat.; *favendum* E o. 126. *Gremiumque* 1 A; *nunc* Prag. 127. *Nominis* q Ald. Lugd.; *sequestrae* coni. Heins. 130. *Cui nobilis ex patre fons est* O Put. sched. Graev. Cauchii et pro div. script. margo codd. A a p, utrumque vers. exhibent H N.

109. *aere ab alto*] Ov. Met. I, 27, 28.

113. *Quid turba superstes*] Cham. recte praeficas intelligit, etsi de quorumlibet lacrimis locus explicari possit: id quod Arevalo unice rectum videtur. Equidem cum Obb. *inepta ululamina* ad solas mulieres refero, quae mortuum lugubri carmine prosequebantur, et *matres* et *pignora* (liberos) proprie dicta puto. Cfr. Tac. Ann. XV, 57 *cum ingenui et viri et equites Romani senatoresque intacti tormentis carissima suorum quisque pignorum proderent*, Quinct. Instit. VI, 1, 24.

115. *bene condita iura*] divinitus ita ordinatum, ut mors ianua sit vitae. Vid. supra 89...92.

116. *dolor . . . amens*] Vix alias tangere vult quam praeficas.

127. *sequestro*] Tertull. de resurr. carn. *Proinde enim et corpora medicata condimentis sepulturae mausoleis et monumentis sequestrantur* i. e commendantur, deponuntur.

fervens habitavit in istis
sapientia principe Christo.
Tu depositum tege corpus,
non inmemor ille requiret
sua munera fictor et auctor
propriique aenigmata vultus.
Veniant modo tempora iusta,
cum spem Deus inpleat omnem:
reddas patefacta necesse est,
qualem tibi trado figuram.
Non, si cariosa vetustas
dissolverit ossa favillis,
fueritque ciniculus arens
minimi mensura pugilli:
Nec, si vaga flamina et aurae
vacuum per inane volantes
tulerint cum pulvere nervos,
hominem periisse licebit.
Sed dum resolubile corpus
revocas, Deus, atque reformas,
quanam regione iubebis
animam requiescere puram?
Gremio senis addita sancti
recubabit, ut est Eleazar,

134. *illa* Put. Heins. Cell. Cham. Teol.; *requirit* b. 135. *fuctor* H (supra alt.) R; *actor* o. 136. *scemata* suspicatur Nebr. def. Cham. [Cfr. P. II, 118 et forte I. Cor. 13, 12]. 137. *Veniunt* Gold. (supra *venient*) R 1 i, *Venient* W b (non Laur.) 145. *flammina* q, *flumina* B R u Sieb. tres Gis. l Fabr. Chor. Poett. Amstr., *Nec si flamma vaga* Prag. 148. *perisse* A H R W a 1 i o p q. 151. *regine* c. 153. *addita* A B P Put. *a* b o p q Heins. Cham. Cell. Obb., *abdita* R Laur. a i u Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev. 154. *ubi est Eleazar* Gis., *ut illi Lazari* Put. i (non Laur.) Weitz. (non B 1 W) Heins. Cell. contra metrum. [Cfr. IX, 47. A. 743].

136. *aenigmata*] *aenigma* rei ignotae imago. I. Cor. 13, 12. Gl. a: *enigma in hoc loco pro imagine ponitur, ut hoc, quod nunc contemplamur in spe, percipiamus in re.*

141. *cariosa vetustas*] Ov. Amor. I, 12, 29 *cariosa senectus.*

146. *inane*] *vacuum aerem* Iso. Venti per vacuum aerem flantes cineresque dispergentes. Virg. ecl. VI, 31 *magnum inane.*

148. *Quia non periit humanum corpus, quod in integrum resurgat, etiamsi in tantum putrefactum fuerit, ut pugillus cineris remanserit, vel etiam si mare illud absorbuerit, aut etiam per auras resparsum fuerit* gl. a.

150. *revocas*] *de corruptione ad incorruptionem* gl. a.

154. *Eleazar*] Luc. 16, 22.

quem floribus undique septum
dives procul adspicit ardens.
Sequimur tua dicta redemptor,
quibus atra morte triumphans
tua per vestigia mandas
socium crucis ire latronem.
Patet ecce fidelibus ampli
via lucida iam paradisi,
licet et nemus illud adire,
homini quod ademerat anguis.
Illic precor, optime ductor,
famulam tibi praecipe mentem
genitali in sede sacrari,
quam liquerat exul et errans.
Nos tecta fovebimus ossa
violis et fronde frequenti,
titulumque et frigida saxa
liquido spargemus odore.

155. *foribus* A. 158. Ita A B E N O R Laur. i o p q a Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Chor. Poett. Amstr. Obb., *atrae* corr. *atra* α, *atra* supra *e* indutum a, *atrae* mutatum *atra e* b, *atra e* cett. Gis. Weitz. Heins. Cell. Arev.; *triumphus* Rat. 159. *mandans* O 1 b. 163. 164. *Licet et nemus illud adire Hominem. quod ademerat anguis* Rat. 165. *Illinc* o, *Illud* u Ald. Lugd. Sieb. tres Gis. l Chor. Poett.; *obtime* i; *luctor* q. 170. *frequente* Obb. (e codd.?), *sequenti* Fabr. Gis., *recenti* coni. Burm. ad Anthol. l. p. 733. 172. *odore* supra *ł adore* α, *adore* O (in marg.) R (ap. Heins., non ap. Obb.) Altin. q. — *Finit liber primus Ymnorum. Incipit liber Secundus Peristephathon.* (sic). [subsequitur Hymnus in mart. duorum Calagurr.] b, *Finit liber primus de Ymnis. Incipit liber II. Peristephanon* [primus est Hymnus *In honore martyrum Emeterii et Cheledonii Calagurritanorum.*] i. Hymn. XI et XII in N R a b i m q (des. in o p) passionem Romani martyris sequuntur librum Peristephanon claudentes. Iam pridem ii a libro Cathemerinon separati fuisse videntur, propterea quod in certum quendam atque fixum terminum compositi potius ad illos pertinere videbantur, quos ad dies natales martyrum celebrandos canebant.

167. *genitali in sede*] unde genesis ortusque fuit.

170. *violis*] Suet. Octav. Aug. 18 *Per idem tempus conditorium et corpus Magni Alexandri cum prolatum e penetrali subiecisset oculis, corona aurea imposita ac floribus adspersis veneratus est.* Non ita Christiani primaevi, vid. Min. Fel. XII, 6 *non corpus odoribus honestatis . . . coronas etiam sepulcris denegatis*, Iustin. Mart. Apol. II, p. 86, ed. Col. Sed postea antiquorum praevaluit mos, vid. Hieron. Ep. XXVI ad Pammach. 2 *Ceteri mariti super tumulos coniugum spargunt violas, rosas, lilia*, Baron. Annal. Tom. I, p. 238, Bingham. l. l. X. p. 76, Kirchm. p. 379.

171. *frigida saxa*] P. XI, 9 *muta marmora.*

## XI. HYMNUS VIII KALENDAS IANUARIAS.

Quid est, quod artum circulum
sol iam recurrens deserit?
Christusne terris nascitur,
qui lucis auget tramitem?
Heu quam fugacem gratiam
festina volvebat dies,
quam pene subductam facem
sensim recisa extinxerat!
Caelum nitescat laetius,

Inscriptionem expressi cum A O Put. *a b i m* Ald. Lugd. Sieb. tribus Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev., *Hymnus natalis Domini* E R a, *Hymnus in natale Domini* u, *Hymnus XI ad VIII Kalendas Ianuarias* Fabr., *Ad VIII Calendas Ianuarias; sive, De Natali Domini* Weitz., *Hymnus de natali Domini* Obb. Titulo adscribendo vacat spatium in q. 2. Aldus in fine huius et quarti versus male puncto distinguit. 4. *augit* 1 A E q. 9. *mitescat* u, *nitescit* Erasm.

XI. Diem Christi natalem inter veteres Christianos passim seculo tertio festum fuisse celebratum, Clemens Alex., Strom. I, p. 407 subobscure significare videtur: *εἰσὶ δὲ οἱ περιεργότερον τῇ γενέσει τοῦ σωτῆρος ἡμῶν οὐ μόνον τὸ ἔτος ἀλλὰ καὶ τὴν ἡμέραν προστιθέντες, ἣν φασιν ἔτους κη' Ἀὐγούστου, ἓν πέμπτη Παχὼν καὶ εἰκάδι.* Indidem aliquis potius diei natalis computationem colligeret, nisi sequerentur haec: *οἱ δὲ ἀπὸ Βασιλείδου καὶ τοῦ βαπτίσματος αὐτοῦ τὴν ἡμέραν ἑορτάζουσιν.* Sec. autem quarto Salvatoris natalitia fuisse solennia et eo quidem tempore, quo Romani Saturnalia sacra habebant, ex initio huius hymni et aliis scriptoribus colligitur. Cfr. Paulin. Nol. carm. XVIII (p. 538 ed. Rosweyd.): *Nam post solstitium, quo Christus corpore natus Sole novo, gelidae mutavit tempore brumae*, Ambr. de virginn. ad Marcellin. soror. L. III, 1: *Liberius — rum salvatoris natali ad apostolum Petrum virginitatis professionem vestis quoque mutatione signares (quo enim melius die, quam quo virgo posteritatem adquisivit) adstantibus etiam puellis Dei compluribus, quae certarent invicem de tua societate: Bonas, inquit, filia nuptias desiderasti. Vides, quantus ad natalem sponsi tui populus convenerit. — — Hodie quidem secundum hominem homo natus ex virgine* etc. Cfr. E. Fr. Wernsdorf. de orig. natal. Chr. ex festivitate Nat. Invicti. Viteb. 1757, 4. Eiusdem Exercit. in novissimam litem de a. n. Chr. Ibid. 1776, 4, Ittig. de ritu festum nativitatis Chr. die XXV. dec. celebrandi eiusque nativitate, disserstatt. III.

1. *artum circulum* sqq.] „Secundum priora tempora natalis Christi fere in brumam incidebat, hoc est in ante VIII calend. Ianuarii. Columella IX, 14 *Bruma fere conficitur circa VIII kalend. Ianuarii, in octava parte Capricorni.* Et Plin. XVIII, 25 *Bruma Capricorni a. d. VIII kalendas Ianuarii fere.* Adde Servium ad Georg. I, 211. Dicunt autem *fere*, quia, ut Columella ibidem et XI, 2 disputat, quidam dissenserunt. Poeta autem more suo pro captanda laudum divinarum occasione, solem ideo iter flectere ac altius ire fingit, quia Christus eo tempore homo natus fuerat. Artus autem brumae circulus est Tropicus Capricorni, a quo Sol *recurrit* et iter vertit.“ *Cell.*

gratetur et gaudens humus
scandit gradatim denuo
iubar priores lineas.
Emerge dulcis pusio,
quem mater edit castitas,
parens et expers coniugis,
mediator et duplex genus.
Ex ore quamlibet Patris
sis ortus et verbo editus,
tamen paterno in pectore
sophia callebas prius.
Quae prompta caelum condidit,
caelum diemque et cetera,
virtute verbi effecta sunt
haec cuncta, nam verbum Deus.
Sed ordinatis seculis
rerumque digesto statu
fundator ipse et artifex
permansit in Patris sinu,
donec rotata annalium
transvolverentur milia,
atque ipse peccantem diu
dignatus orbem viseret.
Nam caeca vis mortalium
venerans inanes nenias

10. *Gratatur* Erasm. 12. *prioris* l m. 14. *mater* A E P R α a m q u Ald. Lugd. Heins. Arev. Obb., *matris* b i Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Cell. 15. *Parcens* l m; *et Christus* Ald. Lugd., *et ipse* coni. Nebr. 18. *genitus* Prag. glossam sapit, *verbum editum* coni. Nebr. [Cfr. III, 2]. 19. *in* om. A E H [Cfr. VII, 20]. 20 *calebas* B H W Gold. i m Weitz. (non Laur.), *callebat* Nebr. Fabr. Gis. (corr. *callebas*), *callebat* l α, *pollebas* b. 22. *Noctem diemque* Davr. Erasm., *Solem diemque* Fabr., *Caelum noctemque et Tartara* Altin. (non Laur.) contra metr., *Solum diemque* coni. Heins. [Cfr. P. X, 326]. 24. *nam deus uerbum* q, *nam deus uerbum est* Prag., *nam uerbum deus est* u. Vb. *est* glossam olet, cuius vicem reapse facit in a. 27. *Fundatur* Ald. Lugd. 33. *Iam* u.

11. *scandit gradatim*] unum quippe gradum in diem.

13. *pusio*] P. III, 20 *pusiola*.

19. *verbo editus*] Cfr. III, 2.

20. *callebas*] Cfr. S. II, 9, varr. lectt. ad *tenentes*, Nonn. IV, 66.

29. *rotata annalium*] Cfr. praef. 3, — *annalium*] *temporum vel librorum* Iso.

33. *vis*] multitudo.

34. *nenias*] *neniae sunt proprie carmina, quae super tumulis mortuorum scribebantur: quibus nihil vanius* gl. a. Cfr. P. II, 514, varr. lectt.

vel aera vel saxa algida,
vel ligna credebat Deum.

Haec dum sequuntur, perfidi
praedonis in ius venerant,
et mancipatam fumido
vitam barathro inmerserant:

Stragem sed istam non tulit
Christus cadentum gentium,
inpune ne forsan sui
patris periret fabrica.

Mortale corpus induit,
ut excitato corpore
mortis catenam frangeret
hominemque portaret Patri.

Hic ille natalis dies,
quo te creator arduus
spiravit et limo indidit
sermone carnem glutinans.

Sentisne, virgo nobilis,
matura per fastidia
pudoris intactum decus
honore partus crescere?

O quanta rerum gaudia
alvus pudica continet,
ex qua novellum seculum
procedit et lux aurea!

Vagitus ille exordium
vernantis orbis prodidit,
nam tunc renatus sordidum

35. *Vel aere vel fixa* A E P. 36. *credebant* u. 37. *persequuntur* l m. 42. Post *gentium* distinguunt b i m interpunctione edd. post *Inpune* appressa. Etiam Arev.... *gentium ; Impune ne forsan.* 48. *reportaret* Prag. u. 51. *Animavit et limo induit* Erasm. 54. *fastigia* Prag. u. Iso. [Cfr. A. 897]. 56. *cresceret* R. 59. quo A. 63. *renatis* a.

51. *spiravit*] sunt, qui de emissione spiritus sancti id verbum accipiant. Sensu ampliori de quavis emanatione eo veteres scriptores usos notum est. Significat spirando emittere, exhalare, exspirare Claud. Rapt. Pros. I, 154, Iuvenal. VII, 111 *Immensa cavi spirant mendacia folles*, Val. Flacc. VI, 155. De constructione cfr. Virg. Aen. I, 408. — *limo*] vid. Ep. ad Philipp. 2, 7, Sedul. II, 6 *Beatus auctor seculi Servile corpus induit.*

54. *per fastidia*] Virg. ecl. IV, 61 *Matri longa decem tulerunt fastidia menses.*

59. *novellum seculum*] Is. 9, 6. Est novi foederis tempus.

mundus veternum depulit.
Sparsisse tellurem reor
rus omne densis floribus,
ipsasque arenas syrtium
fragrasse nardo et nectare.
Te cuncta nascentem puer
sensere dura et barbara,
victusque saxorum rigor
obduxit herbam cotibus.
Iam mella de scopulis fluunt,
iam stillat ilex arido
sudans amomum stipite,
iam sunt myricis balsama.
O sancta praesepis tui,
aeterne rex, cunabula,
populisque per seclum sacra
mutis et ipsis credita.
Adorat haec brutum pecus
indocta turba scilicet,
adorat excors natio,
vis cuius in pastu sita est.
Sed cum fideli spiritu
concurrat ad praesepia
pagana gens et quadrupes,
saplatque quod brutum fuit:
Negat patrum prosapia
perosa praesentem Deum:

66. *dense* supra alt. W. 68. *Flagrasse* A E H W Gold. u Ald. Lugd., *Fraglasse* B R [Cfr. III, 22]. 72. *cautibus* Erasm.
75. *amomum in stipite* q u Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Chor. Poett.
76. *myrris* E. 77. *tua* Gis. I Weitz. 79. *seculum* Ald. Lugd.

68. *nardo*] *nardus est frutex aromatica gravi et fragili radice, quamvis pingui situ, redolenti cupressum, cuius cacumina in aristas se spargunt, spicas enim facit, unde et nardum spicatum dicitur* gl. a.

73. *Haec si secundum litteram accipiuntur hyberbolice sunt dicta; mystice autem gentilium fidem et bona designant* gl. a.

90. *mutis*] Vulgaris opinio bovem et asinum in stabulo Christum natum adorasse, ex Is. 1, 3 parum intellecto fluxisse videtur. Sedul. IV, 300 *non illius impar, Qui patulo Christum, licet in praesepio iacentem Agnovit*, Merobaud. de laude Christi *Auctorem scivere deum te, conscia partus, Mater, et attoniti pecudum sensere timores.*

87. *pagana gens*] pastores in pago ruris degentes. Vid. Tac. Hist. II, 14, 4, Suet. Aug. 27.

89. *patrum prosapia*] Israelitarum progenies.

credas venenis ebriam
Furiisve lymphatam rapi.
Quid prona per scelus ruis?
agnosce, si quidquam tibi
mentis resedit integrae,
ducem tuorum principum.
Hunc, quem latebra et obstetrix
et virgo feta et cunulae
et inbecilla infantia
regem dederunt gentibus,
peccator intueberis
celsum coruscis nubibus,
deiectus ipse et inritus
plangens reatum fletibus:
Cum vasta signum bucina
terris cremandis miserit,
et scissus axis cardinem
mundi ruentis solverit:
Insignis ipse et praeminens
meritis rependet congrua,
his lucis usum perpetis,
illis gehennam et tartarum.
Iudaea tunc fulmen crucis
experta, qui sit, senties,
quem te furoris praesule
mors hausit et mox reddidit.

92 *Furiisque* u; *lymfatum* A a. 96. *principem* coniectura Erasmi. 97. *latebra et obstetrix* O R T 2 rr. u Heins. Cell. Obb., *latebra obstetrix* A E P a, *latebrae et obstetrix* (vel *obstitrix*) α b i m Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev., *latebre obstetris* q. 98. *cumulae* 1 α, *cumula* Sieb. tres. 100. In exemplari Bongarsiano hic lacuna est, ideoque Isonis glossae ibi desiderantur. Quare earum paucas ad hymnum sequentem Weitzius deprompsit ex cod. Widm. 103. *inritus* Obb. ex A R, ubi *irritus* notante Ieepio. [Cfr. cod. Cort. ad Lucan. IV, 47], *irritis* Laur. α a b i m q u, *irritis* vel *inritis* reliqq. scripti et edd. 105. *Eum* i. 107. *scissu sax.* A. 110. *rependit* R. 111. *perpetem* Rat. m u. 112. *tartara* 1 α [Forma pluralis Prudentianissima videtur. Cfr. A. 749. V. 133. S. I, 26]. 113. *nunc* q. 114. *quis* b q (non Laur.), *quid* a Erasm. 115. *praeside* Fabr. Sieb. ap. Arev. notam apposuit *Vetus exemplar non praesule, sed praeside habebat, quod Prudentio magis convenit* sed cfr. V, 83. 116. *ausit* q; *et mors* Erasm. non Fabr.

101. *peccator*] Iudaeorum gens.

## XII. HYMNUS EPIPHANIAE.

Quicunque Christum quaeritis,
oculos in altum tollite,
illic licebit visere
signum perennis gloriae.
Haec stella, quae solis rotam
vincit decore ac lumine,
venisse terris nuntiat
cum carne terrestri Deum.
Non illa servit noctibus
secuta lunam menstruam,
sed sola caelum possidens
cursum dierum temperat.
Arctoa quamvis sidera
in se retortis motibus

Inscriptio est veterum Heinss. a Ald. Lugd. trium Sieb. Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Obb., *Hymnus in Epiphania* α, *Hymnus de Epiphania* b i m Weitz. Arev., *Hymnus de Epiphaniw* (sic) *Domini* u. In q spatium inscriptioni apponendae apertum. 6. *aut* Gold. i m, *et* q.

XII. Tres huius hymni partes recitantur in Brev. Rom.: feria transfigurationis domini ad vesp. v. 1 *Quicunque Christum quaeritis* sqq., die Epiphaniae festo v. 77 *O sola magnarum urbium* sqq., die festo Innocentium martyrum v. 93 *Audit tyrannus anxius* sqq. et v. 125 *Salvete flores martyrum* sqq. ad matutinum et laudes. De Epiphania vid. E F. Wernsdorf. *τὰ ἐπιφάνεια* veterum, ad illustrandum hymnum: *Was fürchst du Feind Herodes sehr*, etc. Viteb. 1759, 4, Neander, gnost. Systeme p. 49 ff. 81 ff., desselb. Kirchengesch. Bd. I, p. 527 ff. und Bd. 2, p. 655 ff., Gieseler Hallische Allgem. Literat Zeitung. Jahrg. 1823, St. 105, desselb. Kirchengesch. Bd. I, p. 142, 290 ff., 524, Augusti l. l. p. 332 sqq.

5. *stella*] Similia Ep. Ignatii ad Eph. 19 *Καὶ ἔλαθεν τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου ἡ παρθενία Μαρίας καὶ ὁ τοκετὸς αὐτῆς, ὁμοίως καὶ ὁ θάνατος τοῦ κυρίου· τρία μυστήρια κραυγῆς, ἅτινα ἐν ἡσυχίᾳ θεοῦ ἐπράχθη. Πῶς οὖν ἐφανερώθη τοῖς αἰῶσιν; Ἀστὴρ ἐν οὐρανῷ ἔλαμψεν ὑπὲρ πάντας τοὺς ἀστέρας, καὶ τὸ φῶς αὐτοῦ ἀνεκλάλητον ἦν, καὶ ξενισμὸν παρεῖχεν ἡ καινότης αὐτοῦ. Τὰ δὲ λοιπὰ πάντα ἄστρα, ἅμα ἡλίῳ καὶ σελήνῃ, χορὸς ἐγένετο τῷ ἀστέρι· αὐτὸς δὲ ἦν ὑπερβάλλων τὸ φῶς αὐτοῦ ὑπὲρ πάντα. Ταραχή τε ἦν, πόθεν ἡ καινότης ἡ ἀνόμοιος αὐτοῖς.* Locus profecto notabilis, qui quidem quod ad stellam pertinet in antiquissima huius epistolae versione Syriaca non reperitur. Vid. Corpus Ignatianum by W. Cureton, Berlin 1849. S. Ignatii patris apostolici, quae feruntur epistolae una cum eiusdem martyrio: collatis edd. Graecis versionibusque Syriaca, Armeniaca Latinis denuo recensuit notasque criticas adiecit Iul. Henr. Petermann, Lipsiae 1849, p. 51, Patrum Apost. opera ed. a Dressel, Lipsiae 1857, p. 136, Hieron. Opp. V, p. 60, Chrysost. Hom. VI in Matth. *ἐν μέσῃ ἡμέρᾳ φαίνεται λάμποντος ἡλίου*, siquidem interdiu, non noctu Hierosolymis Bethlehemum magi petierunt. Id infra v. 12 sibi vult *Cursum dierum temperat.* Cfr. Baron. Annal. eccl. I, p. 68.

obire nolint, attamen
plerumque sub nimbis latent.
Hoc sidus aeternum manet,
haec stella nunquam mergitur,
nec nubis occursu abdita
obumbrat obductam facem.
Tristis cometa intercidat,
et si quod astrum Sirio
fervet vapore, iam Dei
sub luce destructum cadat.
En Persici ex orbis sinu,
sol unde sumit ianuam,
cernunt periti interpretes
regale vexillum Magi.
Quod ut refulsit, ceteri
cessere signorum globi,
nec pulcer est ausus suam
conferre formam lucifer.
Quis iste tantus, inquiunt,
regnator astris inperans,
quem sic tremunt caelestia,
cui lux et aethra inserviunt.
Inlustre quiddam cernimus,
quod nesciat finem pati,
sublime, celsum, interminum,
antiquius caelo, et chao.
Hic ille rex est gentium

15. *nolunt* u. 24. *distructum* E 1 α Weitz. 25. *Persae* Gold. i, *perse* supra *sici* m. 28. *vix illum* E. 30. *Cessare* i. 31. *ausum* Lugd. 32. *flammam* margo Sieb. I II, *flam̃a* margo Sieb. III. 37. *Inlustrare* α; *quoddam* A u. 40. *Antiquis* u; *choo* supra *chao* W, illud expressit Weitz.; *Antiquior celo et* kαo q.

15. *obire nolint*] maior et minor ἄρκτος circa polum rotantes nobis nunquam occidunt.

17. *Hoc sidus*] de Christo intelligas, sicuti alia, quae de stella heic et subinde pronuntiantur.

21. *Tristis cometa*] *quod quando visitur* (*al. videtur*), *aut mortem regis, aut regni mutationem, aut etiam famem vel pestilentiam significat, et ideo tristis dicitur* gl. a. Cfr. Suet. Nero 36.

22. *Sirio... vapore*] Virg. Aen. X, 273 *aut Sirius ardor*.

25. *Persici*] Cfr. Chrysost. Hom. XXXI de Philogonio, Iuvenc. I, 241 *Tunc iubet Herodes Persas portendere gressum*, ib. Gebser. p. 35, Augusti l. l. p. 334.

41. *Hic*] Sive adverb. loci sive pron. putas, iam a stella ad ipsum Christum adscendit, quem ante typice significarat.

populique rex Iudaici,
promissus Abrahae patri
eiusque in aevum semini.
Aequanda nam stellis sua
cognovit olim germina
primus sator credentium,
nati inmolator unici.
Iam flos subit Davidicus
radice Iesse editus,
sceptrique per virgam virens
rerum cacumen occupat.
Exin sequuntur perciti
fixis in altum vultibus,
qua stella sulcum traxerat
claramque signabat viam.
Sed verticem pueri supra
signum pependit inminens,
pronaque submissum face
caput sacratum prodidit.
Videre quod postquam Magi,
eoa promunt munera,
stratique votis offerunt
tus, myrrham et aurum regium.
Agnosce clara insignia
virtutis ac regni tui,
puer o, qui trinam Pater
praedestinavit indolem.
Regem Deumque adnuntiant

42. *iudaeici* 1 α. 43. *habrahae* Ald. Lugd. 45. *Aequando* 1 α. 46. *germana* A. 47. *Prius* A. 49. *Dauiticus* b i q Ald. Lugd., *pulcherrimus* u. 50. *Iesse* A R Laur. α a b i m q u Ald. Lugd. Weitz. Arev. Obb. [de hiatu vid. H. 354]. *Iessaea* Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cham. Cell. 51. *Sceptrumque* Prag.; *gerens* 1 R. 52. *occupet* 1 α. 53. *Exim* Rat. m. 54. *visibus* u. 56. *monstrabat* Put. et pro div. script. O α a. 59. *subnixum* Rat. R. 62. *Dea* A. 64. *myrra* A. 67. *Puero* A, idem alicubi Erasm. invenit. *Puero cui* q, *Puer cui* R u, quod Arev. pro sua coniectura venditat. 68. *Praedistinavit* W, *Prodistinavit* 1 α m, *Prodestinavit* 2 α.

47. *primus*] *Abraham* gl. a, Gen. 15, 5.

63. In catacumbarum lapidibus et sarcophagis magorum adventum et adorationem saepius videmus pie expressam.

69. Eodem modo interpretantur Iuvenc. I, 250 *Tus, aurum, myrrham, regique hominique deoque dona ferunt*, Sedul. II, 95, 96 *Aurea nascenti fuderunt munera regi Tura dedere Deo, myrrham tribuere se-*

thesaurus et fragrans odor
turis Sabaei, ac myrrheus
pulvis sepulcrum praedocet.
Hoc est sepulcrum, quo Deus,
dum corpus extingui sinit
atque id sepultum suscitat,
mortis refregit carcerem.
O sola magnarum urbium
maior Bethlem, cui contigit
ducem salutis caelitus
incorporatum gignere.
Altrice te summo Patri
haeres creatur unicus,
homo ex tonantis spiritu
idemque sub membris Deus.
Hunc et prophetis testibus
isdemque signatoribus
testator et sator iubet
adire regnum et cernere:
Regnum, quod ambit omnia
diva et marina et terrea
a solis ortu ad exitum
et tartara et caelum supra.
Audit tyrannus anxius
adesse regum principem,
qui nomen Israel regat

70. *ac* q; *flagrans* A E W Gold. Put. b q u Ald. Lugd. Sieb. tres Chor. Poett., *fraglans* B R a [Vid. XI, 68]; *odos* Put. 71. *at* O Laur. Put. α b m Cell. Arev., *ad* Put. 73. *est* om. b, *Hoc hoc est sep.* Put., *Hoc hoc sep.* ex Heinsii coniectura Cham. Cell. Teol., vulg. confirmant relqq. nostri codd. et edd. cum Laur.; *quod* supra *t quo* m, *quod* Erasm. Gis. ad oram. 78. *Bethleem* H W Gold. Rat. 2α i m u Weitz.; *et cui* E. 79. *Lucem* Prag. 80. *Incorporatam* Prag. 82. *creator* A E q. 83. *tonanti* W (ad oram) Gold. 2 i, *tonanti* addito *s* cum var. lect. supra *al. ti* m. 86. *Isdemque* 1 Laur. Gold. a i 1 m u Heins. Cell. Obb. [Cfr. Bünemann ad Lact. I, 6, 4], *Hisdemque* 2 Laur. α b q Weitz., *Iisdemque* 2 m Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Arev. 88. *Audire* A E P q. 90. *Diva* u et ex coniectura Erasmus, *Dia* relqq. nostri scripti et edd.; subinde *marinaque et terrea* u.

*pulcro*, Helpid. in carm. de Christi Iesu beneficiis *Gens chaldaea... dat munera, regi divitias, dat thura Deo myrrhamque sepulcro*, Hieron. ad Matth. I, 2.

86. *signatoribus*] prophetae pro testamento componendo testimonia notantes et obsignantes testes dicti ac obsignatores.

teneatque David regiam.
Exclamat amens nuntio,
successor instat, pellimur;
satelles i, ferrum rape,
perfunde cunas sanguine.
Mas omnis infans occidat,
scrutare nutricum sinus,
interque materna ubera
ensem cruentet pusio.
Suspecta per Bethlem mihi
puerperarum est omnium
fraus, ne qua furtim subtrahat
prolem virilis indolis.
Transfigit ergo carnifex
mucrone destricto furens
effusa nuper corpora,
animasque rimatur novas.
Locum minutis artubus
vix interemptor invenit,
quo plaga descendat patens
iuguloque maior pugio est.
O barbarum spectaculum!
inlisa cervix cautibus
spargit cerebrum lacteum
oculosque per vulnus vomit:
Aut in profundum palpitans
mersatur infans gurgitem,

99. Ita N T Put. α Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev. Obb., *Satelles ferrum rape* a, sed supra *rape* est *.i. vade* = id est vade (librarius igitur imperativo *i* negligenter omisso glossam ei supraponendam e suo loco movit atque alieno imperativo suprascripsit), *i* om. A E q [Cfr. A. 381. P. XIV, 65], *Ferrum satelles corripe* E H W Weitz., *Ferrum satelles arripe* Bob. I Laur. Prag. Rat. 2 b m u, *Fer. sat. arripe* supra *corripe* Gold. i, *Fer. sat. corripe* l b. 104. *cruentem* A E. 105. *bethleem* m u. 106. om. *est* Gold. b i q. 107. *neque furtim* u. 110. *destricto* coni. Heins. [Cfr. Cic. Off. III, 31, 112. Hor. Od. III, 1, 17. Tac. Ann. XII. 51. Cort. ad Luc. VII, 313. Drakenb. ad Sil. It. XVII, 164], *districto* codd. et libb. impr. Literarum *i* et *e* in nominibus et verbis haud rara apud librarios permutatio. [Cfr. var. lect. ad 24 et XI, 97]. 112. *rimantur* A E. 113. *artibus* l i. 115. Ita nostri codd. omnes Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev., *discendat* H Weitz., *discedat* A E P Obb.

111. *effusa*] Cfr. IX, 10.

cui subter artis faucibus
singultat unda et halitus.
Salvete flores martyrum,
quos lucis ipso in limine
Christi insecutor sustulit,
ceu turbo nascentes rosas:
Vos prima Christi victima,
grex inmolatorum tener,
aram ante ipsam simplices
palma et coronis luditis.
Quid proficit tantum nefas,
quid crimen Herodem iuvat?
Unus tot inter funera
inpune Christus tollitur.
Inter coaevi sanguinis
fluenta solus integer
ferrum, quod orbabat nurus,
partus fefellit virginis.
Sic stulta Pharaonis mali
edicta quondam fugerat
Christi figuram praeferens
Moyses, receptor civium.
Cautum et statutum ius erat,
quo non liceret matribus,
cum pondus alvi absolverent,

123. *artes* A, *arcis* Ald. Lugd. 126. *lumine* 1 α. 131. *Aram ante ipsam* A E H W Gold. Put. α a b i m q Ald. Lugd. Sieb. tres Weitz. Chor. Poett. Heins. Cell. Arev. Obb. [Cfr. H. 354], *Aram ante et ipsam* u Fabr., *ipsam et simp.* E, *Aram sub ipsam* Torrent. et Cauch. ex Apocal. VI, 9., *Aram ante cuius* Erasm. Gis. Amstr. 132. *corona* α, ad oram *al. coronis*, quod exb. relqq. nostri scripti (et Laur.) cum edd. 133. *Quo* R (ap. Heins.) T Ambr. Put. 1 α Heins. Cell., *Qui* E a, *Quid* Laur. 2 α cum ceteris. [Vid. Cort. ad Luc. I, 681]. 135. *Hic unus inter funera* u. 136. Ultimus est Hymni versus in m, foliis aliquot avulsis. Varia autem lectio ab Arevalo allata ad 171 est codicis a. 140. *Partum* A. 142. *quadam* 2 Put. 145. *statum* a; *ius erat* R Ambr. Put. α a b Heins. Cell. Arev. Obb., *iusserat* Laur. i q u cum ceteris Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr., *Cautus statuto iusserat* coni. Cauch. 146. *Qui* A E P. 147. *absolverint* u, *absolveret* mendum Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Chor. Poett.

131. *aram ante ipsam*] sine elisione ut *bona omnia* H. 353, Hor. Od. I, 1, 2 *O et praesidium*, Virg. Aen. 10, 18 *o pater, o hominum* solito in hac interiec. hiatu.

144. *receptor*] *liberator, quia recepit eosdem de servitute* gl. a. Eutrop. IX, 9 de Aureliano *receptor orientis occidentisque.*

puerile pignus tollere.
Mens obstetricis sedulae
pie in tyrannum contumax
ad spem potentis gloriae
furata servat parvulum:
Quem mox sacerdotem sibi
adsumpsit orbis conditor,
per quem notatam saxeis
legem tabellis traderet.
Licetne Christum noscere
tanti per exemplum viri?
dux ille caeso Aegyptio
absolvit Israel iugo.
At nos subactos iugiter
erroris inperio gravi
dux noster hoste saucio
mortis tenebris liberat.
Hic expiatam fluctibus
plebem marino in transitu
repurgat undis dulcibus
lucis columpnam praeferens:
Hic praeliante exercitu,
pansis in altum brachiis
sublimis Amalech premit,

148. *Virile* coni. Cauch. 149. *obstetricis sedulae* supra *obstitricis sedulo* i, *obst. sedula* W. Prag. 159. *cese* (= *cesae*) A. 160. *israhel* α i. 161. *Et* u bene (vid. supra 71), *Ad* A E. 163. *hostis auctio* A. 170. *Passis* supra *n* i, *Passis* Fabr. Cis., *Sparsis* ed. Lüneburg. 1648, sed vid. Gell. 15, 15. II, 19, 8. Oudendorp. ad Caes. b. G. I, 52. Burm. ad Ov. A. A. III. 350. 171. *Sublimem* a.

148. *tollere*] *nutrire, educare* gl. a. Plaut. Amphitr. I, 3, 3, Trucul. II, 4, 45, Terent. Andr. I, 3, Curt. IX, 1, n. 25 *genitos liberos tollunt aluntque*. Mos quippe antiquitus filios *super* natos per obstetricem in terram, communem omnium parentem deponendi, et quos alere nollent, expositos ibi relinquendi, obstetrici vero aut matri eos tradendi e terra sublatos, si contrarium ut fieret volebant.

167. *undis dulcibus*] *Iordanis* gl. a. *Hic sc. Moyses, qui populum per mare rubrum traiecit; per quod significabatur baptisma Christi, quod in dulcibus Iordanis aquis est postea consecratum. Nebr.* Ad aquam dulcem in monte Horeb (Exod. 17, 6) referri malit Cell. Rectum iam vidit Nebr., quem nonnulli parum intellexerunt. Etenim de mari rubro agitur, quod *dulces undas* vocat, quia Iudaeorum transitus (Exod. 14) tacite comparatur cum baptismate Christianorum, vel potius cum eius archetypo. Vid. Middeld. l. l. p. 142.

crucis quod instar tunc fuit:
hic nempe Iesus verior,
qui longa post dispendia
victor suis tribulibus
promissa solvit iugera.
Qui ter quaternas denique
refluentis amnis alveo
fundavit et fixit petras,
apostolorum stemmata.
Iure ergo se Iudae ducem
vidisse testantur Magi,
cum facta priscorum ducum
Christi figuram finxerint.
Hic rex priorum iudicum,
rexere qui Iacob genus,
dominaeque rex ecclesiae,
templi et novelli et pristini.
Hunc posteri Efrem colunt,
hunc sancta Manasse domus
omnesque suspiciunt tribus

177. *quaternis ... petris* Erasmi coniectura. 179. *fecit* Prag. 181. *Iudee* R, *iudee* Rat. b, *iure* corr. *iudae* q. 183. *fracta* E. 184. *Christo* A E P Obb., *Christi* nostri omnes cum relqq. scriptis et edd.; *finxerint* A E (ap. Weitz.) P. N. T. Boh. I α q Erasm. Cell., *finxerint* supra *al. pinxerint* a, *pinxerint* E (ap. Heins.) Laur. b i u Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Heins. Arev. 185. *prior est* Put. (non Laur.), *priorum est* coni. Heins., *priscorum* Prag. b, *primorum* corr. *priorum* i. 186. *domus t genus* b. 187. *Nostraeque* invenit Cauch., malebat tamen *Geminaeque*. 188. *Templi novelli* A H P Ambr. Rat. 2α Gis. ad oram Obb. 189. *Efrem* E Laur. α 2 a u Heins. cum vetustioribus suis, *Effrem* b i q Ald. Lugd. Weitz. Cell., *effrain* 1 a, *Effraim* Sieb. tres Fabr. Chor. Poett. Amstr.; *Ephraim* Gis. Arev. Obb. 190. *Manasse* W Laur. Gold. a b 2 i q Alg. Lugd. Sieb. tres Weitz. Arev., *Manassae* A cett. α 1 i u Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Obb. 191. *suscipiunt* R W Gold. Laur. Prag. Rat. a b i q u, *suspiciunt* = *venerantur* α cum relqq. scriptis et edd.

173. *Iesus verior*] Glossae vett., Cham, Cell., Teol., Obb. de Iosua dictum putant, non de Christo. Id quidem recte. Vid. Act. Ap. VIII, 25, Hebr. IV, 8, § 60, et huius hymni 177 (Ios. 4, 7). At poetam credo typice Salvatorem innuere, quippe qui humanum genus spirituali servitute expeditum ad caelestem reducat patriam. Unde Ep. Barnab. c. 12 (p. 30 ed. nostrae) *Τί λέγει πάλιν Μωσῆς τῷ Ἰησοῦ, τῷ τοῦ Ναυῆ υἱῷ, ἐπιθεὶς αὐτῷ τοῦτο ὄνομα, ὄντι προφήτῃ, ἵνα μόνον ἀκούσῃ πᾶς ὁ λαός, ὅτι πάντα ὁ πατὴρ φανεροῖ περὶ τοῦ υἱοῦ [αὐτοῦ] Ἰησοῦ υἱῷ Ναυῆ.*

184. *finxerint*] Ep. Barnab. c. 12.

187. *dominaeque rex ecclesiae*] per Christum liberatorem liberae, cum sub iugo legis sit Synagoga Iudaeorum serva. Gal. 4, 24, 26, Ep. Barnab. c. 2.

bis sena fratrum semina.
Quin et propago degener
ritum secuta inconditum,
quaecunque dirum fervidis
Baal caminis coxerat,
fumosa avorum numina
saxum, metallum, stipitem,
rasum, dolatum, sectile,
in Christi honorem deserit.
Gaudete quidquid gentium est,
Iudaea, Roma et Graecia,
Aegypte, Thrax, Persa, Scytha,
rex unus omnes possidet.
Laudate vestrum principem
omnes beati ac perditi,
vivi, inbecilli ac mortui:
iam nemo posthac mortuus.

193. *Qui nec* a, *Qui et* supra add. *n* b. 194. *incognitum* Prag. 195. *durum* A E H P α q Ald. Lugd. Obb., quod spectat ad *coxerat*. Esse *durum* etiam in Prag. Rat. e silentio Marietti suspicaverim in Aldina nil adsolantis. 196. *Bahal* α b (non Laur.), [*Bāal* A. 325. *Băal* ex quantitate latina Sedul. V, 147]; *coxerant* Laur. Ald. Lugd., *coxerit* A. 197. *nomina* 1 α. 199. *sectilem* a b i Weitz. 200. *honore* u. 203. *Scitha* W Gold. Weitz. *Scita* H, *et Scytha* Fabr. Gis., *Scythia* Ald. Lugd., *et scythia* u.

194. *ritum ... inconditum*] Ethnicorum.

196. *Baal*] heic quodvis idolum. Cfr. Selden. de diis Syriis syntagm. II, 1, 2.

197. *fumosa*] sacrificiorum fumo tincta et sordida. Cfr. Ov. Fast. 5, 518 *Promit fumoso condita vina cado.* Cellarius *fumosa* de antiquitate explicat, ut Cic. in Pisonem c. 1 *fumosae imagines* i. e. maiorum asservatae in aedibus et iam pulvere fumoque nec non ob vetustatem denigratae, Iuvenal. 8, 8 *Fumosos equitum cum dictatore magistros.* Idola veteres ungebant cfr. S. I, 203 *saxa inlita ceris Viderat unguentoque lares humescere nigros*, Min. Fel. I, 3 ibid. Cell. interpr.

# APOTHEOSIS.

Est tria summa Deus, trinum specimen, vigor unus.
corde Patris genita est sapientia, Filius ipse est.

Otiosis librariorum additamentis reiectis inscriptionem apposui duce cod. α *Incipit Apotheoses* (sic) exh. *Incipit liber Apotheosis id est de divinitate* Rat. m, *Incipit liber Apothosis* (sic) l. *de divinitate* b, *Incipit Apotheosis id est de divinitate* i, *Liber de Trinitate* haud perperam a, modo accipias de integro poemate, neque de duodecim prioribus versibus. Hinc iam Aldi erronea eorum denominatio *Hymnus de Trinitate*. Rei tripartita respondet inscriptio u *Versus de sancta Trinitate*, dein. *Invectiva contra omnes haereses*, tum *Liber Apotheosis adversus haereses*. 1. Novissimus editor p. 307: *Versus de Trinitate olim Prudentio adscripti* cum nota: „Qui versus in omnibus quidem edd. ante Apoth. praefationem legebantur, sed ibi offendunt, quoniam primum, cur Prudentius duas praefationes illi carmini praefigat, omnino non intelligitur; deinde, quoniam prooemia et Apotheosi et ceteris libris dogmaticis praemissa sive allegoriam sive historiam quamdam sacram continent ad rem, quae in ipso carmine tractatur, accommodatam. Iudicatur autem his vv. contra Prudentii morem Apotheosis summa, et quamvis scriptorem locos Prudentianos ante oculos habuisse non negaverim [cf. cum v. 3. Hamart. 931., cum v. 4. Apoth. 87. 794., cum 5. H. 163., cum 6. A. 722 sqq. 1023 sqq. 1033 sqq., cum 11. cbārisma P. XIII, 61], tamen hoc poemation non ab ipso Prud., sed ab alio poeta, qui Apotheosis argumentum versibus complecti voluit, compositum esse iudico: neque impedit, quominus Hincmar. Rhemens. l. p. 466. eiusdem v. 1 sqq. afferat, quia carmina similia non ita multo post Clementem composita esse vv. multorum edd. *Hic libri statuit etc.* in fine Psychomachiae extantes, qui Columbani (poetae sec. VI.) feruntur, docent; cf. Thom. Smith. catalog. bibl. Cotton. Cleopatr. VIII, 1. p. 141. Pol. Leyseri histor. poetar. et poem. med. aevi p 180." — Aliter sentio, neque assentior editoribus, qui priorem eos praefationem credunt ac ita fere ipsis inscribunt. Mihi versus isti sunt totius Apotheoseos lemma, cuius elocutio omnino Prudentiana est, quodque in capite poematis locum suum opportune tuetur. Ita et Weitzius eos accepisse videtur. Neque singularum Apotheoseos sectionum titulos Prudentio abiudicaverim, quamvis illi in codd. obvii hispidus atque rudis librariorum fetus sint censendi. Lemmata quippe longe ante nostrum in usu erant. Clarum mihi exemplum ea in re sunt illa XX librorum Gellii Noctium Atticarum, quae multi sequioris aevi credebant, antequam in palimpsesto XXIV bibliothecae Palatinae, qui sec. V exaratus fuit, a cl. Niebuhrio inter alia χειμήλια detecta et post eum a me accuratius perlustrata essent. [Cfr. Plin. IV. ep. 27. Martial. XIV, 2]. Lemmatis autem

1. *tria*] *Ariani dicebant tres esse personas et tres substantias in divinitate; fides autem catholica utriusque devitans errorem unam deitatis substantiam et tres personas veraciter affirmat. Nam Ariani bene tres personas, male tres substantias, Sabelliani bene unam substantiam, male unam personam dicebant* gl. a.

2. *genita*] Vid. C. IX, 10.

Sanctus ab aeterno subsistit Spiritus ore:
tempore nec senior Pater est, nec numine maior.
nam sapiens retro semper Deus edidit ex se,
per quod semper erat gignenda ad secula verbum.
Edere sed verbum Patris est: at cetera verbi,
adsumptum gestare hominem, reparare peremptum,
conciliare Patri dextraque in sede locare.
Spiritus ista Dei conplet, Deus ipse fideles
in populos charisma suum diffundere promptus
et Patris et Christi virtutem in corpora transfert.

## PRAEFATIO.

Est vera secta? te magister consulo:
rectamne servamus fidem,
an viperina non cavemus dogmata
et nescientes labimur?
„Artam salutis vix viam discernere est
„inter reflexas semitas:
„tam multa surgunt perfidorum conpeta,
„tortis polita erroribus,
„obliqua sese conserunt divortia
„hinc inde textis orbitis.

argumentum est fidei confessio ad pugnam contra ipsius hostes pie religioseque sese accingentis. Id sibi vult metrum heroicum. Fide autem declarata, non ut legionarius clamore sublato in pugnam poeta abripitur, sed iambis leniter ast acute decurrentibus adversariorum vesaniam properat prius percensere. 2. *genita* om. *est* Prag.; *ipse* om. *est* Gis. 3. *abethereo* q. 4. *nomine* W (supra) Laur. 1 Rat. b l i m u. 6. *erant* Prag. a, tum legas cum u *Per quod semper erant gignenda et saecula verbum.* 7. *verbi est* u glossam sapit. 10. *fidelis* Bon. 12. *corpore* A P Prag., *tempora* W supra.

*Praefatio. Hymnus in infideles* Ald. Lugd. Sieb. tres Weitz. Chor. Poett. Amstr., *Reprehensio Infidelium* Fabr. 3. *servamus* supra *l cavemus* a. 4. *nescienter* Prag. Weiss. a b i m q u Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. (non E P) Chor. Poett. Amstr. 5. *viam vix* transp. Bon. u; *distinguere* T $\alpha$, *discernere* supra *l distinguere* a. 7. *Iam* a (non Laur.); *conpeta* A $\alpha$ a b m Prag. Rat. Weitz. Obb., *compita* relqq. scripti et edd. [Cfr. Ps. 849. S. II, 775. Salmas. Exerc. Plin. ad cap. XVII, p. 212]. 9. *Obliqua qua se* Torrent. Fabr. Cell.; *conserunt* A R T Prag. Put. Weiss. b Heins. Obb., *conferunt* $\alpha$ a i m q u cum relqq. edd.

11. *charisma*] Prima producta, ut P. XIII, 61, Fortunat. de S. Martina IV.

1. *secta*] electorum, cfr. Min. Fel. c. XL *de sectae iam nostrae sinceritate consentio. Magister Deus est.*

„Quas si quis errans ac vagus sectabitur
„rectum relinquens tramitem,
„scrobis latentis pronus in foveam ruet,
„quam fodit hostilis manus,
„manus latronum, quae viantes obsidet
„iter sequentes devium.
„Quid non libido mentis humanae struat,
„quid non malorum pruriat?
„statum lacessunt omnipollentis Dei
„calumpniosis litibus:
„fidem minutis dissecant ambagibus,
„ut quisque lingua est nequior:
„solvunt ligantque quaestionum vincula
„per syllogismos plectiles.
„Vae captiosis sycophantarum strophis,
„vae versipelli astutiae!
„nodos tenaces recta rumpit regula
„infesta dissertantibus.
„Idcirco mundi stulta delegit Deus,
„ut concidant sophistica:
„deque inbecillis subiugavit fortia,
„simplex ut esset credere.

11. *Quae* l R Cauch. sc. *divortia*. 12. *linquens* α. 13. *cadet* Prag. Rat. b, *cadet* cum suppositis punctis et supra *ruet* i, *cadet* supra *l ruet* m. 16. *Inter* u; *insequentis* Bon. 17. *instruat* A, *struatur* u. 19. *omnipotentis* Prag. u renuente metro. 21. *mutis* a. 22. *quisquis* B W Bon. Rat. b i m Ald. Lugd. Sieb. tres, *quisquis est ling.* R q, *quisque ling.* om. *est* Cell. 23. *Solvuntque* om. *ligantque* Bon. 25. *Ut* Prag., *Vae* supra *l haec* et ad oram *vae l quae* a. 26. *astutia* a. 27. *iungula* (*virgula*?) l q. 28. *dissentantibus* A Bon. 29. *dilegit* A E O, *diligit* P, *delegit* Weiss. cum cett. 31. *Neque* A P a q, *De* Barthio (Adv. XVII, 17) superfluum videtur, Arev. eandem praepositionem instrumentum significare male docet. *Atque* coni. Obb. Nil mutes: *De* vim suam genuiniorem hic exserit = *ex*, id quod nostrum *von...her; inbecilla* Laur., *inbecilli* u.

24. *syllogismos*] Clem. Rom. Hom. I, 3 συλλογισμῶν τέχνας, Gell. N. A. I, 2, 4 *syllogismorum captionumque dialecticarum laqueis strepebat*, κυριεύοντας, ἠσυχάζοντας καὶ σωρείτας *aliosque id genus griphos neminem posse dicens nisi se dissolvere.*

25. *strophis*] fallaciis. Vid. P. II, 318, Mart. III, 7, Clem. Rom. Hom. I, 3 πλὴν συνενόουν ὅτι αἱ δόξαι τῶν ὑποθέσεων παρὰ τοὺς ἐκδικοῦντας ψευδεῖς ἢ ἀληθεῖς ὑπολαμβάνονται, καὶ οὐχ ὡς ἔχουσιν ἀληθείας φαίνονται.

26. *versipelli*] *versipellis dicitur astutus, qui se in diversas formas vertit, tractum a bestia, quae cameleon dicitur, nam cum timet, cuicunque rei inhaeserit, illius colorem trahit, et ideo a venatoribus difficile capitur: est autem sine pilis* gl. a.

29. I. Cor. 1, 27.

„Lapis ecce nostro fixus offensaculo est,
„inpingat in quem vanitas,
„signum caventi, non caventi scandalum:
„hunc sternit, illum dirigit.
„Dum plura temptat caecus incerto gradu,
„incurrit id, quod obvium est.
„Fax sola fidei est praeferenda gressibus,
„ut recta sint vestigia:
„quis in tenebris hostis errantes tamen
„pulsat trahitque et proterit:
„qui sparsa ad ipsum conmeantum transitum
„frumenta saevus devorat:
„qui laeta Christi culta fur interpolat
„addens avenas aemulas,
„quas de veneni lacte in herbam fertilem
„patitur colonus crescere,
„ne forte culmum fibra inanis spiceum
„simul revulsa internecet.
„Expectat ergo, dum dolosa et farrea
„fervens coquat maturitas:
„det ventilabro lecta quaeque ut horreis,
„urat recrementum focis.
„Refert sed ipsa nosse, quae messem necant,
„Zizaniorum semina.“

33. *offensaclo est* W i Weitz., sed cfr. Gramm. ap. Haupt. (Ovid. Halieut. etc.) p. 86. 34. *Impinguat* a. 35. *Signum* supra *l lignum* a, *Lignum* q. 37. *in certo gradu* Ald. Lugd. 38. *Incurrit in id* u. 39. *Fax* supra *l lux* a, *Pax* A P 1 R q. 41. *Quos* Bon.; idem coni. Cauch., *Queis* Arev. arbitrarie. 42. *proterit* Teol. 44. *devoret* 1 m. 45. *fur nocens* p. *culta fur* u; *furtim* suspicatur Barth. Adv. XXIV, 41; *interpululat* Bon. 47. *fertiles* E (pro div. script in marg.) R T Bon. cod. Cauchii Put. α Heins., qui allegat Ps. praef. 66, *fertilem* Weiss. cum cett. 48. *colonos* Ald. Lugd. 49. Aldi errorem *inani* repetiit Lugd. 51. *vitiosa* B E (in marg.) R W (supra) Bon. α, *otiosa* quondam coni. Heins; *et* om. Bon. 53. *Dat* B Prag., *Neuent* A, *De vent.* 1 b; *et* 1 a u, *ut* relqq. 55, *Defert* A a; *negant* E P a, *secant* q. 56. *Zezaniorum* E a Weitz.

33. Is. 8, 14, 15, Luc. 2, 34, 1. Petr. 2, 7, 8.
39. *Fax*] *de hac face dicit psalmista: Lucerna pedibus verbum tuum* gl. a.
43. Matth. 13, 24 sqq.

Plurima sunt, sed pauca loquar, ne dira relatu
dogmata catholicam maculent male prodita linguam.
Ille Patrem pellens solio detrudit in artum
corporis humani gestamen, nec pavet ipsum
obiectare neci duroque adfigere ligno.
Passibilisne Deus? cuius species et imago
nulli visa unquam: nec enim conprendier illa
maiestas facilis sensuve oculisve manuve.
Ioannis magni celebris sententia praesto est,
haud unquam testata Deum potuisse videri.
Ille Pater, quem nulla acies violenta tuendo
eminus ardentis penetravit acumine visus,
qui se forma hominis non induit et deitatis
inmensum adsumpto non temperat ore modove.
Aut evangelici pietas spernendo libelli
iam, blaspheme, tibi est: aut nunquam visa beati
vis intacta Patris non admiscenda caducis?
Sed tamen et Patris est specimen, quod cernere fas sit,
humanis aliquando oculis concurrere promptum,
quod quamvis hebes intuitus speculamine glauco

Septem huius poematis sunt sectiones: *Contra haeresin quae Patrem passum esse affirmat* Weiss., *Incipit contra heresim quae patrem passum affirmant* α, *Contra heresim quae patrem passum adfirmat* a b m (in hoc *affirmant*) 1...177; *contra sabellianos* Rat., *Contra unionitas* α a, *Contra unionitas Sabellianos* b, *Contra Unionitas Sabelli* m 178...320; *Adversum Iudaeos* Rat. α a b m 321...551; *homuncionitas* Rat., *Contra Homuncionitas* α a m, *Contra homuncionitas .i. ebionitas vel marcionitas* b 552...781; *De natura animae* Rat. α a b m 782...952; *Adversum fantasmaticos qui christum negant verum corpus habuisse* Rat. α a b m (hi ultimi duo cum Rat. *verum hominis corpus habuisse*) 953...1062; *De resurectione carnis humanae* Rat. m, nulla inscriptio α a b 1063...1085. Istos titulos, quemadmodum hodie leguntur, non Prudentii esse, iam summa eorum varietas lectionum in codd. cum ipsorum aetate crescens satis superque docet. Idcirco eos A q u Gis. Il. Heins. Arev. Obb. praetermiserunt. 1. *loquor* Bon. 1 q; *ni* b. 2. *perdita* E q. 3. *Illa* E. 5. *afficere* 1 α. 7. *comprehendier* 1 α u; *illa* om. a. 9. *Iohannes* α [Cfr. C. VI, 108. VII, 46]. 11. *violentia* 1 m. 13. *forma* α Fabr. Gis. Heinsius cum suis Cell. Arev. Obb. [Cfr. infra 436. 437], *formam* Weiss., relqq. nostri et aliorum scripti Ald. Lugd. Sieb. tres Weitz. Chor. Poett. Amstr., *se in formam* coni. Obb. 18. *et* p. *est* A E P, om. *est* T l rr. a; *Sed patris tamen est specimen* T Boh. l; *fas est* A E a. prob. Obb., vulg. lect. confirmat Weiss. 19. *promptum est* a q. 20. *clauso* A E P R (non Weiss.)

1. .177. Patripassianorum confutatio, de quibus vid. Tertull. adv. Prax. c. 1 sqq., August. de haeres. n. 41, Isidor. Orig. VIII, 5.

8. *maiestas*] divinitas. Cfr. Barth. Adv. X, 5.

9. Io. 1, 18; 6, 46.

humanaque acie potuit nequiquam adire.
Quisque hominum vidisse Deum memoratur, ab ipso
infusum vidit natum: nam Filius hoc est,
quod de Patre micans se praestitit inspiciendum
per species, quas possit homo comprendere visu.
Nam mera maiestas est infinita, nec intrat
obtutus, aliquo nisi se moderamine formet.
Hoc vidit princeps generosi seminis Abram,
iam tunc dignati terras invisere Christi
hospes homo, in triplicem numen radiasse figuram
Hoc coniunctantis tractarunt brachia Iacob.
Ipse dator legis divinae accedere coram
iussus, amicitiae coniato qui stetit ore
cominus, et sacris coniunxit verba loquelis,
carnis in effigie Christum se cernere sensit:
sed maiora petens animum per vota tetendit
inconcessa homini, plus quam mortale laborans,
ipsum, quantus erat, sine corpore visere Christum.
Denique post multi sermonis mutua postque
conspectum praesentis heri et consortia longa,
quaeso, ait, ut liceat te nunc Deus optime nosse.
Respondit Dominus: „mea, non me, cernere iustis
posteriora dabo.“ Quid apertius absque aliena,
quam sumat, facie verbum non posse videri?
posse tamen, cum malit idem, nunquam Patre viso
terrenis oculis habitu se ostendere nostro:
saepe et in angelicas vel mortales moderatum

22. *memoratus* N. 23. *gnatum* m Sieh. tres Fabr. Gis. Weitz Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. 25. *Par* Cell.; *quam* A E a (non Laur.), *Par species*, *quam* coni. Arev., *Per speciem quam* mallet Obb.; *possit* E cum Heinss. vetustis omnibus et nostris *α* a q u Ald. Lugd. Heins. Cell. Obb., *posset* Weiss. b m Sieh. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev. 27. *aliquos* u Ald. Lugd.; *ni* B R et cum Heinss. nostri *α* q Ald. Lugd. Sieh. tres Fabr. Heins. Cell. eo certe rhythmus sonorius modulatur, *alioqui in se moderamine* Chor. Poett. 28. *sanguinis* R glossema olet. 32. *diuine α*. 35. *effigiem* Put. 36. *potens* Prag. ap. Mar. 39. *munia* Bon. 41. *ut liceat facie nunc te optime nosse* u. 43. *quod* Ald. 47. *et* p. *vel* Fabr. Gis.; *moderatum* R Put. Weiss. a (pro div. script. cum gl. *temporatum illud verbum*) Ald. Lugd. Heins. Cell. Obb. [Cfr. V, 27, 828. Ps. 274, reflexive], *moderatum est* N T

26. *mera*] quae nullam aliam induit formam ac naturae suae propriam. cfr. S. II. 744 *mera virtus*, P. VI. 11 *calce mera* i. e. *pede nudo*. Quapropter Gif. Ind. Lucr. vb. *merum* id quod *praestans esse parum* recte asserit.

30 sqq. Gen. 18, 2; 32, 35, Exod. 34, 11, C. II, 73.

induci species, queat ut sub imagine cerni.
Hoc verbum est, quod vibratum Patris ore benigno
sumpsit virgineo fragilem de corpore formam.
Inde figura hominis nondum sub carne Moysi
obiecta effigiem nostri signaverat oris,
quod quandoque Deus verbi virtute coactum
sumpturus corpus faciem referebat eandem.
Sed tamen et sentam visa est excita cremare
flamma rubum: Deus in spinis volitabat acutis,
vulnificasque comas innoxius ignis agebat,
esset ut exemplo Deus inlapsurus in artus
spiniferos, sudibus quos texunt crimina densis
et peccata malis hirsuta doloribus inplent.
Inculto nam stirpe frutex vitiosus iniquis
luxuriam virgis inhonesto effundere suco
coeperat et nodos per acumina crebra ligabat.
Cernere erat steriles subito splendescere frondes,
accensisque citum foliis magno inpete late
conlucere Deum, nec spinea laedere texta,
lambere sanguineos fructus et poma cruenta,
stringere mortiferi vitalia germina ligni.
Quandoquidem tristes purgantur sanguine culpae,
quem contorta rubus densis cruciatibus edit.
Ergo nihil visum, nisi quod sub carne videndum,
lumen imago Dei, verbum Deus et Deus ignis,
qui sentum nostri peccamen corporis inplet:
nam lucis genitor, verbi sator, auctor et ignis,

q, *memoratum* A O Laur. α a b m u, *memoratum est* Prag. Rat. 2 m Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev. 48. *Induti* Laur.
54. *simulabat* B W (supra), sed alterius manu, margo trium Sieb.
55. *sentem* Bon. Laur. u, *sentum* (gen. contr.) Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. [Cfr. C. V, 31. A. 73. P. III, 47. S. II, 1039].
57. *alebat* Bon. 61. *Inculta* Prag. 62. *Luxuriem* a q Sieb. I II (non III) Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr.; *iurgis* Ald. Lugd. et fortassis a cum gl. *peccatis*. 63. *nudos* a. 64. *splendore* A. 65. *circum* Ald. Lugd. 68. *orteferi* 1 a; *germana* A. 72. *Numen* a.

55. *sentam*] Exod. 3, 2, cfr. S. II, 1039, P. III, 47, ϑ. 29, Clem. Rom. XX, 6 *οὐχὶ δὲ Μωϋσῆς αὐτὸς σὰρξ ὢν εἰς μέγιστον ἐτράπη φῶς, ὡς μὴ δυνηθῆναι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἀντιβλέψαι αὐτῷ; πολλῷ οὖν μᾶλλον ὁ θεὸς ἑαυτὸν τρέπειν, εἰς ὃ βούλεται, δυνανώτατός ἐστιν.*
65. *magno inpete*] Ov. Met. 3, 79 *Impete nunc vasto*, Sil. It. 13, 248 *praecursus impete*, Gell. N. A. XIX, 7, 7 *magno impete* pro *impetu*.
67. *Per sanguineos fructus et poma cruenta Christi passio figurabatur* gl. a.
74. Cfr. C. III, 1.

creditur extra oculos, ut apostolus edocet auctor,
qui negat intuitu fontem deitatis adiri.
Credite, nemo Deum vidit, mihi credite, nemo.
Visibilis de fonte Deus, non ipse Dei fons
visibilis, cerni potis est, qui nascitur, at non
innatus cerni potis est: latet os Patris illud,
unde Deus, qui visibilem se praestitit olim,
tale aliquid formans in sese, quale secuta est
passio, quae corpus sibi vindicat: ardua nam vis
est inpassibilis, quoniam natura superni
ignis ad horrificas nescit descendere paenas,
nec capit humanis angoribus excruciari,
pura, serena, micans, liquido praelibera motu,
subdita nec cuiquam, dominatrix utpote rerum,
cui non principium de tempore, sed super omne
tempus et ante diem maiestas cum Patre summo,
imo animus Patris et ratio et via consiliorum,
quae non facta manu nec voce creata iubentis,
protulit inperium patrio ructata profundo.
Hanc igitur non flagra secant, non sputa salivis
adspergunt, alapis non vexat palma relisis,
nec perfossa cruci clavorum vulnera figunt.
His adfecta caro est hominis, quam femina praegnans
enixa est sub lege uteri, sine lege mariti.
Ille famem patitur, fel potat et haurit acetum:
ille pavet mortis faciem, tremit ille dolorem.
Dicite sacrilegi doctores, qui Patre summo
desertum iacuisse thronum contenditis, illo

78. *Dei fons* A B R Laur. α m u Ald. Lugd. Sieb. tres Chor. Poett. Amstr. Heins. Cham. Cell. Obb., *Deus fons* Weiss. a b q Fabr. Gis. Weitz. Arev. 79. Post *Visibilis* non distinguunt Ald. Lugd.; *potes est* α 1 m, *poterit* Bon. Vocc. *qui nascitur . . . potis est* non desiderantur in α, ut Arev. asserit, sed suo loco omissa a librario margini inscripta sunt. 83. *quem* T; *vendicat* Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett. Amstr. 91. om. *et* ante *via* T Put. T 2 rr. α. 93. *ructata* cfr. P. 316. 97. *quem* P R cod. Cauch. Weiss. α a b 2 m Gis. Amstr. Heins. (eandem lect. in notis reprehendens et *quam* commendans) Cham. Arev. (non Cell.) [Cfr. C. III, 142]; *est fem.* Colon. 1701. 98. *Enisa* Put.; *uiri* p. *uteri* Bon. 101. *quia* Ald., *qui a* Lugd. ex Aldi correctura. 102. *deum* margo trium Sieb.

75. Io. I. 1. ad v. 9, ep. I, 4, 12, I. Tim. 6, 16.

87. Cfr. S. II, 187.

93. *ructata*] Offendit eiuscemodi metaphora Cellarium. Sed vid. Psalm. 44, 1 *Eructavit cor meum verbum bonum*, coll. C. XI, 18 sqq.

tempore, quo fragiles Deus est inlapsus in artus,
ergo Pater passus? quid non malus audeat error?
ipse puellari conceptus sanguine crevit?
ipse verecundae distendit virginis alvum,
et iam falsiloqua est divini pagina libri,
quae verbum in carnis loquitur fluxisse figuram?
At non, qui verbi Pater est, caro factus habetur.
Fige gradum scriptura tuum, nil mobile et anceps
adfirmasse decet: Pater est, quem cernere nulli
est licitum: Pater est, qui nunquam visus in orbe est,
nec mundana inter radiavit lumina coram.
Verbum conspicuum misit missumque recepit,
cum voluit, verbo praestrinxit viscera purae
virginis et verbo struxit puerilia membra.
Ipse quidem in terris virtute et numine praesens
semper adest quocunque loci, nec pars vacat ulla
maiestate Patris: nusquam est genitor Deus absens,
per verbum sed semper adest, atque inde Philippo
Christus ait: „Tanto tecum iam tempore versor,
et Patrem te nosse negas, quem perspicis in me?“
Est invisibilis donum Patris edere natum
visibilem, per quem valeat Pater ipse videri:
nec solis sanctorum oculis, sed lumine cassis.
Caecorum caecos loquor, atra socordia quorum
corde tenebroso verum perpendere nescit:
quem si perspicuum mortalibus inficiaris,
fare age, quem videat Babylonis ab arce tyrannus

103. *fragilis* cum gl. *filius* a (unde corrigas Arev.); *inlabsurus* Put. 105. *Ipse* A P R W (supra) Laur. Weiss. α a u Ald. Lugd. Heins. Obb., *Ille* Prag. Rat. b m q Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Cell. Arev. Idem pron. bis positum e consilio est poetae obiurgiose provocantis. 112. *orbe* absque *est* b. 115. *Conuoluitur* q; *perstrinxit* T. 117. *numine* supra al. man. *ℓ munere* m, quod est in marg. trium Sieb. 118. *ubicumque* A E P a, in quo ad oram *ℓ quocunque* Cauchii coniectura et Obb. (non Weiss.), *et ubique* 2 R, *ubique* gl. interlin. m [Cfr. P. II, 431]; *pars vacat una* Bon. 119. *nusquam est genitor deus absens Per verbum, sed* distinguunt Ald. Lugd. 122. *conspicis* u eleganter. 123. *innisibilis* Fabr. 124. *Visibilis* Prag. 126. *caecis* cum gl. *oculis* Prag.; *secordia* Ald. Lugd. Weitz., *et sōcordia* ob metrum prob. Arev. [Cfr. C. I. 34]. 127. *verbum* T α u. 128. *Quem qui* supra *si* b. 129. *videant* Bon., *videar Babylonis ab arce tyranni* Ald. Lugd.

109 sqq Io. 1, 14; 6, 46. 120. Io. 14, 9.

innocuas inter flammas procul expatiantem,
calcantem rapidos inadustis fratribus ignes?
Nempe ait, o proceres, tris vasta incendia anhelis
accepere viros fornacibus, additus unus
ecce vaporiferos ridens intersecat ignes.
Filius ille Dei est, fateorque et victus adoro:
inrisas removete faces, taedasque tepentes
subtrahite, en friget succensi sulphuris ardor.
Filius, haud dubium est, agit haec miracula rerum,
quem video, Deus ipse, Dei certissima proles,
inperat inmensis ardoribus et domat iras,
insultans famulante rogo, piceosque furores
conprimit et rabiem flammarum algescere cogit:
barbaricos calida aura sinus non tangere iussa
praeterit, et tenues stridens transcurrit amictus.
Ipse per Assyrias vetitus vapor ire tiaras,
ne coma fusa humeris fumo obsordescat amaro.
Haec ait, et varios iubet obmutescere cantus,
organa, sambucas, citharas calamosque tubasque.
Stulta superstitio tacuit, vox festa quievit,
quae male conspicuae celebrabat imaginis aurum.

130. *inspatiantem* Prag. Rat. Weiss. b m q u Fabr. Gis. Weitz. 132. *tris* Put. 1 α a q, *tres* relqq. (et Laur.). 133. *Aeccipere* a. Fortasse *Excepere*. 135. *fateor quem victus* O Ald. Lugd. Sieb. tres Chor. Poett., *fateor quem et victus* b. Fabr. Gis., *fateor: quem euictus* u, *fateor et victus* Prag. 137. *en* Prag. Rat. Weiss. et relqq. nostri Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev. Obb., om. *en* Ald. Lugd. Heins. cum duobus princip. Cell. [Cfr. S. I, 54]. 138. Aldi mendum *ait* repetiit Lugd. 143. *iussa* α distincte. 144. *pereurrit* Prag. 145. *Inde* p. *Ipse* Prag.; *Assyrios* Put. α Heins. Cell., ut *sacerque tiaras* Virg. VII, 247; *metuit vapor* R Weiss. et pro div. script. A m (non Laur.) Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Heins. Cell., *Ire per Assyrias vetitus vapor ipse tiaras* Gis. cum alt. ad oram. 146. *Nec* A. 147. *obmutiscere* 2 α.

130. Dan. 3, 20 sqq. Boldettus (Osservazioni sopra i Cimiterj de' Santi Martiri ed antichi Christiani di Roma) I, 39 tres pueros igne probatos e vitro antiquo delineavit.

138. *Beatus Hieronymus dicit, illum quartum, qui in igne tyranno apparuit, angelum fuisse; sed iste Prudentius cum domno Augustino affirmat, eum dei filium esse* gl. a.

143. *barbaricos*] *sarabanas, femoralia, quibus utebantur, cum inter barbaros versarentur* gl. a, Dan. l. l. *sarabora* vel *saraballa* (corrupte *sarabara* aut *saraba*), vestes sinuosae et purpureae, vid. Winer. Reallex. s. v.

148. *organa*] *duo sunt organorum genera, unum maximum aliud minus, quod manibus portari potest; de quo in psalmo dicitur: Suspendimus organa nostra; citharae tres cordas habet* gl. a.

150. *imaginis aurum*] statuam auream, quam fecit Nabuchodonosor rex, intelligit Arev.

Carmina sanctorum resonant iam sola virorum
triplice concentu regem laudantia caeli:
qui mare, qui terras, qui lucida sidera fecit,
ignibus et mediis securos texit alumpnos.
Semper in auxilium sermo Patris omnipotentis
descendit servando homini, mortalia semper
admiscenda sibi proprio curavit amore,
ut sociauda caro dominoque inplenda perenni
degenerem vitam, quae tunc animalis agebat,
exemplo mutaret heri similesque per artus
cernere consortem terreni adsuesceret oris,
participemque suum visu velut obside nosse
et consanguineo paullatim accedere Christo.
Ergo animalis homo quondam: nunc spiritus illum
transtulit ad superi naturam seminis, ipsum
infundendo Deum mortalia vivificantem.
Nunc nova materies solidata intercute flatu,
materies sed nostra tamen, de virgine tracta,
exuit antiquae conrupta exordia vitae,
inmortale bonum proprio spiramine sumens.
Filius ille hominis, sed filius ille tonantis,
iam solus vultum Patris adspicit et videt ipsum.
Nemo Patrem novit nisi Filius, et cui monstrat
Filius, et nostri mediator et omnipotentis.
Denique concludam brevis ut conpendia summae:
Non Pater in carnem descendit, sed Patris arcem
sumpta caro adscendit, Natus per utrumque cucurrit.
Cede, profanator Christi, iam cede, Sabelli,

151. *resonantia* 1 b m (heic cum gl. *erant*) u, eodem spectat gl. Isonis, *resonant iam* cett. 152. *Triplice concentu* Put. Heins. Obb. [A. 383. C. V, 162. H. 72. Ps. 833. P. VI, 142], *Quae triplici cantu* 1 Weiss., *Contriplici centu* 2 Weiss., sed manu aeque vetusta, *Concentu triplici* cett. [A. 30. H. 494]. 159. *quae* A E N O R W Laur. Put.-Rat. (supra) m q Ald. Lugd. Cauch. Heins. Cell. Obb., *quam* T et cett. 160. *fragilesque* T; *actus* A N O P T 3rr. 1 Weiss. b (pro div. script. ad oram) q u. Excidit hic versus exemplari Put. [Cfr. IV, 77]. 169. *corrupte* 1 a. 171. *tonantis* m in textu, *regnantis* ad oram. 172. *solum* Ald. Lugd. 174. *omnipotentis* absque *et* a [Matth. 11, 27]. 175. *comprehendia* mutatum *comprendia* a. 178. *nam* u.

160. *heri*] „*Christi* explicat Cell., sed est sententia: Verbum Patris in terram descendit, ut homines, quorum vita tunc vitiosa erat, cum Deo coniungerentur (v. 88), ad ipsius exemplum mutarentur, et per Christum hominem Patris similem cernere possent.“ *Obb.* Iam Iso interpr. *Dei*.

178...320 Contra Sabellium et Unionitas disputatio.

depositorque Patris Natique insane negator.
Nonne Patrem violas, dum Natum scire recusas?
quandoquidem non est genitor, nisi filius extet,
nec vocitare patrem potis es, quem germine fraudas.
Sed fortasse velis patriae pietatis honore
despoliare Deum, contentus nomine nudo,
quod Deus est, adimasque decus Patris et generis vim.
Ecquis in idolio recubans inter sacra mille
ridiculosque deos venerans sale, caespite, ture,
non putat esse Deum summum et super omnia solum?
Quamvis Saturnis, Iunonibus et Cythereis
portentisque aliis fumantes consecret aras:
attamen in caelum quotiens suspexit, in uno
constituit ius omne Deo, cui serviat ingens
virtutum ratio variis instructa ministris.
Quae gens tam stolida est animis, tam barbara linguis?
quaeve superstitio tam sordida, quae caniformem
latrantemque throno caeli praeponat Anubem?
Nemo Cloacinae, aut Eponae super astra deabus
dat solium, quamvis olidam persolvat acerram,

179. *Depositos* a. 184. *Dispoliare* A a m q (non Laur.). 186. *Ecquis* R Fabr. Gis. Heins. Cell. Arev. Obb. [Conflatum est ex *et quis*, vel Prisciano docente p. 556 ed. Putsch. ex *en quis*], *Et quis* Laur. Weiss. *α* b m q u Ald. Lugd. Sieb. tres Weitz. Chor. Poett. Amstr., ex altero natum est literarum transpositione *Nequis* a et corruptum *Necquis* A E, Marietus ex Rat. „*Quisnam idolorum* ab inepto correctore aliis abr.“, *ut quis* supra *et* W. 187. *Rudiculosque* a, *Ridiculosque* supra *u* b. 188. *putet* 1 b. 189. *ceteris dis* Bon., *cythareis* u. 191. *in caelo* u; *quotiens* Laur. *α* b m q Weitz. Obb., *quoties* relqq.; *in imo* Prag. 196. *Anubim* Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. 197. *cloatinae* u; *Eponae* Heinss. praestantiores cum T2rr. Prag. Rat. *α* b m Fabr. Weitz. Heins. Cell. Arev. Obb., *aeponae* Weiss., *ypone* a, *Hippo* Gis. Amstr., *tiphonae* A N O q u Ald. Lugd. Sieb. tres Chor. Poett., *Equonae* coni. Barth. l. l. XXVI, 11. 198. *olidam* B (alt. ad marg.) R Prag. Rat. 2 Weiss. (*solidam* 1 Weiss.) m (cum gl. *olentem*) Gis. Amstr. Heins. Cell. Arev. Obb. [Cfr. Iuv. VIII, 157], *solidam* A Laur. *α* a b q u Gif. in quinis exemplaribus Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett., utramque lect. cognovit Iso. [*Solidam* de plenis atque perfectis honoribus intelligas].

180. I. Io. 2, 23.
186. I. Cor. 8, 10 ib. interpr.
187. Cfr. P. III, 122, V, 50.
196. *Anubem*] Osiridis et Nephthydis filium cum canino capite. Diod. Sic. I, p. 77, Virg. Aen. VIII, 698 *et latrator Anubis*. Prop. IV, 11, 41 (Lachm.), Arnob. II, fin.
197. *Cloacinae*] Cloacina cloacis dea praesidens. Plin. XV, 29, 36, Lact. I, 20. 11, Salmas. ad Tertull. de pall. p. 330. — *Eponae*] mulionum dea stabulis praeest. Schol. ad Iuven. VIII, 157, Plutarch. vit. paral. p. 312, E: ἔστι θεὸς πρόνοιαν ποιουμένη ἵππων [al. ἱππώνων].

sacrilegisque molam manibus rimetur et exta.
Consule barbati deliramenta Platonis,
consule et hircosus Cynicus quos sompniat, et quos
texit Aristoteles torta vertigine nervos.
Hos omnes quamvis anceps laberinthus et error
circumflexus agat, quamvis promittere et ipsi
gallinam soleant aut gallum, clinicus ut se
dignetur praestare Deus morientibus aequum:
cum ventum tamen ad normam rationis et artis,
turbidulos sensus et litigiosa fragosis
argumenta modis concludunt numen in unum,
cuius ad arbitrium sphera mobilis atque rotunda
volvatur serventque suos vaga sidera cursus.
Non recipit natura hominis, modo quadrupes ille
non sit, et erecto spectet caelestia vultu,
non recipit, neget ut regimen pollere supremum.
Istud et ipse Numae tacitus sibi sensit haruspex,
semifer et Scotus sentit cane milite peior.

199. Post *manibus* commate male distinguunt Ald. Lugd. Weitz., *scrutetur et exta* Weiss. 200. *Consule et* u; om. 200 A. 201. *hircosus Cynicus quos* A 2 E Put. u Gif. (Iud. Luc. *solida*) Heins. Cham. Cell. Obb., *hircosus Cynicus quod* P R T Prag. (in quo quidem *quid*) T3rr. α a 2 m Ald. Lugd. Weitz. Arev., *hircosos cynicos quos* B (ubi *quod*) W Rat. Weiss. b (heic *quis*) q 1 m Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr.; *quis somniat* supra add. in a, una voce infra abrasa. 202. *Aristotelis* W, *aristotiles* α b; *tota* u Teol. 203. *laberinthus* B W (hic *laborinthus* supra) α 2 a b m q u Weitz. Obb., *labyrinthus* 1 a Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev. 207. *Convertunt tamen* Prag. Rat. b m Weitz. (non P), *Convertum* q; *arcis* ad oram *artis* Prag., *aras* α. 208. *Turpidulos* A E Bon. 209. *concludent* a; *nomen in unum* u. 212. *quadrupes modo non sit Ille sed* subrogatum in Rat. priorib. abr. Om. 212. 213 A. 214. *regnum* Prag. 215. *stud et ipse* a: excidit litera versus initialis, ut plus solito videre est in huius codicis libb. contra Symm. 216. *Scotus* A Laur. q u Gis. Amstr. Heins. Cell. Obb., *Scottus* P α a Ald. Lugd., *cottus* 2 B W Rat. b m (supra *l gothus. unde alpes cotticae*) Weitz. Arev., *Coitus* (? *Cottus*) Prag., *Gothus* 1 B Sieb. tres Fabr. Chor. Poett. *Semifer et rectus* Weiss., sed *s*$^{c}$*otus* in marg.

201. *hircosus Cynicus*] Cfr. Cic. Off. I, 35. 41.

205. *gallum*] Socrates cum vitae finem appropinquare videret, *Aesculapio*, inquit, *o Crito, gallum debemus;* nam ex hac vita emigrationem salutis reparationem censebat. Cfr. Platon. Phaedon. in fine et Fest. in *Insula.*

209. *Philosophi licet diversis numinibus litarent, tamen unum deum esse dicebant sine aliquo sexu; sed in maioribus operibus quasi masculum, in minoribus vero quasi feminam asserebant. Unde Soranus: Iuppiter omnipotens rerum regnumque* (legumque?) *repertor, Progenitor genitrixque deum, deus unus et omnis* gl. a.

210. *sphera*] ex licentia quam Prud. etiam in corripiendis gr. diphthongis passim admittit, ut 331 *enigmata* et C. VI, 142.

216. *Scotus*] Cfr. Pomp. Mel. III,

Sed nos, qui Dominum libris et corpore iam bis
vidimus, ande fide, mox carne et sanguine coram,
quique voluminibus vatum cruce teste probatis,
rimantes digitos costarum in vulnera cruda
mersimus et manuum visu dubitante lacunas
scrutati, aeternum regem cognovimus Iesum:
abiurare Deo titulum nomenque paternum
credimus esse nefas, qui regem protulit ex se:
non regem populi Parthorum aut Romulidarum,
sed regem summae et mediae rationis et imae
atque ideo rerum Dominum et super omnia regem.
Carnis habet medium, summum Patris et Stygis imum.
Defluit his gradibus rursusque revolvitur in se:
est Deus, est et homo, fit mortuus et Deus idem est.
Omnia percurrit naturae munia pronae,
ut rursum Patris in gremium replicata reportet
mortua, quae fuerant, ipsos quoque subvehat artus.
Haec fore cum veterum cecinissent organa vatum,
nos oculis, manibus, congressu, voce, loquela
experti, heroum tandem intelleximus orsa
priscorum et viso patefacta oracula Christo.
Haec est nostra salus, hinc vivimus, hinc animamur,
hoc sequimur, nunquam detracto nomine Nati
adpellare Patrem, Patris et sine nomine nunquam
natum nosse Deum: nunquam nisi sanctus et unus
spiritus intersit, natumque Patremque vocare:
sic tamen haec constare tria, ut ne separe ductu

218. *fidem* P; *sanguine cordis* Bon. 219. *Quinque* A E 1 a q Ald. Lugd. Sieb. tres Chor. Poett. (non Weiss.); *probatus* m. 221. „*Misimus* Weiss., ut iam Cort. ad Luc. III. 748. adnotavit, sed v. 223 *dō* in eod. extat, non *deum*, ut idem l. l. male dixit.“ *Obb. atque manum* Prag. 222. *regem veneramur Iesum* Rat. 223. *Deum* A P a q u. 226. om. *et* ante *mediae* u; *regionis* Gif., *stationis* ex Heinsii coniectura receperunt Cham. Cell. [Cfr. 193. 330. 553]. 227. Om. punctum post *regem* Ald. Lugd. 229. *Defuit* 1 α. 230. *et fit* B Rat. b m q Sieb. tres Chor. Poett. Amstr. Arev., *fit* Laur. Prag. α a u Ald. Lugd. Fabr. Gis. Weitz. Heins. Cham. Cell. Obb. 232. *Et* E 1 R Ald. Lugd.; *sursum* N T Bon. Put. α m q Heins. Cell. Arev., *rursus* A, *rursum* Prag. Rat. a b u Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Obb. [Cfr. supra 228. H. 832]. 243. *ne* supra *l non* Prag. m; *sapare* 1 α; *dictu* Prag.

6, 5, Hieron. ad Iovin. II, 6 *Quid loquar de ceteris nationibus, quum ipse adolescentulus in Gallia viderim Scotos, gentem Britannicam, humanis vesci carnibus* sqq. — *cane mi-lite*] *molosso* Iso, *cane castrense* expl. Cham., *qui occisorum in praeliis carnibus vescitur*. Frustra. Cfr. Obbar. ad Hor. Ep. I, 2, 67, p. 186. ed II.

tris faciam, tribus his subsistat sed Deus unus.
Nec Pater ipse autem, qui Filius, ut quia natum
scimus ab innato, vere Pater et sata vere
sit soboles: nec sit genitor sibi filius ipse,
sive Pater natus fuerit, sive ipse repente.
Perquam ridiculum est et futile, natus ut ex se
nascendi nova materies ac se Deus ultro
ediderit natumque sibi se fecerit ipsum.
Nil falsum aut mendax divina vocabula fingunt.
Qui Pater est, gignendo Pater, tum Filius ex hoc
Filius, auctore ut genitus quod sit Patre summo,
summus et ipse tamen, nec enim minor aut Patre dispar.
Unde in utroque operis forma indiscreta, nisi omnem
vim maiestatis patriae generosus haberet
Filius idque Deus genitor, quod Filius, esset?
Pergunt ulterius scrutantes, quid sit id ipsum
gignere, si fas est humanos tendere gressus
usque ad secretum, quod tempora cuncta diesque
praevenit antiquos, et principium super ipsum
eminet et, quodcunque potest homo quaerere, transit.
Cum sit difficilis via noscere principiorum
semina, cui dabitur mortali exquirere, quidnam
ultra principium Deus egerit? aut quo pacto
ediderit verbum, quod principio caret omni?
Hoc solum scimus, quod traditur esse Deum, quem

244. *Tris* ex α Ald. Lugd. Weitz., *Tres* relqq. (et Laur.); *faciat* Prag. 247. *subolis* A (ap. Obb.), *sobolis* A (asserente mihi Ieepio) E α (non Laur.). 248. *Sive supernatus fuerit sibi ipse repente* Put., *sibi ipse* leg. etiam A a q, *sibi et ipse* Bon., lect. vulg. confirmat Weiss. Ex nostris istum ordinem servant Laur. m q u Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Obb., Heinsius cum suis omnibus praeponit 249. 248 et legi posse putat: *Perquam ridiculum est et futile, natus ut ex se Sive supernatus fuerit sibi, ipse repente Nascendi nova materies*, quod expr. Cell. Possis etiam: *sibi et ipse repente Nascenti nova materies ... Heins.* Ordinem Heinsianum servant α a b Arev. 249. *futtile* E R Weitz. 252. *Ni* b q haud male. 254. *ut* om. Put. Heins. (non Cell.); *qui* ex Heinsii coniectura Cell.; *si* a. In fine 253 male puncto distinguunt Ald. Lugd. interpunctione post *summo* neglecta. 257. *generosus patriae* m Weitz. mendose ordinant. 258. Contra sententiarum nexum post *esset* puncto distinguunt Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. 259. *quod* A E a b q. 260. *gressus* A E O (pro discrepanti script.) P a *t sensus* supra, quod exh. relqq. cum Weiss. Inductae metaphorae illud respondet. 261. *cuncta* om. A. 262. *Sprevit* A P a. 265. *qui* Put. 268. *scimur* q; *inditur* Put. ap. Obb., non ap. Heins.; *deus quem* α Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Cell., *deumque* Ald. Lugd.

non genitus genitor generavit, et unus et unum,
integer integrum, non coeptum, sed tamen ortum,
et conperpetuum retro Patris et Patre natum.
Sed nec decisus Pater est, ut pars Patris esset
Filius, extendens nec se substantia tractim
produxit minuitve aliquid de numine pleno,
dum mutata novum procudit portio natum.
Non convertibilis, nec demutabilis unquam
est Deus, aut gignendo aliquid sibi detrahit: atqui
totus et ex toto Deus est, de lumine lumen.
Quando autem lumen sine lumine, quando refulgens
lux fulgore caret, quando est ut proditus ignis
ignem diminuat, quando Pater et Deus et lux,
non lucis Deus et Pater est? qui si Pater olim
non fuit et serum genuit post tempora natum,
fit novus, inque novum ius proficit. Absit, ut unquam
plenus proficiat, qui non eget incremento.
Et Deus et genitor lumenque et gloria semper
ille fuit, nec post sibi contulit, ut Pater esset.
Sic fit, ut aeternum credamus cum Patre Christum,
illo auctore satum, cui nullus praefuit auctor.
Haec tu si dubitas nati mysteria Christi,
perdite, catholica non es de plebe, sed unus
de grege turifero, venerator Deucalionum,

269. *generavit et* ex Heinsii coniectura Obb., *generavit* A R Put. Cell. Teol., *generaverat* m et pro div. lect. q, *generaverit* Weiss. cum cett. 271. *Et cumperpetuum* q; *retro Patris et* A E T Put. α u Heins. Cell. Obb., *retro Patri sed* Weiss. b q Weitz. Amstr. Arev., *retro Patris sed* a m Ald. Lugd., *Patris retro sed* Sieh. tres Fabr. Chor. Poett., *Patri retro et* fuisse Heinsius existimat. 273. *tractum* 1 a, *tactim* E. 274. *minuit vel* Rat.; *nomine* A u. 275. *producit portio* aliquis notavit in marg. Weitzii ed. ap Arev. 277. *atquin* a, *atque* Ald. Lugd. 278. *et* om. a u. 279. *lux est* p. *lumen* u. 280. *prodigus* R Gif. ex vet. cod. p. 483 tres recentiores Heinsiani 2 α q Ald. Lugd. Weitz. (non B W). Exc. vocc. *quando est ut proditus ignis Ignem diminuat* u. 281. *deminuat* Ald. Lugd. Sieh. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Cell., sed cfr. S. II, 553. 282. *at Pater* Gis. I, *aut* coni. Arev., *pater et deus est* Rat. 283. *servum* Lugd. 284. *proficit* supra *crescit* α, quod glossam puto. 285. *neget* 1 m. 290. *dubites* B W b m q Weitz.

292. *De grege turifero*] ex paganis unus. Barth. Adv. XLI, 24, Sen. Oed. 306, Schol. ad Stat. Theb. IV, 4, 411, August. C. D. XVI, 38, Elmenhorst. ad Arnob. I, p. 37. — *Deucalionum*] pluralis num. contemptim. Cfr. P. X, 410.

devotus cippo, ficulni et stipitis unctor.
Quin potius scrutare Dei signacula in ipso
fonte vetustatis, percurre et scrinia primi
scriptoris, quem non bardus pater aut avus augur,
fabula nec veteris famae nec garrula nutrix,
nec sago clangore loquax et stridula cornix
rem docuere Dei, sed coram proditus ipse,
ipse Deus trepidum mortalem mitis amico
inbuit adloquio, seque ac sua summa retexit.
Nimirum meminit scriptor doctissimus, illo
orbis principio non solum, nec sine Christo
informasse Patrem facturae plasma novellae.
„Fecit", ait, „condens hominem Deus et dedit olli
ora Dei." Quidnam est aliud, quam dicere, solus
non erat atque Deo Deus adsistebat agenti,
cum Dominus faceret Domini sub imagine plasma?
Christus forma Patris, nos Christi forma et imago,
condimur in faciem Domini bonitate paterna,
venturo in nostram faciem post secula Christo.
Possum multa sacris exempla excerpere libris,
ni refugis, quae te doceant, non in Patre solo
vim maiestatis positam, sed cum Patre Christum
esse Deum, velut illud ait genealogus idem:
„A Domino Dominus flammam pluit in Sodomitas."

293. *et* om. A O u Ald. Lugd. Amstr. Obb.; *unctor* supra *auctor* P. 295. *percurre et* Prag. α u Fabr. Gis. Obb., om. *et* A 1 R a b m q Ald. Lugd. Sieb. tres Gis. I Weitz. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev. metro renuente. [Cfr. S. I, 54], *percurrens* Rat., *ns* ex corr. 296. *Barrus* Prag., *pardus* b, illud Iso legisse videtur, unde corruptum *baburrus*; *augur* exc. u. 301. *eloquio* Prag. Rat. b m (non Laur.) Weitz. Arev. 305. *illi* m u. 307. *Deus Deo* Cell. 311. *secla* A. 313. *docent* α. 315. *ipse* u, *ille* Ald. Lugd. Sieb. tres Chor. Poett. Cell. 316. *flammam* α Heins. ex vetustioribus Cell., *flamma* Cauch., *flammas* A Laur. a b m q u Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev. Obb.

293. *ficulni stipitis*] *unde in Horatio* (I. Sat. 8, 1) *legitur, Priapum in senatu deorum dixisse: Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum, Cum faber, incertus scamnum faceretne Priapum, Maluit esse deum* gl. a. — *unctor*] Idola e ligno aut lapide sculpta ungebant, Cfr. S. I. 203, Min. Fel. I, 3 ibid. Cell. interp. 296. *primi scriptoris*] *Moysis* Iso. — *bardus*] Festus: *Bardus Gallice cantor appellatur, qui virorum fortium laudes canit, a gente Bardorum.* Cfr. Lucan. I, 449. gl. a: *Bardus quidam stultus, crudelis et paganissimus fuit, a quo omnes bardici vocantur: unde hic stultum significat.*

298. *cornix*] Virg. Ecl. 1, 18; 9, 15.

316. Gen. 19, 24.

Quis Dominus, de quo Domino, si solus ab arce
siderea spectat Pater aut ardescit in iras?
Filius armatam domini Patris ignibus iram
spargebat Dominus: sunt unum fulmen utraque.
Haec si Iudaicos sic intellecta rigassent
auditus, stupidas ut possent tangere fibras;
audissent Dominum virtutum, qui pereuntes
venerat ut servaret oves: sed ab auribus omnis
fluxerat ornatus, caput et iam coctile Baal
finxerat auriculasque suo spoliarat honore.
Dux populi peccantis adest de monte corusci
luminis adloquioque Dei, tabulasque tremendo
incisas digito caeca ad tentoria defert.
Sed cadit in faciem plebs non visura profundae
legis in effigie scriptum per enigmata Christum.
Infelix, quae luce oculos praestricta paventes
texerit et presso faciem velarit amictu!
at nos relecto Christum velamine coram
cernimus atque Deum vultu speculamur aperto:
nec sub lege gravi depressa fronte iacemus,
sed legis radium sublimi agnoscimus ore.
Heu frondosa prius ramis felicibus arbor,
pinguibus heu quondam radix oleagina bacis!
Ecce tibi inserto revirescit nunc oleastro
truncus et externi vestitur cortice libri!
Iam miserere tui: non se silvestris olivi
surculus exultans alieno stipite iactat:

320. *flumen* a; *utraque* A R Prag. α a b m q u Ald. Lugd. Sieb. tres Gis. Weitz. Chor. Poett. Heins. Cell. Arev. Obb., *uterque* Prag. in marg. Cauch. Fabr. Gis. I Amstr.; *sed idem sunt utraque fulmen* Rat. ex corr. [Cfr. Prolegg. et C. X, 5. P. III. 80 etc.). 322. *ut possent* A R nonnulli ex Heinss. Laur. Weiss. α a u Ald. Lugd. Sieb. tres Gis. Chor. Poett. Amstr. Arev. Obb., *ut possint* N P Put. q Heins. Cell., *aut possent* b m Fabr. Weitz. 325. *et* om. 1 a; *Bahal* α m omnes ap. Mar. Ald. Lugd. Sieb. tres Weitz. Chor. Poett. Amstr. 326. *que* om. A. 331. *Regis* A E a. 332. *lucem* a; *perstricta* A E P α a u [Vid. v. 435].

334. *relecto* A P R Laur. α a b (in marg. pro div. script.) q u Ald. Lugd. Sieb. tres Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Obb., *detecto* b (in textu) m margo trium Sieb. Fabr. Weitz. Arev. 338. *arbos* a b m q u Gis. Weitz. Arev. 340. *reuiuiscit* u. 342. *sis* p. *se* A B E P W Rat. Weiss. a m q margo trium Sieb. 343. *Surculos* 1 m.

321...551. Iudaeos coarguit refellitque.

324 sqq. Matth. 15, 24, Exod. 31, C. XII, 194.

331. *enigmata*] De quantitate cfr. 210, C. VI, 142.

333. II. Cor. 3, 13...15.

340 sqq. Rom. 11, 17 sqq.

sed monet, ut generis proprii memor unguine amaro
contristare comas desuescas, stirpe nec imo
invideas missis in celsa cacumina virgis.
Blasphemas Dominum, gens ingratissima, Christum.
Pascha tuum dic, dic, cuius de sanguine festum
tam sollempne tibi est? quis tandem caeditur agnus
anniculus, sacer ille tibi redeuntibus annis?
sed sacer in pecude, stultum est sic credere sacrum:
sanguine balantis summos contingere postes,
lascivire choris, similaginis azymon esse,
cum fermentati turgescant crimine mores.
Non sapis inprudens nostrum te effingere pascha?
legis et antiquae praeductis pingere sulcis
omne sacramentum, retinet quod passio vera,
passio, quae nostram defendit sanguine frontem
corporeamque domum signato conlinit ore?
Hanc fugit exclusis Aegyptia plaga flagellis,
haec regis Pharii regnum ferale resolvit,
deque potestatis mundanae grandine densa
eripit Abraham cum stirpe et gente fideli.
Abrahae genus est verum, cui sanguis in ore
creditus inscriptusque rubet, cui visus in orbe
haud dubitante fide Deus est, Deus ex Patre verus.
Ille Deum vidit, visum mox credidit: at tu

346. *in* om. a; *caeca* 1 Put. 349. *Iam* B. 350. *Agniculus* a q. 351. *sacrum in pecude* 1 Put.; *stultum est sic credere Christum* q; *in pecude est stultum sic* Fabr., *Sed sacer in pecude est stultum, si credere sacrum* Gis., quod mutavit in vulg. 353. *similaginis, azymon* Fabr.; *ense q.* 355. *fingere* Ald. Lugd. 356. *praedictis* u. 359. *Corporeaque* q. 360. *Aegypti* Gis. 1 Amstr., *Aegyptica* P; *plaga flagellis* A N O T Laur. a q u Ald. Lugd. Sieh. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev. Obb., *plaga procellis* R Put. Weiss. α a (pro div. lect.) b m margo trium Sieh. Weitz. 361. *Farii* α (non Laur.) Weitz., *pharii* Laur. u Arev. 364. *sanguinis* A R. 365. *Creditus* A T T 2 rr. α Heins. Cell. Obb., *Credimus* R, *Creditur* a b m q u Ald. Lugd. Sieh. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev. 366. *vero* O.

344 sqq. *unguine amaro comas contristare*] „*Genus proprium* Iudaeorum est a patriarchis: *unguen amarum* perversitas et repugnantia contra fidem maiorum; *comae* frondes sunt arboris degeneris, quae malo succo suo unguine inficiuntur; *imus* stirps radices, ex quibus Christiani." *Cell.* — *contristare*] Cfr. C. V, 93, *tristis* = *amarus.*

349. Exod. 12.

358. *defendit sanguine frontem*] „Typo antitypum opponit. Hoc est: Christi sanguinem, passionem et crucem, qua frontem signamus et domum corpoream, sanguini paschalis agni, quo postes olim signabantur." *Cell.*

posteritas carnis, carnaliter omnia cernens
carnis opus sub lege geris, quam spiritus inplet
interior: nec enim caelo lex carnea fluxit,
quam tu carne colis: sed Christo feta meamque
spem paritura utero. Quam spem? nisi numinis almum
lumen et adventum Domini, quem viderat Abrae
prima fides nostrisque pater promiserat olim
perspiciendum oculis et legis voce probandum,
nec solum legis: nam quae iam littera Christum
non habet, aut quae non scriptorum armaria Christi
laude referta novis celebrant miracula libris?
Hebraeus pangit stilus, Attica copia pangit,
pangit et Ausoniae facundia tertia linguae.
Pilatus iubet ignorans: „I scriba, tripictis
„digere versiculis, quae sit suffixa potestas,
„fronte crucis, titulus sit triplex, triplice lingua.“
Agnoscat Iudaea legens, et Graecia norit,
et venerata Deum percenseat aurea Roma.
Quidquid in aere cavo reboans tuba curva remugit
quidquid ab arcano vomit ingens spiritus haustu,
quidquid casta chelys, quidquid testudo resultat,
organa disparibus calamis quod consona miscent,
aemula pastorum quod reddunt vocibus antra,
Christum concelebrat, Christum sonat, omnia Christum

368. *credens* 1 W 1 b m supra pro var. lect. (non Laur.) Weitz. Arev. 370. *lex caelo* transp. u Ald Lugd. Sieb. tres Fabr. Chor. Poett. Amstr. Obb. 371. *fixa* Ald. Lugd. Sieb. tres Chor. Poett. Amstr. 372. *luminis* 1 B W (supra) a (pro div. script.) 1 m Gif. l. l. p. 483. Weitz. Arev. (non Weiss.). 373. *abra et* α, *abrahae* m u. 374. *que* om. R. 375. *Perficiendum* Prag. 376. *Non* u; *namque iam* Ald. Lugd. 377. *aut* om. α, *an* exh. u (non Laur.) 378. *refecta* supra *l referta* Rat. 379. *pingit stilus* α. 381. *I scriba* R vetusti paene omnes Heinss. α Ald. in Emend. (qui ediderat *sicriba*, unde *I sicriba* Lugd., *sicriba* Nebr.) Heins. Cell. Arev. Obb., *I* om. A a m q, *o scriba* u, *inscripta* b, *scribenda* Rat., *Tu scriba* Prag. Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. vulg. Chor. Poett. Amstr. [Cfr. C. XII, 99]. 383. *triplice* Rat. 385. *area* 1 m. 386. *Quicquid in aere canore boans* Ald. Lugd., *Aere cavo quidquid reboans* Fabr. 387. *haustus* Prag. Versus in textu α desideratus man. prim. in marg. adiunctus extat. 391. *concelebrant* Rat. 1 α 2 b 1 m; *sonant* 2 b; *concelebret . . . sonet . . . loquantur* B Sieb. tres Fabr. Chor. Poett.

377. *armaria*] *scrinia, volumina* Iso. Ita Ignat. ep. ad Philipp. VIII. recens prolix. (nostrae P. P. App. ed. p. 286) ὅτι ἐὰν μὴ ἐν τοῖς ἀρχείοις εὕρω τὸ εὐαγγέλιον οὐ πιστεύω, in *archivis = documentis*. Cfr. locum in eiusdem ep brevior. recens. c. VIII (nostrae ed. p. 180).
381. Io. 19, 19, 20.
382. *Digere*] *exprimere* gl. b.

muta etiam fidibus sanctis animata loquuntur.
O nomen praedulce mihi, lux et decus et spes,
praesidiumque meum, requies o certa laborum,
blandus in ore sapor, fragrans odor, inriguus fons,
castus amor, pulcra species, sincera voluptas!
Si gens surda negat, sibi tot praeconia de te,
tam multas rerum voces elementaque tantae
nuntia laetitiae, stolidas intrare per aures:
audiat insanum bacchantis energima monstri,
quod rabidus clamat capta inter viscera daemon,
et credat miseranda suis. Torquetur Apollo
nomine percussus Christi, nec fulmina verbi
ferre potest: agitant miserum tot verbera linguae,
quot laudata Dei resonant miracula Christi.
Intonat antistes Domini: Fuge callide serpens,
exue te membris et spiras solve latentes,
manciplum Christi, fur conruptissime, vexas.
Desine, Christus adest, humani corporis ultor;
non licet, ut spolium rapias, cui Christus inhaesit.
Pulsus abi, ventose liquor, Christus iubet, exi.
Has inter voces medias Cyllenius ardens
eiulat, et notos suspirat Iuppiter ignes.
Ecce Gerassenos legio ruit effera porcos,
et post multiplices busti sub rupe catenas
paenarum gemitus longis grunnitibus edit.
Clamarat, sed ab ore hominis: Cognoscimus, Iesu

395. *flagrans* A R W α Ald. Lugd. Sieb. tres Chor. Poett. Amstr. Cell. Teol., *fraglans* B Prag. Rat. a. 399. *auras* A E. 400. *energima* α et marg. m Fabr. Heins. Cell., *inhergima* P, *inergima* Put. 1 Weiss. Obb., *inberg.* A, *energia* B (ad oram *energima*) R a b q u Sieb. tres Chor. Poett., *inergia* 2 Weiss. m in textu Ald. Lugd., *inorgia* Bon., *energema* Amstr. 401. *demü* A. 403. *flumina* A Rat., in hoc *l fulmina* supra. 406. *deum* p. *Domini* u; *fulge* 1 α. 407. *Exuete* A, *Exuite* E, *et spira salve latentem* mallet Heins. 410. *adhaesit* 1 Put. 412. *medius Cyllenias* 1 Rat. 1 m. 413. *et notos* A et nostri α a b m q u cum relqq. scriptis et edd., *admotos* coni. Cauch., *et nostros* coni. Arev. ex Minucii Fel. verbis XXVII, 6, *ignotos* [i. e. quorum ortum nescit] suspicatur Obb. [Cfr. P. I, 106]. 414. *Gerassenos* α q Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Obb., *Gerasenos* a b m u Gis. 1 Heins. Cell. Arev., *Gerasinos* Put.; *obruit* W supra, *obruit oruit* 1 a, *legio ruit* 2 a, *legio irruit* Fabr. Gis. 417. *Iesum* A E P R Weiss. a (supra *t ihu*) Ald. Lugd.

402. *Torquetur Apollo*] Lact. II, 15, 3 et V, 21, 5 *Nomine dei audito tremunt* (daemones), *exclamant et uri se testantur.*

natę Deo, nate sceptris et germine David,
quis sis, quid venias: qua nos virtute repellas,
novimus, adventusque tui terrore iacemus.
Haec, Iudaea, tuas vox non pervenit ad aures?
Pervenit: mentem sed non penetravit egenam
lucis, et a primis foribus disclusa refugit.
Audiit adventum Domini, quem solis Hiberi
vesper habet, roseus et quem novus excipit ortus.
Laxavit Scythicas verbo penetrante pruinas
vox evangelica, Hyrcanas quoque fervida brumas
solvit, ut exutus glacie iam mollior amnis
Caucasea de cote fluat Rhodopeius Hebrus.
Mansuevere Getae, feritasque cruenta Geloni
lacte mero sitiens exanguia pocula miscet
libatura sacros Christi de sanguine potus:
novit et Atlantis pridem plaga perfida Mauri,
dedere crinitos ad Christi altaria reges.
Ex quo mortalem praestrinxit spiritus alvum,
spiritus ille Dei, Deus et se corpore matris
induit atque hominem de virginitate creavit:
Delphica dampnatis tacuerunt sortibus antra,
non tripodas cortina tegit, non spumat anhelus

418. *nec te sceptris* q, *nate ex sceptris* u, *nate et sceptris* Fabr. Gis. 419. *Quis* tres vetustiores Heinsii Laur. Rat. a u Ald. Lugd. Sieb. tres Gis. 1 Chor. Poett. Amstr. Cell. Obb., *Qui* R T3rr. Weiss. Cauch. Fabr. Gis. Heins. Arev., *Quid* A E α b m q Weitz. [Burm. ad Anthol. I, p. 457. *quis* def. Cort. ad Lucan. VII, 579]. 421. *tuos* Prag. q; *vox num* 2 q. 423. *discussa* Prag. 424. *solus* q (non Laur.) Ald. Lugd. Sieb. tre Chor. Poett. 425. *roseus* A 2 α a b m q u Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev. Obb. (qui cum Ald. Lugd. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. male commate distinguit post *roseus*), *roseos* 1 α, *Vesper habet, roseos et qui* R T Put. T 2 rr. Heins. Cell. 428. *glaciem* N. 429. *fluit* Gis; *Hiberus* A, *Hebros* Put. 430. *gelonum* Prag. 432. *sacro* A. 433. *fervida* W (supra) Weitz. 435. *perstrinxit* A E P a u, sed *praestr.* (i. e. diruere) legendum esse hic et 332. Ps. 305 etc. ad Boeth. p. 134 docuit Obb., *praestrixit* Fabr. 436. *Sp. ille Deus* T Put. Heins., *dī dē* Weiss. 438. *iacuerunt* Gif. l. l. p. 399; *sordibus* a. 439. *Contrip.* A; *tegit* b Gis. Weitz. Heins. Cham. Obb., *regit* B W Laur. α a m q u Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Chor. Poett. Amstr. Cell. Arev.

423. *foribus*] *aurium tuarum* gl. ap. Mar.

439. *cortina*] operculum tripodis seu tegumentum aeneum. Cfr. Plin. H. N. XXXIV, 3, 8, Virg. Aen. III, 92 *mugire adytis cortina reclusis.* Unde ipsum tripodem significat Suet. Oct. Aug. LII. Atque etiam argenteas statuas olim sibi positas conflavit omnes exque iis aureas cortinas Apollini Palatino dedicavit, vel oraculum. Virg. Aen. VI, 347 . . . *neque te Phoebi cortina fefellit.*

fata Sibyllinis fanaticus edita libris.
Perdidit insanos mendax Dodona vapores,
mortua iam mutae lugent oracula Cumae,
nec responsa refert Libycis in Syrtibus Ammon:
ipsa suis Christum Capitolia Romula maerent
principibus lucere Deum destructaque templa
inperio cecidisse ducum: iam purpura supplex
sternitur Aeneadae rectoris ad atria Christi,
vexillumque crucis summus dominator adorat.
Principibus tamen e cunctis non defuit unus,
me puero, ut memini, ductor fortissimus armis,
conditor et legum, celeberrimus ore manuque,
consultor patriae, sed non consultor habendae
religionis, amans tercentum milia divum.
Perfidus ille Deo, quamvis non perfidus Urbi,
Augustum caput ante pedes curvare Minervae
fictilis et soleas Iunonis lambere, plantis
Herculis advolvi, genua incerare Dianae:
quin et Apollineo frontem submittere gypso,
aut Pollucis equum sufflre ardentibus extis.
Forte litans Hecaten placabat sanguine multo:
pontificum festis ferienda securibus illic
agmina vaccarum steterant vitulasque revincta
fronte coronatas umbrabat torta cupressus.
Iamque insertato reserabat viscera cultro

442. *multę* A. 445. *distructaque* A Put. α. 449. *e* om. 1 a 1 b. 451. Post *celeberrimus* interpungit u. 454. *urbi* A R Laur. Prag. Rat. Weiss. 2 α 2 a b m q u Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev. Obb., *orbi* T Put. 1 α Heins. Cham. Cell., *uerbi* 1 a. 457. *incerare* 2 A (ap. Obb., *incuare* A notante Iecpio, qui secundae man. mentionem non facit.) α Heins. Cell. Arev. Obb., *incurvare* Laur. a b m q u (forte Prag. Rat.) Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Amstr., *inceruare* Chor. Poett. 460. *Hechaten* W Weitz. 464. *inserato* q; *reserarat* A E R codd. Heinsii a q u Ald. (*resararat* Lugd.).

442. *Cumae civitas Campaniae, in qua Sibyllarum sacerdos erat* gl. a.

443. *Syrtibus*] Oraculum Iovis Ammonis ultra Syrtes in Marmarica regione Aegypto finitima vulgo sortes creditur elocutum fuisse. Cfr. Lucan. IV, 673, X, 38. Sed non omnes de eius situ idem statuunt. Vid. Herod. IV, 181, Is. Voss. et Tzschuck. ad Pomp. Mel. I, 8, Oudendorp. ad Luc. IX, 512, Freinsh. ad Curt. IV, 7, Heeren. „Ideen" II, p. 223 sqq., Schmitthenner. de Iove Hamm. I, p. 29. (Weilburg. 1840).

449. *unus*] Iulianus Aug., cui Apostatae cognomen. Cfr. Amm. Marc. XXII, 12, 1. Körner. „Iulian der Abtrünnige" Schneebg. 1830.

457. *incerare*] Cfr. S. I, 203.

vittatus de more senex manibusque cruentis
tractabat trepidas letali frigore fibras,
postremosque animae pulsus in corde tepenti
callidus interpres numeris et fine notabat:
cum subito exclamat media inter sacra sacerdos
pallidus: „En quid ago? maius rex optime, maius
„numen nescio quod nostris intervenit aris,
„quam sufferre queant spumantia cymbia lacte,
„Caesarum sanguis pecudum, verbena, coronae.
„Accitas video longe dispergier umbras:
„territa Persephone vertit vestigia retro
„extinctis facibus, tracto fugitiva flagello.
„Nil agit arcanum murmur, nil Thessala prosunt
„carmina, turbatos revocat nulla hostia manes.
„Nonne vides, ut turibulis frigentibus ignis
„marceat, ut canis pigrescat pruna favillis?
„Ecce Palatinus pateram retinere minister
„non valet: elisa destillant balsama dextra.
„Flamen et ipse suas miratur vertice laurus
„cedere, et incertum frustratur victima ferrum.
„Nescio quis certe subrepsit Christicolarum
„hic iuvenum: genus hoc hominum tremit infula et omne
„pulvinar divum: lotus procul absit, et unctus:
„pulcra reformatis redeat Proserpina sacris.“
Dixit et exanguis conlabitur, ac velut ipsum
cerneret exerto minitantem fulmine Christum,

465. *que* om. A R. 469. *Dum* A, *Tum* Weitz. 471. *Numen nescio quod* P codd. Heinsii α a u Ald. Lugd. Fabr. Amstr. Heins. Obb., *Nescio quod numen* b m q Sieh. tres Gis. Weitz. Chor. Poett. Cell. Arev. 474. *Ascitas* Weitz., *eccitas* i. e. *excitas* a prisca man. scriptum fuisse suspicatur Heins.; *dispargier* u. 475. *Persephone* O Put. a m (pro div. script. supra) Ald. Lugd. Sieh. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev. Obb., *Persefonae* Weiss., *persifone* α, *persyphone* u, *tesiphone* Prag. Rat. b q, *Thesiphone* R W (heic supra *Persephone*) m Weitz., *Thersifore* T, *Tisiphonen* coni. Cauch., *Pers...retro* om. A. 476. *tracto* Laur. Weiss. α 2 a b m q u Ald. Sieh. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Arev., qui coni. *torto*, *tracta* 1 a Lugd., *fracto* E R Amstr. Heins. Cell. Obb. 477. *hircanum* Ald. Lugd. 478. *munes* A. 483. *lauros* 2 m. 484. *Credere* 1 m, *Caedere* u. 486. *Hoc iuv.* A a q u, *Hue iuv.* Gis.; *tremit hoc hominum* Fabr.; disting. *Hoc iuvenum genus: hoc* u; punctum ponunt post *tremit* Ald. Lugd.

487. *lotus procul absit, et unctus*] „Formula, qua Christiani paganorum sacrificiis exesse iubebantur. *Loti* sunt baptizati, *uncti* chrismatis ritu notati; quo Spiritus S. unctio significatur.“ *Cell.*

ipse quoque exanimis posito diademate princeps
pallet et adstantes circumspicit, ecquis alumpnus
chrismatis inscripto signaret tempora ligno,
qui Zoroastreos turbasset fronte susurros.
Armiger e cuneo puerorum flavicomantum
purpurei custos lateris deprenditur unus,
nec negat et gemino gemmata hastilia ferro
proicit ac signum Christi se ferre fatetur.
Prosiluit pavidus deiecto antistite princeps,
marmoreum fugiens nullo comitante sacellum,
dum tremefacta cohors dominique oblita supinas
erigit ad caelum facies atque invocat Iesum.
Iamne piget facti, iam paenitet? en tibi Christum
infelix Iudaea, Deum, qui sabbata solvens
terrea mortales aeterna in sabbata sumpsit:
gentibus emicuit, praefulsit regibus, orbem
possidet, inperii dominam sibi cedere Romam
conpulit et simulacra deum Tarpeia subegit.
Disce tuis miseranda malis, quo vindice tandem
vana superstitio, lex et carnaliter acta
plectatur, cuius virtus te proterat ultrix.
Destructone iacent Salomonia saxa metallo
aedificata manu? iacet illud nobile templum.
Cur iacet? artificis quia dextra solubilis illud
caementum struxit resolubile: iure solutum est

492. *Pavet* u; *circum inspicit* Put. Heins. (non Cell.) Teol.; *et quis* Laur. a 2m u Weitz., *nequis* B b 1 m. 493. *signaret* A Laur. Weiss. α a 2b m q u et cett., *signarit* R 1 b Heins. Cell.; *ligno* A E W (supra) codd. Heinss. Laur. Prag. Rat. α m q u Ald. Lugd. Sieb. tres Chor. Poett. Heins. Cell. Obb., *signo* Weiss. a b margo trium Sieb. Fabr. Gis. Weitz. Amstr. Arev., quod forte praestat. 494. *zoroasteos* u; *turbaret* Prag. (non *turbarit*). 495. *Armigero cune* A, *Armigero cuneo* N α q [Cfr. Heins. Adv. p. 376]; *flamicomantum* q Fabr. Gis. 496. *deprehenditur* P u. 498. *et* u. 499. *Prosilunt* q, *Prosiliit* Fabr. Gis.
501. *Dum* α Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Cell., *Tum* Laur. a b m q u Weitz. Heins. Arev. Obb. asyndetos. 502. *Isum* Ald., *ipsum* Aldi emend. Lugd. 506. *praefulgit* 1 m; *urbem* A E a u.
507. *cedere* codd. Heinss. Prag. α Ald. Lugd. Fabr. Gis. Heins. Cell., *credere* A R Laur. Weiss. a b m q u Sieb. tres Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev. Obb. 510. *lis* 1 α (non Laur.). 511. *et* p. *te* A P a q u.
512. *Salomenia* 1 A, *solomonia* E Put. 515. *Cimentum* a, *Caemento* Fabr. Gis.; *iure solum* A.

495. *flavicomantum*] Haud dubie Germanorum. Cfr. *Germania flava* ap. Man., Tac. Hist. IV, 61, Germ. IV, 4, Strab. VII, p. 290. Imperatorum custodes e Germanis delecti Tac. Ann. XIII, 18, Hist. III, 69, Suet. Nero 34.
508. *Tarpeia*] Capitolina.

et iacet, in nihilum quoniam redit omne politum.
Quod fieri recipit, recipit quandoque perire.
Si nostrum contra quod sit, vis discere templum,
est illud, quod nemo opifex fabriliter aptans
conposuit, quod nulla abies pinusve dolata
texuit, exciso quod nunquam marmore crevit:
cuius onus nullis fultum sublime columpnis
fornice curvato tenui super arce pependit:
sed verbo factum Domini, non voce sonora,
sed verbo, quod semper erat: verbum caro factum est.
Hoc templum aeternum est, hoc finem non habet, hoc tu
expugnare volens flagris, cruce, felle petisti.
Destructum iacuit paenis vexantibus: esto.
Matris enim ex utero, quod destrueretur, habebat.
Sed quod morte brevi materna ex parte solutum est,
maiestate Patris vivum lux tertia reddit.
Vidisti angelicis comitatum coetibus alte
ire meum, cuius servor munimine, templum.
Illius aeternae suspendunt culmina portae,
ac per inaccessas scalarum gloria turres
tollitur et gradibus lucet via candida summis:
at tua congestae tumulant holocausta ruinae.
Quid mereare, Titus docuit, docuere rapinis

517. *Quid* 2 b. 520. *dolutu* 1 m. 523. *arce* A a b m q Ald. Lugd. Sieb. tres Chor. Poett. Amstr. Teol. Arev. Obb., *arte* B (supra) W (infra) praestantiores Heinss. Laur. Weiss. α u margo trium Sieb. Fabr. Gis. Weitz. Heins. Cham. Cell. [Cfr. Isid. Orig. XIV, 2]. 524. *serena* 1 q. 527. *Expurgare* m. 528. *Distructum* 1 α. 529. *quo* T; *distruereiur* A Put. 1 α, *distruetur* 1 b. 531. *divum* Put. 533. *fervor* 1 b Ald. Lugd. 537. *constructae* u; *cumulant* a 1 b.

518. *Nostrum templum est corpus Christi, sicut ipse in Evangelio dicit: Solvite templum hoc* gl. a.

538. *Titus*] Cladis Hierosolymitanae insigne artis monumentum Romae adhue perstat Titi arcus triumphalis. Viae sacrae partem occupat, quae in Capitolium perducit. Arcum autem transeunti ad sinistram visitur imago marmorea, quae captos ligatosque Iudaeos repraesentat intra foederis arcam, candelabrum, tabulas legis, mensam cum panibus, aliamque templi suppellectilem progredientes luctu afflictos. Arcus autem in fronte fert inscriptionem: SENATUS-POPOLUSQUE. ROMANUS-DIVO. TITO. DIVI. VESPASIANI. F-VESPASIANO. AUGUSTO. Cfr. Baron. Anal. Tom. I, p. 657, Hadr. Reland. de spoliis templi Hieros. in arcu Titi Romae perspicuis. Ed. II. cur. E. A. Schulze. Trai. ad Rhen. 1775, Beschreibung der Stadt Rom von E. Platner, C. Bunsen etc. III. Bd., I. Abthl. p. 309. Ex Iudaeis Romae degentibus multi ad hunc usque diem transire Titi arcum triumphalem nullo modo induci possunt; eum simirum circumeunt e recta via declinantes.

Pompeianae acies, quibus extirpata per omnes
terrarum pelagique plagas tua membra feruntur.
Exilis vagus huc illuc fluitantibus errat
Iudaeus, postquam patria de sede revulsus
supplicium pro caede luit, Christique negati
sanguine respersus conmissa piacula solvit.
En quo priscorum virtus defluxit avorum!
servit ab antiquis dilapsa fidelibus haeres
nobilitas, sed iam non nobilis: illa recentem
suspectat captiva fidem: vis tanta novellae
credulitatis inest. Christum confessa triumphat
gens infida prius; Christi sed victa negatrix
subditur inperio dominos sortita fideles.
Sunt qui Iudaico cognatum dogma furori
instituunt media Christum ratione secuti.
Hoc tantum, quod verus homo est, at caelitus illum
adfirmant non esse Deum: pietate fatentur,
maiestate negant: morum pro laude sacratum
concelebrant, adimunt naturae summa supernae.
Omne opus egregium, per quod sollertia pollens
emicat, ingenii est aut roboris: illud acuto
corde viget, duris excellit viribus istud:

541. *illucque* A. 542. *patriae* Ald. Lugd. Weitz. 545. *Ex* E P Weitz.; *difluxit* m. 546. *dilapsa* R Put. Rat. m Heins. Obb., *delapsa* cett. 548. *Suspectat* B P (supra) R W Laur. Weiss. α b m u Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Cell. [Cfr. 580 et Tacit. hist. 3, 82], *Susceptat* A E P Put. a q Weitz. Heins. Arev. Obb.
549. *Crudelitatis* Fabr. 551. *sortita priores* Put. 560. *excellit* α m Amstr. cum plerisque suis Heins. Cell. Arev., *excellet* A Laur. Put. Weiss. a b q u Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Obb. [ab *excelleo*, cfr. Diomed. p. 371. Prisc. p. 838. Putsch.].

539. *Pompeianae acies*] *Pompeius cum exercitu suo Hierusolimam, antequam a Tito devastaretur, intravit et templi maximam destruens partem statuam suam in eo constituit; forsan et propter hoc a Iulio superatus est* gl. a. Hor. III, 5, Oros. VI, 6.

543. *Iudaei Christum negantes dixerunt: Sanguis eius super nos et super filios nostros* gl. a.

548. *Iudaei dicebant: Semen Abrahae sumus et nemini servimus unquam; sed mentiebantur: servierant enim in Aegypto, et quando hoc dicebant, serviebant Romanis* gl. a.

552...781. Ebionitarum refutatio. *Homuncionitae* sunt in inscript. cod., ut ap. Hieron. (error Iud. b. ed. Menard.); al. scribunt *homusionitas*. De Ebionitis, qui *Christum per prophetam solum verum Iesum putant effectum — et Semiiudaei sunt*, cfr. Isid. Orig. VIII, 5, Iren. adv. haer. I, 26, Euseb. h. eccl. III, 27, Epiphan. haer. 30, Gieseler. über die Nazaraeer und Ebioniten p. 12.

mortale est, sed utrumque homini: nam cana senescunt
ingenia et validos consumunt secla lacertos.
Haec nos in Domini virtute et laude perenni
non sequimur: sequimur, nullo quod semine terrae
germinat, inmundum quod non de labe virili
sumit principium: tener illum seminat ignis,
non caro, non sanguis patrius nec foeda voluptas.
Intactam thalami virtus divina puellam
sincero adflatu per viscera casta maritat:
inconperta ortus novitas iubet, ut Deus esse
credatur Christus sic conditus: innuba virgo
nubit spiritui, vitium nec sentit amoris.
Pubertas signata manet gravis intus et extra
incolumis, florens de fertilitate pudica:
iam mater, sed virgo tamen, maris inscia mater.
Quid renuis, quid inane caput non credule quassas?
Angelus hoc sancto pronuntiat ore: placetne
credere et angelicis aurem reserare loquelis?
Ipsa coruscantis monitum sacra virgo ministri
credidit atque ideo concepit credula Christum:
credentes nam Christus adit, dubitabile pectus
sub titubante fide refugo contempnit honore.
Virginitas et prompta fides Christum bibit alvo
cordis et intactis condit paritura latebris.
Crede, quod emissus solio Patris angelus infit,

561. *hominis* Rat. bene, modo *Mortale est sed utrumque. Hominis* (W Weitz. *Homini*) *nam cana senescunt* distinguas cum W Weitz.; *vana* Prag. 564. *terra* Fabr. Gis. 565. *Germinat in mundum quod* b Ald. Lugd. Fabr. Gis. 567. *non sanguis* R α u Ald. Lugd., *nec sanguis* Laur. a b m q cett. 569. *adflatu* Laur. Weiss. α b m q u Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell., *flatu* A E P Put. a Arev. Obb. [Cfr. 645. S. I. praef. 86, ubi metrum id exposcit], *affectu* R T 2 rr. 570. *eēt* A. 571. *Christus* exc. a. 572. *Subit* a. 574. *incolomis* m u 577. *pronunciat* A Weiss. α a b m q u Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Cham. Arev. Obb. [Cfr. P. X, 793], *fore nuntiat* R T Put. T 2 rr. Heins. Cell. 579. *monitum* A B E R plerique Heinss. α a b m (supra *t tis*) q u Ald. Lugd. Sieb. tres Chor. Poett. Heins. Cell. Arev. Obb., *monitis* Prag. Rat. Gis. Weitz. Amstr., *monitus* Fabr. 581. *credentis* 1 m (non Laur.). 583. Cfr. C. IV, 18. 585. *Credo* 1 α.

583. *alvo*] *Enixa est sub lege uteri* supra 98. Quare Arev. Petrum Lucensem merito reprehendit opinantem, Mariam non alvo sed corde concepisse.

vel, si concretus liquidam de sidere vocem
non capit auditus, mulier quid coniuge praegnans
clamet anus, credens et tandem sobrius audi.
Mira fides! utero puer interceptus anili
virgineum Dominum materno ex ore salutat,
primus et infantem non natus nuntiat infans:
iam nostrum vagire sibi, nam pusio nondum
norat et ora Deo reserabat garrula Christo.
Promite secretos fatus, date, pandite librum,
evomuit spirante Deo quem sanctus Esaias,
percensere libet calamique revolvere sulcos,
sidereis quos illa notis manus aurea duxit.
Ite hinc, dum rutilos apices submissus adoro,
dum lacrimans veneror dumque oscula dulcia figo:
gaudia concipiunt lacrimas, dant gaudia fletum.
Advenit promissa dies, quam dixerat iste
adfore versiculus, cum virgo puerpera, teste
haud dubie sponso, pacti cui cura pudoris,
edidit Emmanuelque meum me cernere fecit.
Estne Deus iam noster homo? versatur et adstat
nobiscum nomenque probat versumque vetustis
obscurum seclis praesenti inluminat ore.
Estne Deus, cuius cunas veneratus Eous
lancibus auratis regalia fercula supplex
virginis ad gremium pannis puerilibus offert?
quis tam pinnatus rapidoque simillimus austro

593. *dm̄* 2 a; *xpi* A. 594. *fatus* A 1 W 1 α a m Gis. Weitz. Amstr. Heins. Cell. Obb., *fatos* E (ap. Weitz.) Put., *festos* 2 T, *fastos* B E (ap. Heins.) R T Laur. q u Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Chor. Poett. Arev., *fastus* 2 W 2 α b, *fata* 1 Weiss., *fusta* 2 Weiss. 595. *Esaias* 2 α b m q Ald. Lugd Sieb. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Cell. Obb., *Esetas* Put. 1 α Heins., *Isaias* Laur. a u Gis. Arev. 596. *resolvere* Gis. I Cell. [Vid. Cort. ad Luc. VIII, 376]. 599. *lacrimis* 1 m. 600. *fletus* u. 604. *emmanuhelque eum* 1 a. 608. *veneratur* Rat. 1 a. 610. *Virgenum* 1 m, *virgineum* 2 m et ad oram *Virginis* man. rec. 611. *pennatus* A α a b m q u Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Arev.

586. *concretus*] *validus* interpr. Obb. Ov. ex Ponto II, 11, 10 in auxilium vocato. Non assentior. Est autem crassus, obduratus, spissus, ut iam Iso expl. Cfr. Gell. N. A. XVII, 8, 14 *Acetum autem omnium maxime frigorificum est; atque id nunquam tamen concrescit. Num igitur magis causa oleo coaguli celerioris in levitate est?*

595. *Esaias*] Is. VII, 14. Metaphora sane duriuscula *librum evomere*, quamvis eam Arev. all. Apoc. 2, 16 iustificare studeat. Iam Cell. Prudentium ob hoc verbum notavit. Sed cfr. supra 93.

nuntius aurorae populos atque ultima Bactra
attigit, inluxisse diem lactantibus horis,
qua tener innupto penderet ab ubere Christus?
Vidimus hunc, aiunt, puerum per sidera ferri
et super antiquos signorum ardescere tractus.
Diriguit trepidans Chaldaeo in vertice pernox
astrologus: cessisse anguem, fugisse leonem,
contraxisse pedes lateris manco ordine cancrum,
cornibus infractis domitum mugire iuvencum,
sidus et hircinum laceris marcescere villis.
Labitur hinc pulsus puer hydrius, inde sagittae,
palantes geminos fuga separat, inproba virgo
prodit amatores tacitos in fornice mundi:

613. *inlusisse* 1 a; *lactantibus* A B N 1 O R T W Bon. Put. T 1 rr. Weiss. α (supra gl. *quibus χ̄p̄s lactabatur* et ad oram *quidam codices habent luctantibus horis, quia a nativitate Xp̄i ore diei cum noctis horis quodammodo luctantur*) a b m q Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Gall. Arev. Obb., *luctantibus* 2 O 2 R (ap. Heins. cum addito interpretamento: *Quia a nativitate Christi horae diei cum horis noctis quodammodo luctantur, volentibus crescere diebus. Lactantibus, quia Christus lactabatur.* Cfr. P. II, 571) Laur. u Gis., *laetantibus* E Weitz., *laxantibus* aliquando coni. Heins.; *oris* R (forte 2 W) Bon. q Ald. Lugd. Gall. 614. *pendebat* Prag. 615. *agunt* A. 619. *laceris* 1 a.

621. *Hirquinum* A P Put. 1 Weiss. α b m (non Laur.). Ex more Plaut. Poen. IV, 2, 51. 622. *Sagitta* Gis. Cauch. Heins. Cell. Teol. (non Weiss.), sed cfr. Manil. I, 341. Hygin. Astron. 26. 623. *Palentes* u. *Pallentes* A E P q u; *reparat* 1 a Teol., *se separat* 2 a.

612. *ultima Bactra*] *regia iuxta Indiam* Iso. Vid. Strab. X, p. 508. sim. Virg. Aen. VIII, 687.

613. *lactantibus*] *allicientibus* sive *allectantibus* heic et C. VIII, 19 expl. Arev.

615. *sidera ferri*] signum pro signato. Cfr. Fr. Münter: Der Stern der Weisen u. s. w. Copenhagen 1827. De *sideribus* sqq. adeas Manil. lib. II, 385.

623. *inproba Virgo*] „Cur virgo signum caeleste *inproba* dicatur, et quid sit *prodere amatores tacitos in fornice mundi*, non video a recentibus commentatoribus satis explanatum. Cham. nude interpretatur: *falsa virgo deserit in coelo suos procos tacitos*, ac videtur quidem *prodere* accipiendum ea significatione, qua apud Virg. Aen. II. *Nec iam coniugium antiquum, quod prodidit, oro.* Amatores ergo erunt aliae stellae, quae tacitae solent appellari; fornix mundi pro caelo recte hoc loco, nam fornix est opus concameratum, et fornix etiam dicebatur, ubi prostitutae pudicitiae mulieres erant, ex quo *fornicari*, et *fornicariae mulieres* in ecclesiasticorum auctorum voluminibus passim occurrit. Meursius in Critico Arnobii p. 2, ut probet, *mundum* pro *caelo* saepe accipi, hos versus adducit, sed nihil aliud animadvertit. Itaque sciendum ex Manilii lib. II et aliorum astrologorum doctrina signa sese alia amare, alia non amare. Taurus et Arcitenens amant Virginem, quae nullum amat. Illi ergo sunt amatores, quos fugiens Virgo deserit; *inproba* fortasse dicitur ob effecta non proba, quae ab astrologis illi adiudicantur." *Arev.*

quique alii horrificis pendent in nubibus ignes
luciferum timuere novum: rota lurida solis
haeret et excidium sentit iam iamque futurum,
seque die medio velandam tegmine glauco,
splendoremque poli periturum nocte diurna
orbe repentinis caput obnubente tenebris.
Hunc ego non cumulem myrrhaeque et turis et auri
muneribus? scio, quem videam, quae dona rependam.
Hunc ego non venerer, qui caelo visus humique
inventus rex atque Deus moderatur utrumque
naturae specimen, tumuloque inferna refringens
regna, resurgentes secum iubet ire sepultos?
Caelum habitat, terris intervenit, abdita rumpit
Tartara: vera fides, Deus est, qui totus ubique est.
Numquid vana viros aut mens aut lingua fefellit?
numquid fortuitis frustrantia dona dederunt
casibus, aut caeco votum sub honore dicarunt?
Quae porro causa aut ratio submittere colla
ante pedes Mariae, puerique crepundia parvi,
si tantum mortalis erat nec summa potestas
inplebat teneros divinis flatibus artus?
Sed iam tolle magos, tus, aurum, myrrhea dona,
quae verum docuere Deum, praesepia, pannos,
matris adoratum gremium face sideris ardens:
ipsa Deum virtus factorum et mira loquantur.
Insanos video subito mitescere ventos,
cum iubeat Christus: video luctantia magnis.
Aequora turbinibus tranquillo marmore tendi
inperio Christi, video calcatus eundem
cum patitur gurges tergum solidante liquore.
Ipse super fluidas plantis nitentibus undas

625. *Quinque* A Ald. Lugd. 627. *et* om. a; *sensit* Ald. Lugd. Sieb. tres Chor. Poett. 628. *diem* A E, quod Heinsio verum videtur; *velandam* A E Put. Weiss. Ald. Lugd. Sieb. tres Chor. Poett. Heins. Cell. Obb., *velandum* nostri omnes cum cett. 629. *perituro* A P. 631. *ergo* l m. 634. *Conventus* b, *Conventus* sugra *t in* Rat. m; *utramque* Prag. 635. *speciem* Prag. Iso Ald. Lugd. Sieb. tres Chor. Poett., *regimen* Fabr. 640. *fortuitu* b l m; *dono* l α. 642. *collo* l m. 643. *crependia* l A. 644. *mortales* l α. 645. *Implebant* l m. 649. *facturum* A E P. 650. *mutescere* Gis. I Amstr. et cum aliis vulg. Cell.; *ventum* A. 651. *lactantia* A. 652. *murmore* α. 655. *fluitas* A, *flauidas* u.

650. Matth. 8, 26, de sqq. cfr. Io, 6, 19.

ambulat ac presso firmat vestigia fluctu,
increpat ipse notos et flatibus otia mandat.
Quis iubeat saevis aquilonibus: Ite, silete
carceribus vestris amploque facessite ponto,
sit nisi caelipotens aquilonum conditor idem?
Ninguidus agnoscit boreas atque imbrifer eurus
nimborum dominum tempestatumque potentem
excitamque hiemem verrunt ridente sereno.
Quis pelagi calcarit aquas? quis per vada glauca
gressibus inpressis spatiatus triverit udum
non submersus iter, sola pendulus et pede sicco,
aequoreae nisi factor aquae? qui spiritus olim
ore superfusus patrio volitabat in undis
nondum discretis, nec certo littore clausis.
Sustinuit gressum domini famulus liquor, ac se
mobilitate carens solidos substrinxit ad usus.
Quid diversa Dei memorem facta inclita Christi,
altius inspecta quem maiestate negator
haud dubitans hominem, tute ipse fatebere numen?
inlevit caecos oculos et lumina limo
reddidit, humectam sacro sputamine terram
contrectans digitis: luteum medicamen operta
nox habuit, tenebras obducta uligo removit.
Insuper ostendit, quonam caligo lavacro
expurganda foret. Variis Siloa refundit
momentis latices, nec fluctum semper anhelat:

656. *et* B b m (supra *t ac*) Sieh. tres Gis. I Chor. Poett. Amstr. Cell. 659. *vestri* Sieh. II III (non I). 661. *ningui* A, *Ninguidas* 1 m. 663. *ridenti* Rat. 664. *calcaret* A P. 665. *spaciatur* u; *triveris* Sieh. II, *trivĭris* Sieh. III (non I). 666. *salo* u. 667. *cui spiritus* 2 E. 669. *serto* 1 b Sieh. II (non I III); *limite* R T 1 rr. 671. *obstrinxit* a, *substrixit* 1 m. 673. *quem* α Fabr. Gis. Weitz. Amstr. Heins. Cell. Arev. Obb., *quae* A E N O W Put. Rat. 1 b 1 m q u Ald. Lugd., *qui* R Cauch., *qua* B Weiss. 2 b 2 m Sieh. tres Chor. Poett., *quam* W supra, *que* (*inspectaque*) a; *negatur* A E R 2 α a q, *negantur* O P Ald. Lugd. 675. *caecis* Gis. I prob. Heins. 677. *operto* 1 m. 679. *quoniam* a q u, 680. *syloa* m, ad oram *in emendatiore syloe.*

659. *facessite*] *quiescite vel deficite; discedite vel recedite, lassate* Iso. Cfr. C. II, 93, Liv. I. 47 *facesse hinc aut Tarquinios aut Corinthum.*

675. Io. 9, 6.

680. *Siloa fons est mirabilis, qui de petra emanans certis temporibus angelo descendente et aquam turbante fluit, et quicunque infirmatim primus in ipsius fontis piscinam post motionem aquae descenderat, a quacunque sanus fiebat infirmitate* gl. a.

681. Io. 5, 7, D. 129, Sedul. IV, 259.

sed vice distincta largos lacus accipit haustus.
Agmina languentum sitiunt spem fontis avari,
membrorum maculas puro abluitura natatu.
Certatim interea roranti pumice raucas
expectant scatebras, et sicco margine pendent.
Hoc limum iubet inpositum de fonte lavari
Christus et infusa vultum splendescere luce.
Norat enim limo sese informasse figuram
ante tenebrosam, proprii medicamen et oris
adiecisse novo, quem primum finxerat, Adae.
Nam sine divino Domini perflamine summi
arida terra fuit nulli prius apta medelae:
sed postquam liquidus caelesti spiritus ore
virgineam respersit humum, medicabilis illa est.
Inde trahit sucum lentoque humore salutem
inlinit infunditque diem baptismate lota.
Caecus adest oculis iam Christi ex ore retectis,
seque luto et nitidis lucem sumpsisse fluentis
clamat et auctorem stupefacta per oppida monstrat:
auctorem lucis largitoremque dierum,
non dedignatum medicae purgamina aquai
corpore sub proprio monstrare errantibus aegris.
Milibus e multis paucissima quaeque retexam,
summatim relegam, totus quae non capit orbis.
Quinque in deserto panes iubet et duo pisces
adponi in pastum populis: qui forte magistrum

682. *locus* 2 α; *Sed vite distincta largos latus* u. 684. *abluitura* A Laur. Weiss. 2 α a b m q u Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Obb., *ablutura* Heins. cum optimis, inquit, membraneis Cell. Arev., *ablitura* Put., *ablatura* 1 α. 686. *latebras* 1 α. 694. *liquidis celestis* q, *liquidus coelestis* Ald. Lugd. Sieb. tres, *liquido caelestis* Chor. Poett. Cell. 696. *siccum* u. 698. *reiectis* 1 α. 700. *monstrant* 1 m. 702. *purgamina aquai* Sieb. tres Chor. Poett. Amstr. Torn. ap. Gall., idem coni. Heins. Obb. [sim. P. VI, 30], *purgamen in aquae* A E (ap. Heins.), *purgamina quae* E (ap. Weitz.) P, *purgamina limphae* Ald. Lugd., *purgamen aquai* W vetustiores Heinss. Weiss. α a b m q u Fabr. Gis. Weitz. Heins. Cell. Arev. 704. *e* α Heins., *ex* cett. (et Laur.); *reteæens* 1 W (non Laur.) Weitz. (non B nec supra W), lect. vulg. confirmat etiam Weiss. 705. *Paullatim* Cell.; *relegam* A R veteres libb. Heinss. Laur. Weiss. α a m q u Ald. Lugd. Weitz Heins. Obb., *relegens* B W (supra) Rat. b m (pro div. lect. ad oram) Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Cell. Teol. Arev., *religens* Prag.

706. Io. 21, 25, C. IX, 59, D. 145.

non revocante fame stipabant undique septum
inmemoresque cibi vicos, castella, macellum,
oppida, mercatus et conciliabula et urbes
respuerant, largo contenti dogmate vesci.
Multa virum strato fervent convivia feno.
Centenos simul accubitus iniere sodales,
seque per innumeras infundunt agmina mensas,
pisciculis, iam crede Deum, saturanda duobus
et paucis crescente cibo per fragmina crustis.
Ambesis dapibus cumulatim adgesta redundant
fercula, bis senos micarum molibus inplent
post caenam cophinos; crudus conviva resudat
congeriem ventris, gemit et sub fasce minister.
Quis cumulare potest epulas in grandia parvas?
quis, nisi qui corpus pastumque et corporis omnem
condens ex nihilo nulla existente creavit
mundum materia? non sicut sculptor ab aeris
rudere decoctam consuescit vivere massam:
sed Deus omnipotens orbem sine semine finxit.

708. *Nec* Prag.; *stipabat* 1 m. 710. *mercatos* 2 α a u. 712. *foeta* 1 m. 713. *inre* A. 715. *iam dedm* A. 717. *Amesis* 1 m. 718. *mollibus* ad oram Rat. Ad *micarum mollia* spectat etiam Isonis gl. 719. *coenas* 1 a 1 m. 720. *ministra* Prag., *ministrat* 1 q. 721. *prandia* ingeniose coni. Cauch. 722. *pastumque et* scripti ac impr. omnes, *pastum quoque corp.* coni. Heins., *et pastum corp.* coni. Arev.; *omne* b m Weitz. (non B). 724. 725. *ab aere Crudam et inexcoctam cons.* Dav. Gis.; *fingere* Rat. m (supra pro div. script.) q Fabr. Gis. Weitz. (non E P), [sed cfr. Heins., Stat. Silv. II, 2, 67. Iuv. VIII, 103 etc.].

708. *Licet famem paterentur populi propter dulcedinem et praedicationem Christi, etiam in deserto nolebant eum relinquere* gl. a.

710. *conciliabula*] *ubi concilia agebantur* gl. a; loca, ubi in concilium convenitur, i. e. ubi congreganter homines colloquendi et agendi causa, qualia in vicis sunt et in agris, ubi rustici coeunt certis diebus vel ad emendum et vendendum, vel ad agendum de rebus publicis ad ipsos pertinentibus. Cfr. Liv. XL, 37, VII, 15, XXXIV, 1, Tertull. Apol. 37, Isidor. Orig. XV. 2: *Pagi sunt apta aedificiis loca inter agros habitantibus. Haec et conciliabula dicta a conventu et societate multorum in unum.*

711. *dogmate vesci*] Cfr. C. IV, 18, 33.

721. *Addita parvo, id est parvae creaturae. Parvum autem dicit propter imperfectionem, quasi deus imperfectas creaturas fecisset, qui hominem in XXX annorum aetate creavit, creaturas quoque caeteras perfectas fecit. Nam arbores producendis fructibus aptas omniaque animalia foetibus generandis idonea formavit. Sed parvum dicit, quia unum hominem primitus fecerit, qui in suis posteris multiplicandus augmentum reciperet* gl. a.

724 sq. *aeris rudere*] aes nondum purum putum. Cell. male confert P. II, 190 *rudera*, quae sunt lapicidinae vel metalla.

Nil erat, omne quod est: nil id procedere et esse,
atque novum fieri, mox et grandescere iussum est.
Parvum de nihilo primum fuit, addita parvo
incrementa modis auxerunt omnia plenis.
Ergo ego cum videam manibus sic crescere Christi
parva alimenta hominum, possum dubitare, per ipsum
exiguas rerum species elementaque mundi
ex nihilo primum modica et mox grandia sensim
crevisse, ex modicis quae consummata videmus?
ac ne post hominum pastus calcata perirent,
neve relicta lupis, aut vulpibus exiguisve
muribus in praedam nullo custode iacerent,
bis sex adpositi, cumulatim qui bona Christi
servarent gravidis procul ostentata canistris.
Sed quid ego haec autem titubanti voce retexo,
indignus qui sancta canam? procede sepulcro,
Lazare, dic, cuius vocem tellure sub ima
audieris, quae vis penetraverit abdita leti,
quod, cum te Christus penitus nigrante profundo
inmersum vocat ut redeas, ceu proximus audis,
nec remoratus ades? quae tam vicina charybdis
regna tenebrarum tenui distantia fine
coniungit superis? ubi taenara tristia vasto
in praeceps delecta chao, latebrosus et ille
amnis inexpletis volvens incendia ripis?
ante fores tumuli, quas saxa inmania duro
obice dampnarant, scopulis substructa cavatis
stat dominus nomenque ciet frigentis amici.
Nec mora, funereus revolutis rupibus horror
evomit exequias gradiente cadavere vivas.
Solvite iam laetae redolentia vincla sorores,

731. *ego* supra *i age* m, *age* Prag. 732. *elementa* 1 m. 733. *alimentaque* 1 α. 736. *At ne* a, *ac nec* b. 740. *ostentatu* 1 α. 741. *haec audax* Rat. a vet. man. corr., *haec* om. u; *autem* om. a. 742. *tanta* Fabr. Gis., *sqūa* A. 744. *Audieras* Rat.; *penetraverit intima* O Ald. Lugd. Sieb. tres Chor. Poett. Amstr., *penetrarit ad abdita* Gis. 747. *quem* A. 749. *thenara* α, *trenara* B W Laur. Rat. 2a b q u, *trenaria* corr. *trenara* m, *trenera* 1 a, *ubi tristia tartara* Prag. 751. *inplexis* a, *ac expletis* m man. rec. et pro div. lect.; *incendens omnia* p. *volvens incendia* u. 753. *dampnarunt* Prag. Rat. Isò α m (non Laur.) Weitz., probo; *subtracta* A E Prag. (non Laur.), *substricta* Rat. 755. *funereis* a.

743. Io. 11, 13.

solus odor sparsi spiramen aromatis efflat,
nec de corporeo nidorem sordida tabo
aura refert, oculos sanie stillante solutos
pristinus in speculum decor excitat et putrefactas
tincta rubore genas paullatim purpura vestit.
Quis potuit fluidis animam suffundere membris?
nimirum qui membra dedit, qui fictilis ulvae
perflavit venam madidam, cui tabida gleba
traxit sanguineos infecto humore colores.
O mors auritis iam mitis legibus! o mors
surda prius, iam docta sequi, quodcunque iubetur,
cui tantum de te licuit? convicta fatere
esse Deum, solus qui me tibi praeripit, Iesum.
Abde negatores Christi, nemo invidet, abde,
utere sorte tua, blasphemis nocte tenendis
perpetua! plebem iustorum capta resolve,
qui norunt hominem atque Deum sic dicere Christum,
ut verus summusque Deus mortalia gestet.
Ipse gerit, quod struxit opus, nec ferre pudescit
factor, quod peperit, corpus loquor atque animae vim.
Finxerat hoc digitis, animam sufflaverat ore.
Totum hominem Deus adsumit, quia totus ab ipso est,
et totum redimit, quem sumpserat, omne reducens
quidquid homo est; istud tumulis, ast illud abysso.

762. *robore* 1 m. 763. *Qui* Ald. Lugd.; *diffundere* W (supra) Prag. Rat. 764. *urnae* coni. Latin. ap. Arev. 767. *hauritis* 2 Weiss. q, *auditis* Gis. Cell. 768. *quodcunque* A 2 R Prag. Put. Rat. Weiss. α a m Weitz. Heins. Cell. Arev. Obb., *quocunque* 1 R cod. Cauch., *quacunque* O T u Ald. Lugd. Sieb. tres Gis. I Fabr.; *quacunque tuberis* Gis. I Fabr. Chor. Poett. Amstr., *quaecunque iubentur* B N W (supra) b q Gis. 769. *latere* A, *furore* q; *Cui tantum de te licuit convicta fetere* Ald., *Cui tantum de te licuit conuncta fatere* parum rectius Aldi emend. Lugd. 770. *solum* Prag. 1 Rat. b m q Sieb. tres Fabr. Weitz. (non P nec supra W), *qui me tibi praeripit unus* 2 Rat. priorib. abr., *qui me solus tibi* u. 771. *Ab negatores* A 1 α. 772. *blasphemos nocte tenenti* a, *tenentis* E P, *tendis* A. 773. *Perpetuam* E W Rat. 1 b q Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Weitz. Amstr., *Perpetuum* Chor. Poett., *perpetram* m. 777. *animavit* supra *t anime uim* m. 778. *Fixerat* E. 779. *assumpsit* Prag.

764. *ulvae*] ulva quaevis herba palustris, Isoni heic limus ulvae quippe adiacens. Ex limo homo fictus.

781. *istud* = *corpus*, *illud* = *animam*. *Abyssum vocat caelum: quia sicut dicimus altum mare, sic etiam profundum caelum. Sic etiam abyssum caelum dicimus.* Iso. Quam explanationem Arev. inmerito sollicitavit, corpus e tumulo, animam ex abysso i. e. ex inferis seu e sede animarum post obitum extrahi intelligens. Hic certe de *reducendo* sermo fit, non de *extrahendo*. Ceteroquin *abyssus*

Occurrit dubitans hic dissertator et illud
obicit, anne fides capit, ut substantia flante
inspirata Deo cruciatum sentiat, utque
inferni petat ima poli barathroque coquatur.
Crede animam non esse Deum: sed crede creatis
maiorem cunctis, ipsam quoque crede creatam.
Formata est namque ore Dei, quae non erat ante,
sed formata habitu pulcerrima pictaque rebus
divinis et plena Deo similisque creanti:
non tamen ipse Deus, quoniam generatio non est,
sed factura Dei est: solus de corde parentis
filius emicuit, verus Deus ille, sed istud
conlatum est animae, subito ut, quae non erat, esset.
Ille coaeternus Patris est et semper in ipso
nec factus, sed natus, habet quodcunque paternum est.
Haec similis velut umbra Dei est. Sic ipse locutus

784. *utque* A E P R vett. Heinss. Laur. *α* a q u Ald. Lugd. Heins. Obb. *atque* Prag. Rat. Weiss. b m Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Cell. Arev. 786. *Credo . . . credo* Gis. 787. *maiorem esse cunctis* u glossam olet; *credo* Gis. 792. *verus verus Deus ille* Put. 1 *α* Heins.; *illud* R (non Weiss.). 795. *Patri* B Rat. b m q u Fabr. Gis. Weitz. (non E P); *in ipso est* B Sieb. tres Torn. Fabr. Chor. Poett. Amstr. Gall.

pro re nata id quoque significat, quod v. 785 est *inferni ima poli.*

782...952 eos oppugnat, qui animam Dei particulam esse contendant. Inscriptio *De natura animae* etiam in codd. Heinsii extat. Is tamen ea vocce. auferenda iudicabat, quia et sequentia ad disputationem adversus Homusionitas referri par sit. Heinsio adstipulatur Obb. Rectius Arev. „Prudentius saepe ait animam esse a Deo flante inspiratam, oris divini esse opus et similia, ut innuat esse spiritualem, nam spiritus et flatus eadem sunt significatione. Contra asserit corpus digitis Dei factum, ut constet, ex materia existente productum, non denuo creatum. Nunc ergo diluit argumenta adversariorum, qui aiebant fieri non posse, ut anima spiritualis et incorporea poenis infernis torqueretur. Hanc quaestionem agitant S. Augustinus, alii Patres et theologi. Prudentius disputare videtur contra Gnosticos, qui animam partem Dei esse affirmabant: adeoque non male diversus titulus adhibetur; nam Homuncionitarum alius erat error.“ Mihi quidem huc pertinere videntur ea, quae leg. Clem. Rom. Hom. XX, 9 *αἱ δὲ τῶν ἀνθρώπων ψυχαὶ ζωτὸς καθαροῦ σταγόνες οὖσαι, ὑπὸ ἀλλοφύλου πυρὸς οὐσίας συμπινόμεναι καὶ φύσιν τοῦ ἀποθανεῖν οὐκ ἔχουσαι, κατ' ἀξίαν κολάζονται. εἰ δὲ ὁ τῆς κακίας ἡγεμὼν ἄνθρωπος ὢν οὐ πέμπεται εἰς τὸ σκότος ὡς μὴ τούτῳ χαίρων, τότε οὐ δύναται ἡ κακοῖς αὐτοῦ χαίρουσα χρᾶσις μετασυγχρίθῆναι εἰς ἀγαθοῦ προαίρεσιν.* Sed alia multa istius vicesimae Homiliae a nobis primum editae commentarii loco ad hancce Prudentii apostrophen esse possunt.

794. *conlatum*] *Conflatum est animae, scilicet spiraculum* gl. est in exemplari Aldi, quod est in Bibl. Sapientiae, ut notat Mar.

797. *Sicut homo dicitur esse similis imagini suae, licet multum distet, sic et anima quasi similis dicitur domino* gl. a.

factor, utroque hominem meditans de figmine iunctim
aedificare sui similem, sed non habet umbra,
quod corpus solidum, cuius imitatio in umbra est,
atque aliud verum est, aliud simulatio veri.
Est similis, secIis quod non consumitur ullis,
quod sapiens iustique capax reginaque rerum
inperat, antevidet, perpendit, praecavet, infit,
verborum morumque opifex instructaque mille
artibus et caelum sensu percurrere docta.
His animam similem sibi conditor effigiavit,
caetera dissimilem: quippe hanc conprendere promptum est,
quam modus et species determinat: at Deus ingens
atque superfusus trans omnia nil habet in se
extremum, ut claudi valeat sensuve teneri.
Inconprensa manet virtus, cui linea defit
ultima, quam spatium non mensurabile tendit.
Ergo animam factam magno et factore minorem,
maioremque aliis atque omnibus inperitantem,
conruptela putris nascentem turbida carnis
concipit ac membris tabentibus interfusam
participat de faece sua: fit mixta deinde
peccandi natura luto cum simplice flatu.
Sed fortasse animam, domini quia fluxit ab ore,
conpositam factamque neges, velut ipsa Dei pars,
quod dictu scelus est, taetras trahat oblita culpas,
et pessum dampnata ruens chaos intret opertum.
Sit res illa Dei, non abnuo: pars tamen illa
haudquaquam dicenda Dei est, quae tempore coepit.

798. *iunctim* Put. Heins. Cell. Obb., *iunctit* A, iunctum α a b m q u cum cett. scriptis et edd. 800. *similatio* T Gis. 801. *At* l m. 802. *quia* B (supra alt.) l Bon. q margo trium Sich. 803. *Quo* A a. 804. *instat* Gis. Amstr. Arev., sed *infit* α a b m q u cum cett. scriptis et edd. 805. *rerumque* vulg. ap. Weitz. (Quales, adhuc nescio.). 808. *comprehendere* α u; *est* om. l m, *sumptum est* E P [Cfr. C. IX, 29]. 809. *ac deus* Prag. 812. *limina* R; *desit* u. 819. *Peccando natura luti* R (ap. Heins.) Bon. Cauchii cod., *Peccando natura luto* R (ap. Obb.) T3rr., *peccanti* coni. Berg. ap. Weitz., *Peccati* (*Peccantis*) *natura luti* coni. Cauch., *Peccanda* l m; *cum simplice statu* Amstr. 823. *pressum* R Dav. Fabr. 824. *Fit* E a. 825. *deo* q; *est* om. Prag.

799. *Omnes homines tam boni quam mali imaginem dei habent, soli vero iusti etiam similitudinem* gl. a.

819. *natura*] animae et corporis coniugium peccandi naturam procreat, mixtam quippe ex luto ac simplice spiritu. Cfr. C. II, 49.

825. *Manichaei dicebant, omnes animas a deo in principio mundi simul esse creatas et in uno loculo repositas* gl. a.

Nec prior aut senior, quam primum plasma putanda est.
Tunc etenim factam video, cum cordis amici
intravit germana domum limique recentis
hospita et ipsa recens fraterna sedit in aula.
Illa quidem flatus Domini est, sed spiritus et vis
non est plena Dei tanto moderamine missa,
quanto flans voluit flandi servare tenorem.
Est inpossibile spectare profunda Sabaoth.
Sed speculum deitatis homo est. In corpore discas
rem non corpoream sollers interprete Christo,
qui patrem proprium mortali in corpore monstrat.
Perspice, quam varios fundamus ab ore vapores,
spiramus quotiens animae sufflabilis auras:
nunc flatum tepidum calor exhalatus anhelat
rorantes nebulas udis de faucibus efflans:
cum libet, in gelidum flabrali frigore ventum
spiritus existit tenuis et sibilat aer.
Adde et distinctum, quem musica tibia flatum
concipit, aut ille est presso modulamine parcus,
aut tumidum largo sublimat flamine bombum,
aut raucos frangit modulos, aut lene susurrat,
aut exile trahens sonitus producit acutos,
aut murmur tenerum sublidit voce minuta.
Haec cum te videas mortali in corpore posse,
cur non Aeternum potuisse infundere credas,
qualem animam voluit? praescriptis quam quia condens
efflavit fuditque modis, sit facta necesse est.
Denique multa sapit, sed non sapit omnia nostrae
vis animae, certum sapere ac praenoscere iussa.
Iam cui certus inest modus, et cui posse negatum est

826. *putundest* Ald. Lugd. 827. *videt concordis* Ald. Lugd.; *amica* Rat. 832. *Quantum* 2 α b m q u Ald. Lugd. Weitz. (non B); *Quanto ... tenore* W supra. 837 *Respice* A E P W (supra) a u (non Weiss.) qui conferri vult S. II, 937. 838. *quotiens* Laur. α b m Obb., *quoties* a q u cum relqq. scriptis et edd. 841. *ingelidum* a q u; *flabrili* A, *fabrili* E P, *flabrare* Gif. p. 334 duo codd. Goldastii ad Columban. p. 112 Weitz. (non B nec supra W), *flabrari* W, *frabrali* 1 α, *fibrili* q, lect. vulg. confirmat etiam Weiss. 842. *existens* a. 844. *moderamine* T Prag. Rat. b [Cfr. supra 831]; *paucus* Put., *partus* A E Prag., *parvus* W supra, lect. vulg. confirmat etiam Weiss. 846. *leve* R. 848. *subdidit* R. 852. *sic* 1 m. 854. *pernoscere* Bob. l. 855. *posse* Prag.

839. *tepidum*] Cham. naturalem vocis animatae rhythmum intelligit. Poeta tepidum flatum et gelidum (841 opponit. Subinde de musica.

omnia, factura est: nam condita et aucta probatur.
Conlige de simili, sitne haec factura: creavit
nempe manus Domini corpus mortale lutumque
conposuit digitis. Numquid manus articulatim
est digesta Dei? numquid vola? numquid et ungues
claudere flexibiles, patulam seu tendere palmam?
ista figura manus nostrae est, quam non habet in se
incircumscriptus Dominus, sed tradita forma est,
humanis quae nota animis daret intellectum:
ut per corpoream speciem plasmasse feratur
corporis effigiem: sic est plasmata vicissim
flatu incorporeo res flabilis, oris et esse
fertur opus, tenuis per quod constructa refulsit
forma animae atque rudi factam se munere sensit.
Si non est factura manus caro nostra, nec oris
est factura anima, flatu et spiramine coepta
inque locum deducta aliquem. Namque omne, quod hora
natalis profert, locus accipit: et locus ullus
quod cohibere potest, modicum est, nec in omnia fusum:
et quod tam modicum est, ut certa sede locetur,
iam titubare potest, et quod titubaverit, intra
naturam vitii est: vitiosum denique tristem
recidit in paenam; Deus hoc, mihi credite, non est.
Aut si malestas animae est, ostendite quid sit,
quod lapsam Christique inopem nova gratia mundat,

857. *dissimilis* A E P R Rat. a q u, *desimili* Weiss., *de simili* distincte α cum cett.; *futura* a. 863. *Incircuminscriptus* Put. 864. *oculis* Prag. 866. *formata vicissim* R. 869. *factum* 1 α. 872. *ora* W Weitz. (non B). 875. *quid* m. 876. *quo* Lugd. 877. *triste* Ald. Lugd. 878. *Recidit* A E Laur. Weiss. α a u Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett. Heins. Cell. Obb., *In poenam recidit* m, *Decidit* B W Prag. Rat. b q Gis. Amstr. Arev., *Cecidit* R. 879. *anima* R α Ald. Lugd. Gis. Arev. 880. *mundat* R plures Heinss. α Ald. Lugd. Sieb. tres Chor. Poett. Arev., *lavat* q, *nudat* W supra, *inundat* A T Put. Rat. Weiss. a b m margo trium Sieb. Fabr. Gis. Weitz. Amstr. Heins. Cell. Obb., ambigua est lectio u.

864. *Membra humana ideo scriptura domino attribuit, ut quia per se intelligi non potest, per res corporeas facilius intelligatur* gl. a.

869. *rudi*] Arevalo Prud. *rudis dicere* videtur pro *novo*, *recenti*. Frustra. Genuinam vim *incultus* hic retinet ut 902 et C. III, 133.

878. *recidit*] Prima haud raro producta in vbb. *reducere*, *refugere*, *recidere*, *referre* et sim., Ov. Met. X, 180 *Recidit in solidam longo post tempore terram*, Idem ep. XIV Hypermnestrae 46, Claud. B. Gild. 45. Vid. Gif. Ind. Lucr. in *re*, et in *recidere*, *reducere*, *refugere*.

880. *mundat*] Obb. mavult *inundat* ob v. seq. Fugit eum, quod poeta 877 disseruerat: vitium atque vitiosum ut mundentur indigent.

Spiritus et sanctus baptismate iustificatam
nobilitat famulaeque decus, quod defuit, addit.
Quod quia praestatur meritis, meritisque negatur,
absurde fertur Deus, aut pars esse Dei, quae
885 divinum summumque bonum de fonte perenni
nunc bibit obsequio, nunc culpa aut crimine perdit,
et modo supplicium recipit, modo libera calcat.
Miraris, peccare animam, quae carne coactam
sortita est habitare domum, cum peccet et ipse
890 angelus, hospitium qui nescit adire caducum
cratis tabifluae: peccat, quia factus et ipse est,
non genitus: quocunque modo sit factus, id unus
scit factor dominus: factum mihi credere sat sit.
Solus labe caret peccati conditor orbis,
895 ingenitus genitusque Deus, Pater et Patre natus,
solus et exceptus tormentum admittere triste,
inviolatus agit, nec quidquam sentit acerbi.
Exortem dic esse animam crucis atque doloris,
si sulpae inmunem vacuamque a crimine nosti,
900 quae peccare valet, valet et succumbere paenae.
Ipsa quidem sincera fuit, dum conditur olim,
quae conlata rudem fecit viviscere limum:
utpote de liquido naturae semine primos
accipiens habitus superoque expressa sereno.
905 Sed mox, ut gravido iussa est innectier arvo,
suavibus inlecebris nimium blandita refrixit,

881. *Spiritus hanc* B, *iustificatum* α 1 m (non Laur.). 884. *deiq.* A. 891. *Gratis* a b q Ald. Lugd. 893. *Sit* q Cham.; *factus* 1 q. 895. *Agenitus* E Put., *Ac genitor ... ex patre* O, *Ac genitor ... et patre* Prag., *At genitor* Rat. m (heic supra *t ingenitus*), *Ingenitus* Weiss. cett.: i. e. *non genitus* [Cfr. Arnob. l. p. 17]. 896. *Spiritus et sanctus* priorib. eras. a, supra *solus et exceptus* cum gl. *separatus, sequestratus.* 897. *sensit* a q. 898. *disce animam* 1 E. 899. *a* om. Ald. Lugd. 900. *Qui* Prag. 902. *vivescere* A B E Sieb. tres Fabr. Chor. Poett. Obb. 903. *natura* Rat. 904. *superque* Ald. Lugd. 906. *refix.* A.

891. *cratis tabifluae*] Cfr. C. VIII, 59.

892. *non genitus*] Angeli non geniti sed facti, quare et ipsi peccare possunt. Cfr. Clem. Rom. Hom. XX, 7 *ἢ γὰρ οὐκ ἄγγελοι ἀγήρως [ὑπάρχοντες] καὶ πυρώδους οὐσίας εἰς σάρκα μετετράπησαν, καὶ οἱ παρὰ τῷ Ἀβραὰμ [illegible]θέντες, ὧν καὶ τοὺς πόδας ὡς ὁμοουσίων ἀνθρώπων ἔνιψαν.*

894. *labe caret*] Hic et vss. sqq. (914) peccati originalis conspicuum testimonium. Prudentius igitur novissimo Romanae ecclesiae dogmati de immaculata Mariae virginis conceptione sancito haudquaquam suffragatur.

deque volutabris pretiosum polluit ignem,
dum transgressa Dei positum fas inproba calcat.
Haec prima est natura anima, sic condita simplex,
decidit in vitium per sordida foedera carnis.
Exin tincta malo peccamine principis Adae
infecit genus omne hominum, quod pullulat inde,
et tenet ingenitas animarum infantia in ortu
primi hominis maculas, nec quisquam nascitur insons.
Vitandus tamen error erit, ne traduce carnis
transfundi in sobolem credatur fons animarum
sanguinis exemplo, cui texta propagine vena est.
Non animas animae pariunt, sed lege latenti
fundit opus natura suum, quod parvula anhelent
vascula vitalisque adsit scintilla coactis.
Quae quamvis infusa novum penetret nova semper
figmentum, vetus illa tamen de crimine avorum
ducitur, inluto quoniam concreta veterno est.
Inde secunda redit generatio et inde lavatur
naturae inluvies, iterumque renascimur intus
perfusi, ut veterem splendens anima exuat Adam.
Quae quia materiam peccati ex fomite carnis
consociata trahit, nec non simul ipsa sodali
est incentivum peccaminis, inplicat ambas
vindex paena reas peccantes mente sub una
peccandique cremat socias cruciatibus aequis.
His crucibus Christus nos liberat inconruptae
matris et innocui gestator corporis: unus
naturam paenae expositam, sed non vitiorum
naturam expositam contactibus induit Iesus.
Atque ideo paenae nil debuit intemeratus

907. *voluptabris* α. 911 ... 916. om. A. 918. *latente* Obb. 919. *quod* A B (supra alt.) P q margo trium Sieh. Heins. (qui cfr. 839. 681 etc.) Cell. Obb., *quo* Weiss. α a b m u et cett. 920. *Vincula* T. 923. *Dicitur* A O P Put. Weiss. α 1 b Ald. Lugd., *Diditur* coni. Heins., *Ducitur* Laur. a 2 b m q u cum cett.; *inluto* A E 2 α b q Arev. Obb., *in luto* u Ald. Lugd. obstante metro, *inloto* Weiss. 1 α a Sieh. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cham. Cell., *in loto* Rat., *in loco* m, *in luteo* Laur. bene. 926. *veterum spl. animam exuit* A. 928. *sodale* Prag., *sodalis* Rat. 929. *incitat* q, *impleat* Amstr. 934. *et pene* R. 935. *contractibus* Prag.; *ind. dens* A, *ind. ipse* Rat. a rec. correctore.

908. *Anima, quando corpori adunatur, simplex est et pura, sed corpori adiuncta ex carnis concretione maculatur; caro enim delectando, anima vero carnali delectationi consentiendo delinquit* gl. a.

fraude carens, omni culparum adspergine liber.
Quid Christi in membris peccati saeva satelles
paena ageret? quid mors hominis sine crimine posset?
nimirum cassis conatibus et sine nervis
concideret sterilis peccati fomite nullo.
Mors alitur culpa, culpam qui non habet, ipso
pastus defectu mortem consumit inanem.
Sic mors in Domini consumpta est corpore Christi,
sic periit, solitum dum non habet arida pastum.
Suspice quapropter solum inculpabile numen,
virtutem Patris et Christi, et iam desine nostrae
invidiam conflare animae, quod sit Deus, aut quod
portio parva Dei, cum Christo abscidere quidquam,
et resecare Deo partem vel carpere tantum
numen non liceat, plenum sibi semper et in se.
Est operae pretium nebulosi dogmatis umbram
prodere, quam tenues atomi conpage minuta
instituunt: sed cassa cadit ventoque liquescit
adsimilis, fluxu nec se sustentat inani.
Aerium, Manichaeus ait, sine corpore vero
pervolitasse Deum, mendax phantasma cavamque
corporis effigiem, nil contrectabile habentem.
Ac primum specta, an deceat quidquam simulatum
adsignare Deo, cuius mera gloria falsi
nil recipit. Membris hic se fallacibus aptans

937. *Fraude carens omni, culparum* etc. distinguit u. — Post. 937 Prag. Rat. Weiss. b m q Sieh. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev. versum inserunt: *Quid peccatorum prosapia corpore in illo,* uncis eum secluserunt Heins. Cell.; om. A O P T Laur. Putt. T2rr. α a u Ald. Lugd. Obb. Librariorum incuria fortassis excidit, nam Prudentiana est dictio atque sententia. 938. *Quicquid in* α. 939. *homini* Rat. q Sieh. tres Fabr. Gis. Weitz. (non E P) Chor. Poett. 941. *Concideret* A E P Put. (non Weiss.); *steriles* E P Put. 943. *Partus* l m. 946. *Suscipe* α a b q u Iso. 947. *Naturam Patris* Put. 949. *abscindere* Fabr. Gis. 959. *Ad* Prag.

953...1062. Manichaeorum et docetarum errores notat. Ipsi olim Phantasiastorum nomine insigniti erant. Ex Clem. Alex. Strom. III, 13 colligitur, Iullum Cassianum eorum principem fuisse. Sed cfr. Augusti „Dogmengeschichte" §. 21 et Gieseler. „Kircheng."

958. *phantasma*] Cfr. Ignat. ep. ad Smyrn. 2.

968. Matth. 9, 13 sqq.

982. *Mattheus*] bisyllabum, cfr. H. 409.

986. *Septimus*] Matth. 1, 17. Sex septena virorum nomina a Matth. recensita Prud. interpretatur sex hebdomadas ex septem, quibus annus iubilaei constabat. De anno iubilaei, quo omnibus remittentur peccata, cfr. Lev. 25, 11 sqq.

fingeret esse hominem, ventosa subdolus arte?
mentitus totiens, cum diceret: inveteratis
do veniam morbis, simul et peccata remitto.
Filius est hominis, pestem qui pellere carnis
et scelerum nexus laxare ac solvere possit.
Surge valens, surge innocuus, iam tolle grabatum:
filius hoc hominis iubeo. Dignusne videtur,
qui testis sibi sit seque ac sua carnea norit?
quid? cum discipulos, hominis quid filius esset
passurus, fido iam praescius ore monebat,
nonne fatebatur, se cum virtute paterna
esse hominem verum? quod si non credo, fefellit.
Si natura·Dei quae sit, Manichaee, requiris,
omne quod est, verum est: nam si mendosus agit quid,
nec Deus est: mendum divinus non capit usus.
Obicis aeterno Domino, quod lubricus ad nos
venerit adsimulans aliud, quam verus habebat.
Obmutesce furor, linguam, canis inprobe, morde
ipse tuam lacero consumens verba palato.
Latranti obsistit Mattheus rabiemque refellit,
qui notat omne genus carnalis stirpis adusque
corporeum Christum per sex septena virorum
nomina descendens et venam sanguinis alti
ex atavis longo texens per stemmata filo.
Septimus hebdomadi venit superaddere sextae
hunc numerum Christus, placidum qui conficit annum
cuncta remittentem, contractibus inlaqueata
multimodis hominemque hominis de morte levantem.
Inperfectus enim limus mortalis erat tunc:

962. *Finxerit* a, *Fingerit* q; *ventos*, *ac* Ald. Lugd.; *callidus arte* R. 963. *totiens* α b Weitz. Heins. Obb., *toties* a m q u et cett.; *dum* Prag. 966. *et solvere* m q u Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. 967. *grabattum* A α m (Cod. Vat. 1209 antiquissimus N. T. Ioan. 5, 8 scr. *κράββατον* eodemque modo in vss. sqq., heic tamen *κράβαττον* cum altero *β* man. prima superadd.). 969. *tibi* u. 970. *Qui* A; *quod* T Heins. Cell., *quid* a Weiss. et cett. 972. *superna* B (ad oram) R et supra W. 973. *quid* q. 974. *requires* Put. 975. *ait* Ald. Lugd. [Vid. 1002]. 977. *Obicit* A, *Obice* a. 979. *Obmutisce* R a, cui Ald. in Emend. supposuit *Obmutesce*. 980. *ora* u. 981. *obsistet* B (supra) W 1 m Sieb. tres Chor. Poett. (non Cell.); *Matthaeus* Ald. Lugd. Cham. Teol. metro adversante (H. 408), sed vid. C. VI, 142. VII, 124 not.; *refellet* Sieb. tres Chor. Poett., *refellat* 1 m. 985. *stilo* 2 Prag. 986. *hebdomadi* P Laur. α u Ald. Lugd. Fabr. Gis. Amstr. Heins. Cell. Obb., *hebdomadae* R a b m q Sieb. tres Weitz. Chor. Poett. Arev., *hebdomade* Weiss. 987. *placitum* q.

vir solus perfectus adest atque integer Iesus,
cui nihil ex septem septenis defuit, ex quo
perficeret mortale genus virtute perenni.
Hic ille est, nobis qui septima sabbata conplet,
ut caro nostra Deo tandem sociata quiescat,
quam bis terna malis vexabant sabbata noxis.
Curramus notis gradibus regumque sequamur
progeniem, Christum invenies de carne parentum
effluxisse hominum, qui sit de semine David,
stirpe recensita numerandus sanguinis haeres.
Quid, cum sanctiloquus revoluto germine Lucas
sursum versus agit seriem, scandente nepotis
corpore, perque atavos cursum relegente vetustos?
septenos decies conscendit Christus in ortus,
et duo: nam totidem doctores misit in orbem:
descensos nascendo gradus redeundo retexit
actus ad usque apicem terreni corporis Adam.
Inde parens deitas recipit sua nostraque mixtim,
fitque Dei summi per Christum filius Adam.
Restat ut aeriam fingas ab origine gentem,
aerios proceres, Levin, Iudam, Simeonem,

991. *ille* p. *Iesus* Rat. 997. *noctis* Prag.; *tergumque* Ald. Lugd. 998. *de corde* E in marg. pro div. script. Put., *carne* supra *ł corde*. 999. *hominem* A O R T3rr. Rat. 2 α [fortasse verum iudice Obb.]. 1000. *recenseta* Rat. α b m q (non Laur.); *numerosus* q. 1001. *Quod* Prag.; *sanctilocus* A, *sancti logus* E N u Ald. Lugd.; *sanguine* Sieb. tres (in marg. *germine*) Chor. Poett. Hic ultimus est versus cod. b. 1002. *ait* Ald. Lugd. 1003. *perquae* m; *cursu* Prag. Rat. m. 1006. *Nesc.* A, *Descensus* R u. 1007. *Auctus* 1 m. 1008. *mixtum* α, *mistum* Ald. Lugd., *mistim* Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr., *mixtam* q. 1010. *pingas* O Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Cell. (non Weiss.). 1011. *levi* q Ald. Lugd., *Levi* Heins.; *symeona* m.

995. *sabbata*] Sabbatum = hebdomas.

1001. *Lucas*] „In Mar. codice est glossula, quae fere evanuit sed indicare videtur, plures quam septuaginta a Luca recenseri. Prud. septenos decies et duos id est, septuaginta duos Christi progenitores ex Luca colligit fuisse. Invenio autem in Luca septuaginta quinque a S. Iosepho ad Adamum usque, utroque comprehenso. Poeta, ut mysticam interpretationem adhiberet de 72 discipulis in hoc numero constitit. Fortasse S. Iosephum et Adamum noluit hoc numero comprehendi, neque Cainam a Mose omissum, de quo disputant interpretes. S. Augustinus Serm. 83. alias 15. de verbis domini in Luca 77 generationes a Christo usque ad Adamum astruit, ut ex hoc numero mysticum explicationem confirmet. De ipso discipulorum numero diversae sunt sententiae, nam alii et Prud. ipse in dittochaeo (55) septuaginta fuisse dicunt." *Arev.*

1008. *Actus*] *ductus* Iso.

aerium David, magnorum corpora regum
aeria, atque ipsam fecundae virginis alvum
aere fallaci nebulisque et nube tumentem.
Vanescat sanguis perflabilis, ossa liquescant
mollia, nervorum percat textura volantum.
Omne, quod est gestum, notus auferat inritus, aurae
dispergant tenues, sit fabula, quod sumus omnes.
Et quid agit Christus, si me non suscipit? aut quem
liberat infirmum, si dedignatur adire
carnis onus manuumque horret monumenta suarum?
indignumne putat luteum consciscere corpus,
qui non indignum quondam sibi credidit, ipsum
pertractare lutum, cum vas conponeret arvo
nondum viscereo, sed inertis glutine limi
inpressoque putres sub pollice duceret artus?
tantus amor terrae, tanta est dilectio nostri!
Dignatur praepinguis humi conprendere mollem
divinis glebam digitis, nec sordida censet
haerentis massae contagia: iusserat ut lux
confieret, facta est, ut iusserat: omnia iussu
inperitante novas traxerunt edita formas.
Solus homo emeruit Domini formabile dextra
os capere et fabro deitatis figmine nasci.
quorsum igitur limo tanta indulgentia nostro
contigit, ut Domini manibus tractatus honora
arte sacer fieret tactu iam nobilis ipso?
decrerat quoniam Christum deus inconrupto
admiscere solo, sanctis quod fingere vellet.
Dignum habuit digitis et carum condere pignus.
Destituit natura quidem destructa coactae
telluris formam, mortique obnoxia cessit:
sed natura Dei nunquam solvenda caducam

1018. *tenuis* R. 1019. *Aut quid* W supra. 1021. *monimenta* m. 1022. *conscissere* m. 1024. *Pertrectare* Heins. 1025. *corporeo* supra *i viscereo* Rat. 1026. *police* W Weitz. 1028. *praepignus* Rat.; *comprehendere* u Ald. Lugd; *molem* B. 1034. *fabro* B W Weiss. m Weitz. Heins. Cell. Arev. Obb., *flabro* A R W (supra) Laur. *α* a q u Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Cham. 1036. *man. dni* R. 1037. *tactui nobilis* a. 1038. *Decrevit* Rat.; *Christum pater incorrupto* Prag. 1039. *velle* B Gis.

1034. *fabro*] Agitur de solius dexterae dei, anima oris vid. 778. corporis figmento. Corpus quippe opus

tellurem nostro vitiatam primitus usu
esse suam voluit, ne iam vitiabilis esset.
Christus nostra caro est, mihi solvitur et mihi surgit:
solvor morte mea, Christi virtute resurgo:
cum moritur Christus, cum flebiliter tumulatur,
me video: e tumulo cum iam remeabilis adstat,
cerno Deum. Si membrorum phantasma meorum est,
et phantasma Dei est, mendax in utroque necesse est
sit Christus species, si Christus fallere novit.
Si non verus homo est, quem mors hominem probat ipsa,
nec verus Deus est, operis quem gloria prodit
esse Deum: vel credo mori vel adesse refelle,
et gemina verum Christum ratione negato.
Nam quid magnificum, si non est mortuus Iesus,
et redit? illa Dei virtus memorabilis est, ut
occisus redeat superis surgatque sepultus.
quisque deum Christum vult dicere, dicat eundem
esse hominem, ne maiestas sua fortia perdat.
Nosco meum in Christo corpus consurgere: quid me
desperare iubes? veniam, quibus ille revenit
calcata de morte viis: quod credimus, hoc est.
Et totus veniam: nec enim minor aut alius, quam
nunc sum, restituar: vultus, vigor et color idem,
qui modo vivit, erit, nec me vel dente vel ungue
fraudatum revomet patefacti fossa sepulcri.

1045. *nec* A P α q Ald. Lugd. 1047. *Solvitur* 1 A. 1049. *et tum.* u Ald. Lugd.; om. *iam* q. 1051 sq. *utroque ... species* A E a Heins. Cell. Obb., *utroque ... specie* P Put. 2 α Ald. Lugd., *utraque ... specie* R Weiss. 1 α m q u Sieh. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev. 1055. *Esse deum, uel crede mori, vel adesse refelle non sit* Ald. Lugd., quamvis Ald. errorem correxisset in Emend. 1056. *gemina Christum vera* u. 1057. *ille* p. *Iesus* Rat. 1058. *ista* ex corr. Ald. Lugd. 1060. *Quique* Rat., *Quisqui'* Gis.; *discere* cum gl. *credere* a. 1062. *Posco* R; *resurg.* R. 1063. *Disperare* A a. 1068. *remouet* supra *i reuouet* m, *removet* q u Ald. Lugd. Cham.

1046. *mihi solvitur*] Rom. 4, 24 sq.

1047. Ambros. de sacram. II, 6: *ut dei gratia perseveraret mortuus est homo, sed Christus invenit resurrectionem, i. e. ut redintegraret caeleste beneficium, quod fraude fuerat serpentis amissum.*

1062.. 1085. epilogus sectionis antecedentis: quia Christus non phantasma fuit, sed verum inhabitavit humanum corpus, ipse etiam resurrexit in testimonium omnis carnis resurrectionis futurae.

1066. Resurrectio carnis in eodem omnino corpore, quod vas fuit spiritui, dum alter alteri coniunctus esset, corpus autem absque debilitate: *Nam si debilitas redit, instauratio non est.*

Qui iubet ut redeam, non reddet debile quidquam:
nam si debilitas redit, instauratio non est.
Quod casus rapuit, quod morbus, quod dolor hausit,
quod truncavit edax senium populante veterno,
omne revertenti reparata in membra redibit.
Debet enim mors victa fidem, ne fraude sepulcri
reddat curtum aliquid, quamvis iam curta vorarit
corpora: debilitas tamen et violentia morbi
virtus mortis erat. Reddit, quod particulatim
sorbuerat quocunque modo, ne mortuus omnis
non redeat, si quid pleno de corpore desit.
Pellite corde metum, mea membra, et credite vosmet
cum Christo reditura deo: nam vos gerit ille
et secum revocat. Morbos ridete minaces,
inflictos casus contempnite, taetra sepulcra
dispuite: exurgens quo Christus provocat, ite.

1075. *certum* R; *forarent* Prag., *voravit* Ald. Lugd. 1077. *erit* Gis.; *Reddit* A P q Obb. [Cfr. 1075], *Reddat* B praestantiores Heinss. Weiss. Sieb. tres Chor. Poett., *Reddet* R α a m u Ald. Lugd Gis. Weitz. Amstr. Heins. Cell. Arev. 1080. *meo* Ald. Lugd.; om. *et* T. 1083. *et atra* p. *taetra* B q Sieb. tres Chor. Poett. Cell. Teol. (non Weiss.).

1084. *Dispuite* A Put. α Obb. [Cfr. Ps. 368. P. II, 188. S. I, 580. Tertull. adv. Marc. I, 29: *matrimonii res dispuendae*, idolol. XI, 13], *Respuite* Weitz., *Despuite* B N R a m q Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev., *Despicite* O W (supra) u; *et surgens* Ald. Lugd.

Subscribb. *Finit Apotheoses* α, nulla epigraphe a q, desierat 1001 b, *Finit liber Apotheosis* m, *Explicit Contra Manicheos* u.

# HAMARTIGENIA.

## PRAEFATIO.

Fratres ephebi fossor et pastor duo,
quos feminarum prima primos procreat,
sistunt ad aram de laborum fructibus
deo sacranda munerum primordia:
hic terrulentis, ille vivis fungitur.
Certante voto discrepantes inmolant,
fetum bidentis alter, ast alter scrobis.

Inscribb. *Incip. Amartegenia liber* α, *Incipit lb. unus Admartigenia* a, *Incipit Amartigenia id ē de origine peccatorum* Rat. m, deest inscriptio q, *Incipit prologus aduersus Marcionitas* u. Theodolph. Aur. de sancto spiritu I, 46 *contra Marcionitas* hoc carmen laudat.

1. *efybi* E sim. A, *ephaebi* W Weitz, *Ephobi* m. 2. *proximos* supra *primos* Prag., *proximos creat* supra *t primos pro* m. 4. *numerum* q. 5. In hoc versu desinit cod. q. 7. *est* A.

Sunt, qui Heinsio auctore ex argumento et codd. inscriptionibus Hamartigeniam Apotheoseos partem esse contendant. Indidem cum aliis ego colligo, esse eam carmen omnino diversum, id quod praefatio peculiaris ipsi praefixa insuper indicat, quamvis argumentum aeque ac illius in dogmate explicando perstet.

1. *fossor*] *agricola* Iso. Virg. Georg. II, 264 *Et labefacta movens robustus iugera fossor.*

5. *Quaeri potest: Quare respexit dominus ad munera Abel? Numquid plus placet domino pecualis hostia, quam sacrificium de fructibus? Non utique. Sed quia videbat cor Cain malitia et invidia plenum contra fratrem suum, munus eius reprobavit; in Abel vero simplicitatem et innocentiam adtendens munus eius aspexit, et quia avaritiam detestatus est in labore Cain, qui plus iusto insudabat in laborando, non ut haberet sufficientiam, sed ut superflua quaeque et minus necessaria congregaret* gl. a.

7. *bidentis*] *ovis* Iso. Sed vid. Gell. N. A. XVI, 6, 12 „Publius autem Nigidius in libro, quem De Extis composuit, *bidentes* appellari ait non oves solas, sed omnes bimas hostias. Neque tamen dixit apertius, cur *bidentes*: sed, quod ultro existimabamus, id scriptum invenimus in commentariis quibusdam ad ius pontificium pertinentibus, *bidennes* primo dictas, litera immissa, quasi *biennes*: tum longo usu loquendi corruptam esse vocem, et ex *bidennibus bidentes* factum: quoniam id videbatur esse dictu facilius leniusque. Higinus tamen Iulius, qui ius pontificium non videtur ignorasse, in quarto librorum, quos De Virgilio fecit, *bidentes* appellari scripsit hostias, quae per aetatem duos dentes altiores haberent. Verba illius ipsa posui: *Quae bidens est*, inquit, *hostia, oportet habeat dentes octo, sed ex his duo ceteris*

Deus minoris conprobavit hostiam:
reiecit illam, quam paravit grandior.
Vox ecce summo missa persultat throno:
Cain quiesce, namque si recte offeras,
oblata nec tu lege recte dividas,
perversa nigram vota culpam traxerint.
Armat deinde paricidalem manum
frater probatae sanctitatis aemulus,
germana curvo colla frangit sarculo,
mundum recentem caede tinguit inpia,
sero expiandum, iam senescentem sacro
cruore Christi, quo peremptor concidit.
Mors prima coepit innocentis vulnere,
cessit deinde vulnerato innoxio:
per crimen orta, dissoluta est crimine,
Abel quod ante perculit, Christum dehinc:
finita et ipsa est finis exortem petens.
Ergo ex futuris prisca coepit fabula,
factoque primo res notata est ultima,
ut ille mortis inchoator rusticus
insulsa terrae deferens libamina
deumque rerum mortuarum deputans
rastris redacta digna sacris crederet,
viventis atrox aemulator hostiae.
Agnosco nempe, quem figura haec denotet,

9. *ille* a. 11. *numq.* A, *nam* W Prag. Weitz. (non B); *recta* 2 Rat. 12. *recte* A E P Laur. a Ald. Lugd. Fabr. Chor. Poett. Obb., *recta* Prag. α m u Sieb. tres Gis. Weitz. Amstr. Heins. Cell. Arev., *certa* B (supra) R W margo trium Sieb. 13. *Perversa culpam vota nigram traxerint* u. 19. *perempto* R a u. 20. *Sors* A E P (alt. ad marg.) Tlrr. a u; *vulneris* B Fabr. Sieb. tres Chor. Poett. 21. *Cessat* coni. Berg. ap. Weitz. 24. *Finit* Bon. 26. *nota* A. 31. *immolator* Bon. 32. *quae* Ald. Lugd.

*altiores, per quos appareat, ex minore aetate in maiorem transcendisse.* Haec Higini opinio an vera sit, non argumentis, sed oculis iudicari poterit." — *scrobis* = *terrae vel sulcorum* Iso.

11. Sententiarum nexus: Si etiam mente, qua decet, offeras, vota tua non accepta sunt, quia oblata non recta cum mente diviseris. Locus ex LXX interpp. versione Gen. 4, 7 petitus.

12. *Recte offert, qui domino sacrificat; sed non recte dividit, qui non adtendit, cui vel quid vel quo loco, vel quis ipse sit, qui sacrificat* gl. a.

24. Mors mortis seu finis exortem petens Christum ipsa finita est.

25. *ex futuris prisca coepit fabula*]. „Rei verae enarratio ex futuris morte Christi adducenda, quia haec per illam adumbrata fuit." *Cell.*

quis paricida, quis peremptor invidus
prave sacrorum disciplinam dividat,
mactare dum se vota censet rectius.
Marcion, arvi forma conruptissimi,
docet duitas discrepare a spiritu,
contaminatae dona carnis offerens
et segregatim numen aeternum colens.
Qui si quiescat, nec monentem neglegat,
pacem quietam diligat germanitas
unum atque vivum fassa vivorum Deum.
Hic se caduco dedicans mysterio
summam profanus dividit substantiam,
malum bonumque ceu duorum separans
regnum Deorum sceptra conmittit duo
deum esse credens, quem fatetur pessimum.
Cain cruentus, unitatis invidus,
mundi colonus, inmolator squalidus,
cuius litamen sordet et terram sapit,
terram caduci corporis, venam putrem,
humore denso conglobatam et pulvere:
natura cuius fraude floret fertili,

33. *parricida* A E P W Prag. Rat. a (cum gl. *marcion*) m u Sieb. tres Weitz. Chor. Poett. Obb. [Fest. s. v.: *paric. non utique is, qui parentem occidisset, sed qualemcunque hominem.* Prisc. l. p. 553. Putsch., Klotz. ad Cic. oratt. I. p. 522. Osenbrüggen: *d. altröm. Paric.* (Kilon. 1841.) p. 4. infra v. 565?], *fratricida* R W (supra) Weiss. α etc. Ald. Lugd. Fabr. Gis. Amstr. Heins. Cell. Arev. 34. *Gravem sacr.* u; *dividit* B Fabr. Gis. 36. *Marcion arii* u, *Marcionarii* Ald. Lugd. 37. *duitas* Weiss. 2 α m u Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev. Obb., *duetas* 1 α Ald. Lugd., *dueta* A E P 2 R Prag. a, *duata* 1 R. 40. *neglegat* Rat. α m Ald. Lugd. Heins. Obb., *negligat* a u Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Cell. Arev. 41. *quieta* cum suis Heins. Cell. 42. *fessa* Prag.; *virorum* a. 43. Post hunc versum inserunt Prag. Rat. Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. ([] non E P) Chor. Poett. Amstr.: *Hic qui caduci rem laboris offerens*, m *Qui caduci rem laboris offerens.* 45 sq. *divorum separans Regnum duorum* P W (supra *divorum*) Weiss. α (supra gl. *s. deorum*) a (supra *deorum*) 1 m u Ald. Lugd. (utrobi *separans*) Weitz. prob. Arev., qui *Regnum, duorum* distingui commendat, *Regna divorum* B Prag. (supra *duorum*) Rat. 2 m, *duorum separans Regnum divorum* Sieb. tres Chor. Poett., *Malum bonumque ceu duorum separans Regnum duorum sceptra committit duo* Laur.

37. *duitas*] Eos significat, qui duos esse deos opinabantur. Errat Obbarius cum aliis asserens, Prudentium vocabulum illud formasse. Iam Labeo ap. Prisc. Iavolenum Dig. 50, 16, 242 viduam sic dictam esse putat, quasi vecors, vesanus, qui sine corde aut sanitate est: sic vidua quippe quae sit sine duitate.

fecunda fundens noxiorum crimina,
animaeque vitam labe carnis enecat.
Caro in sororem tela mentem dirigit,
mens in cerebro ventilatur ebrio,
ex quo furores suculentos conligit
madens veneno corporis lymphatico.
Deum perennem findit in duos deos,
audet secare numen insecabile:
cadit perempta denegans unum Deum,
Cain triumphat morte fratris allitus.

---

Quo te praecipitat rabies tua, perfide Cain,
divisor blaspheme Dei? tibi conditor unus
non liquet et bifidae caligant nubila lucis.
Insincera acies duo per divortia semper
spargitur, in geminis visum frustrata figuris.
Terrarum tibi forma duplex obludit, ut excors
dividuum regnare Deum super aethera credas.
Bina boni atque mali glomerat discrimina sordens
hic mundus, Domino sed caelum obtemperat uni.
Non idcirco duos retinent caelestia reges,

54. *noxiarum* coni. Cauch. 57. *illicebro* W (supra *in cerebro*) Weitz. (non B), *illecebro* supra *l in cerebro* Prag. Fabr., *inlecebro* m Ald. Lugd. Sieh. tres Chor. Poett. Amstr. 58. *sulentos* A. 59. *lymphatici* Prag. 60. *fundit* Bon. 61. *nomen* Ald. Lugd. 62. *Cadit perempta* A E R Bon. Prag. Rat. Put. T3rr. Weiss. a 1 m Heins. Cell. Obb., *Cadet peremptor* Ald. Lugd. Sieh. tres Chor. Poett., *Cain peremptor* B W Rat. (supra pro div. script.) α m (in marg. p. div. script.) Fabr. Gis. Weitz. Arev., *Cadit peremptor* T u Amstr., *Mens perempta cadit* W ad oram, *cadit perempta mens* 2 m. 63. *allitus* reposuit Arev. et ita explices lectionem *alitus* A O Prag. Rat. Weiss. α a (cum gl. *nutritus*) m Ald. Lugd. Sieh. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett. Obb., *halitus* u, *oblitus* R T Bon. T3rr. Cauch. Heins. Cell., *illitus* Gis. Amstr.

Inscribunt *Adversus Marcionitas qui duos deos affirmant* Rat. (*esse affirmant*) α, *Adversum marcionistas qui duos deos esse asserunt* a, *Adversus marcionitas qui duos esse asser.* m, *Incipit Adversus Blasphemantes duos Deos esse* u. 1...169 om. A. 6. *illudit* B supra. 8. *discrimine* 1 m.

63. *allitus*] *oblitus*, *illitus*, *maculatus*, ut Hor. A. P. 446 *incomptis adlinet atrum Traverso calamo signum*.

5. Cfr. Tertull. adv. Marc. I, 2. — Ceteroquin in Clem. Rom. Hom. eadem Gnosticorum dogmata inter disputationes Simonis magi cum Petro apostolo fusius exposita sunt atque confutata.

quod duo sunt opera humanas agitantia curas.
Exterior terrenus homo est, qui talia cernens
conicit esse duo variarum numina rerum,
dum putat esse Deum, qui prava effinxerit olim,
et qui recta itidem condens induxerit: ambos
autumat esse deos natura dispare summos.
Quae tandem natura potest consistere duplex
aut regnare diu, quam fons divisus ab arce
separat, alternaque apicum ditione recidit?
aut unus Deus est, rerum cui summa potestas,
aut quae iam duo sunt, minuuntur dispare summo.
Porro nihil summum, nisi plenis viribus unum:
distantes quoniam, proprium dum quisque revulso
vindicat inperio, nec summa, nec omnia possunt.
Ius varium non est plenum, quia non habet alter,
quidquid dispar habet: cumulum discretio carpit.
Nos plenum sine parte Deum testamur et unum,
[in quo Christus inest: idem quoque plenus ac unus],
qui viget et viguit super omnia, quique vigebit
participem nullum conlato foedere passus.
Summa potestatum, simplex dominatio rerum,
virtutum sublime caput, fons unicus orbis,
naturalis apex generisque et originis auctor:
ex quo cuncta fluunt, et lux et tempora et anni
et numerus, qui post aliquid dedit esse secundum:
unus enim princeps numeri est, nec dinumerari
tantum unus potis est. Sic cum Pater ac Deus alter
non sit, item Christus non sit genitore secundus:
anterior numero est, cui filius unicus uni est.
Ille Deus meritoque Deus, quia primus et unus,

11. *sunt* R α a m u Ald. Lugd. Weitz. Heins. Arev. Obb., *sint* B Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Cell. 14. *effinxerat* Rat. 17. *constare biformis* B (ad oram) W supra margo trium Sieb. 18. *At* l m. 20. *rerum deus est* transp. α. 21. *At* Arev. mendose; *quia* B T 2 Rat. α margo trium Sieb., *qui* 1 Rat. Gis.; *summa* B 1 α Heins. Cell. 22. *unum* supra *t usum* m, *usum* Prag. Rat. Weitz. (non B W supra). 24. *Iudicat* in marg. *vindicat* a, *Vendicat* Weitz. (non B). 29. *et* Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Cell. Obb. invitis codd.; *quippe* Ald. Lugd. 31. *simplex* supra *t pater est* a, *pater est* E in marg. pro div. lect. Put. probante Heins., *Summa potestatum simplex, dominatio rerum* disting. Arev. 33. *que* om. Rat. 34. *tempora anni* a. 36. *denumerari* α 1 m Gis. 39. *Anterior numero est* supra *t Aut numero anterior* m, *Aut numero anterior* Rat. Arev., *Interior numero est* a, *Anterior non ero* 1 α.

in virtute sua primus, tum primus in illo,
quem genuit. Quid enim differt generatio simplex?
Unum semper erit gignens atque unus ab uno,
ante Chaos genitus numeroque et tempore liber.
Quis dixisse duos rem maiestate sub una
regnantem propriamque sibi retroque perennem
ausit et unius naturae scindere vires?
numquid adoptivum genitor sibi sumpsit, ut alter
externi generis numerum praestare duorum
debeat et geminum distans inducere numen?
Forma Patris veri verus stat Filius, ac se
unum rite probat, dum formam servat eandem.
Non amor adscitus sociat, nec iungit utrumque
coniurata fides, pietas sed certa genusque
unum, quod Deus est, summam revocatur ad unam.
Haec tibi, Marcion, via displicet, hanc tua dampnat
secta fidem dominis caelum partita duobus.
Quae te confundunt nebulae, quis somnus inerti
incubat ingenio, qui per phantasmata duplex
occurrit species bivio dispersa superno?

Si vim mentis hebes stupor obsidet, adspice saltem
obvia terrenis oculis elementa, quibus se
res occulta Dei dignata est prodere signis.
Hanc heresin praesaga Patris praeviderat olim
maiestas fore, quae rectorem lucis et orbis
scinderet in partes geminatum segrege regno.
Idcirco specimen posuit spectabile nostris
exemplumque oculis, ne quis duo numina credat
[inperitare vagis mundi per inania formis].
Una per inmensam caeli caveam revolutos

43. *erunt* 1 E. 47. *excscindere* T Put. Weiss. *α* Ald. Lugd. 48. *natum* p. *genitor* u. 53. *adscitos* 1 *α*. 55. *summa* R; *revocatus* B Sieh. tres Chor. Poett. 56. *haec tua* Sieh. tres. Chor. Poett. 58. *sunnus* 1 *α*, *sonnos* 2 *α*. 60. *disparsa* Prag. 61. *saltim* Ald. Lugd. Weitz. 64. *Hanc heresin* etiam Rat., ubi librarius *heresin hanc* punctis legendum indicat, *Haeresin hanc* Ald. Lugd., ser. *heresim* Laur. *α* m u Weitz. Cham. 68. *neque quis* a; *credens* Prag. 69. *vagas α*, *vagas ... formas* B 1 m Sieh. tres Fabr. Chor. Poett. Exhibent hunc versum B Prag. Rat. sine litura 2 Weiss. *α* in marg. a pr. man. m Sieh. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev. [] uncis incl. Heins. Cell., om. E P R T1 rr. 1 Weiss. omnes Heinss. *α* (in contextu) a u Dav. Ald. Lugd. Obb. 70. *resolutos* B Sieh. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr.

64. *heresin*] de prim. syllab. quantitate cfr. C. praef. 39.

praebet flamma dies, texit sol unicus annum:
triplex ille tamen nullo discrimine trina
subnixus ratione viget, splendet, volat, ardet,
motu agitur, fervore cremat, tum lumine fulget.
Sunt tria nempe simul, lux et calor et vegetamen,
una eademque tamen rota sideris indiscretis
fungitur his, uno servat tot munera ductu,
et tribus una subest mixtim substantia rebus.
Non conferre Deo velut aequiparabile quidquam
ausim nec Domino famulum conponere signum:
ex minimis sed grande suum voluit Pater ipse
coniectare homines, quibus ardua visere non est.
Parvorum speculo non intellecta notamus,
et datur occultum per proxima quaerere verum.
Nemo duos soles, nisi sub glaucomate, vidit;
aut si fusca polum suffudit palla serenum,
oppositus quotiens radiorum spicula nimbus
igne repercusso mentitos spargit in orbes.
Sunt animis etiam sua nubila crassus et aer:
est glaucoma, aciem quod tegmine velat aquoso,
libera ne tenerum penetret meditatio caelum,
neve Deum rapidis conprendat sensibus unum.
Spargitur in bifidas malesana intentio luces,
et duplices geminis auctoribus extruit aras.
Si duo sunt igitur, cur non sunt multa Deorum
milia, cur numero deitas contenta gemello est?
an non in populos dispersa examina divum
fundere erat melius, mundumque inplere capacem
semideis passim nullo discrimine monstris,

71. *rexit* Sieb. tres Fabr. Chor. Poett. Cell., sed vid. S. II, 997. 76. *indiscreti* Prag. Rat. m. Fabr. Gis. Weitz. (non E P). 78. *Ex* Prag.; *mistim* Laur. Sieb tres Fabr. Chor. Poett. Amstr., *mixtum* α, *mistum* Ald. Lugd. 79. *aequiperabile* α m u. 84. *verum* supra *t signum* m, var. lectione obliterata. 86. *suffundit* Rat. m Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. (non P) Chor. Poett. Amstr.; *plaga* R. 87. *quotiens* Laur. α a m u Heins. Obb., *quoties* Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Cell. Arev. 88. *mentitus* Ald. Lugd. 89. *et aether* u. 90. *velat* R Put. cum aliis Heinss. Weiss. α a Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Obb., *velet* O W Laur. Prag. Rat. m u Heins. Cell. Arev., *vellet* mendose Ald. Lugd. 91. *tetrum* u Ald. Lugd. 93. *malefida* B. 95. *Sunt duo? sunt* E Dav. Gis.; *cur non sunt* R α a m Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Cham. Arev. Obb., *cur non sint* P u Ald. Lugd. Heins. Cell.

86. *palla*] nubes, nubecula, ut palliolum mulieris tegumentum.

quis fera barbaries perituros mactat honores?
Dissona discretum retinent si numina caelum:
convenit et nebulis et fontibus et reboanti
oceano et silvis et collibus et speluncis,
fluminibus, ventis, fornacibus atque metallis
adsignare deos proprios, sua cuique iura.
Vel si gentiles sordet venerarier umbras,
et placet, esse duos sceptris socialibus aequos:
dic age, quis terras ditionis sorte retemptet?
quis regat aequoreas aeterna lege procellas?
ede cohaeredum distinctum ius dominorum.
Unus, ais, tristi residet sublimis in arce,
auctor nequitiae, scelerum Deus, asper, iniquus,
qui, quodcunque malum vitioso fervet in orbe,
sevit, et anguino medicans nova semina suco,
rerum principium mortis de fomite traxit.
Ipse opifex mundi, terram, mare, sidera fecit,
condidit ipse hominem, lutulenta et membra coegit
effigians, quod morbus edat, quod crimine multo
sordeat, informi tumulus quod tabe resolvat.
Ast alii pietatis amor placidumque medendi
ingenium recreans homines, mortalia servans.
Testamenta duo fluxerunt principe utroque,
tradidit iste novum melior, vetus illud acerbus.
Haec tua, Marcion, gravis et dialectica vox est,
imo haec attoniti phrenesis manifesta cerebri.
Novimus esse patrem scelerum, sed novimus ipsum
haudquaquam tamen esse Deum, quin immo gehennae
mancipium, stygio qui sit dampnandus averno.
Marcionita Deus, tristis, ferus, insidiator,

100. *Qui* Sieb. tres Chor. Poett., *Queis* Gis. Amstr. 101. *divum* 1 Rat. 105. *Adsignare proprios, elementaque ruris* (*iuris* corr. Heins.) *Dividui dominis addicere sigillatim Vel* seqq. T1rr., *sua iura cuique* Gis. 107. *duos* R T W (supra) Put. α a Ald. Lugd. Sieb. tres Chor. Poett. Heins. Cell. Arev. Obb., *deos* B W Prag. Rat. m u etc. Fabr. Gis. Weitz. Amstr. 108. *gubernet* supra *retentet* m. 111. *ait* u; *tristis* R. 114. *anguineo* Ald. Lugd. Sieb. tres Chor. Poett. Cell. [Cfr. Ps. 560, 793. P. V, 176. D. 2]; *meditans* Prag.; *fucco* T bene iudice Heinsio. [Def. Marklaud. ad Stat. Silv. III, 2, 139]. Scribe saltem *fuco*. Nostri et aliorum scripti *suco*. 117. *lutulentaque membra* u. 120. *Est al.* coni. Gall. 125. *cerebri manifesta phrenesis* Ald. Lugd. 127. *Haud nequaquam* a. 128. *damnatus* coni. Arev.

125. *phrenesis*] correpta media, cfr. 64.

vertice sublimis, cinctum cui nubibus atris
anguiferum caput et fumo stipatur et igni,
liventes oculos suffundit felle perusto
invidia inpatiens iustorum gaudia ferre.
Hirsutos iuba densa humeros errantibus hydris
obtegit et virides adlambunt ora cerastae:
ipse manu laqueos per lubrica fila reflexos
in nodum revocat facilique ligamine tortas
innectit pedicas nervosque in vincula tendit.
Ars olli captare feras, animalia bruta
inretire plagis, retinacula denique caecis
indeprensa locis erranti opponere praedae.
Hic ille est venator atrox, qui caede frequenti
incautas animas non cessat plectere, Nebroth:
qui mundum curvis anfractibus et silvosis
horrentem scopulis versuto circuit astu,
fraude alios tectisque dolis innectere adortus,
porro giganteis alios luctando lacertis
frangere, funereos late exercere triumphos.
Inproba mors quid non mortalia pectora cogis?
ipse suam, pudet heu, contempto principe vitae
perniciem veneratur homo, colit ipse cruentum
carnificem gladiique aciem iugulandus adorat.
In tantum miseris peccati nectare captis
dulce mori est, tanta in tenebris de peste voluptas!
Qui mala principio genuit, Deus esse putatur,
quique bona infecit vitiis et candida nigris:
par furor illorum, quos tradit fama dicatis
consecrasse deas Febrem Scabiemque sacellis.

130. *sublimi* 1 R Heins. Cell. [Cfr. Hor. Od. I, 1, 36]. 132. *Viventes* R. 133. *Invidiae* Gis. 139. *olli* Laur. 1 α a m u Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev. [Cfr. infra 544], *illi* 2 α Obb. 140. *Inretit ore* Ald. Lugd. 141. *Indepressa* E a, *Indeprehensa* u Ald. Lugd. 143. *Nebroth* O T 2 α 2 a m Ald. Lugd. Sieb, tres Weitz. Chor. Poett. Heins. Cell. Arev. Obb. [secundum LXX, vid. Gen. 10, 8], *Nembroth* Laur. 1 α u Amstr., *Nemroth* R, *nebrok* 1 a, *Nimrod* α (in marg.) Gis., *Nimroth* Fabr. 144. *sinuosis* Boh. I Amstr. Luneb. 1648. 146. *innectit* u Ald. Lugd.; *adorsus* R. 147. *gigantes* supra *i* α.

158. *Febrem* sqq.] Alios deos colebant veteres, ut prodessent, ne nocerent alios, ipsis morbis deorum honoribus afficientes, Val. Max. II, 5, 6: *Febrem ad minus nocendum templis colebant, quorum unum adhuc in Palatio, alterum in area Marianorum monumentorum, tertium in summa parte Vici longi extat* etc., Cic. N. D. III, 10, 24, Min. Fel.

Inventor vitii non est Deus: angelus illud
degener infami conceptum mente creavit,
qui prius augustum radiabat sidus et ingens
ex nihilo splendor nutrito ardebat honore:
ex nihilo nam cuncta retro, factumque quod usquam est.
At non ex nihilo Deus et sapientia vera
Spiritus et sanctus, res semper viva, nec unquam
coepta, sed aerios etiam molita ministros.
Horum de numero quidam pulcerrimus ore,
maiestate ferox, nimiis dum viribus auctus
inflatur, dum grande tumens sese altius effert,
ostentatque suos licito iactantius ignes:
persuasit propriis genitum se viribus ex se
materiam sumpsisse sibi, qua primitus esse
inciperet nascique suum sine principe coeptum.
Hinc schola subtacitam meditatur gignere sectam,
quae docet e tenebris subitum micuisse tyrannum,
qui velut aeterna latitans sub nocte retrorsum
vixerit et tecto semper regnaverit aevo.
Aemulus, ut memorant, opera ad divina repente
conrumpenda caput caligine protulit atra.
Hoc ratio sed nostra negat, cui non licet unam
infirmare fidem, sacro quae tradita libro est:
„Nil" ait „absque Deo factum, sed cuncta per ipsum,
„cuncta, nec est alius quisquam nisi factus ab ipso."
Sed factus de stirpe bonus, bonitatis in usum

161. *Quis* u. 162. *honorem* 2 R (1: *um*), *nutritum ardebat honorem* coni. Heins. 166. *mollitos* 2 m. 169. *tumet* u. 175. *Qua* Cell. 180. *libet* 1 m; *una* Prag. 181. *est* om. Prag. 183. *Cunctet* a, *Facta* Prag. Rat. (a prisco corr.) Amstr. Luneb. 1648; *ni* Sieb. tres Chor. Poett.

XXV, 8 *Cloacinam Titius et invenit et coluit, Pavorem Hostilius atque Pallorem. Mox nescio a quo Febris dedicata*, Perizon. ad Ael. V. H. XII, 11, Cuper. Harpocr. in Polen. thes. II, p. 577. Sacellum *Scabiei* deae fuisse, unus Prud. inter veteres auctor est. Templum Tiburtae *Tussim* habuisse haud procul a villa Maecenatis, nonnulli Archaeologi ex ipsius aedificii forma in ecclesiam christianam mutati exque inscriptionibus ibi repertis colligi volunt. Sed cfr. Nibby Viaggio Antiquario ne' contorni di Roma Tom. I, p. 171, eiusdem Analisi storico-topografico-antiquaria della carta de' dintorni di Roma Tom. III, p. 199.

161. *aug. sidus*] Angelorum malorum caput *Lucifer* ap. Is. 14, 12 dictum. Cfr. ibid. Rosenmüller et Middeld. p. 162.

166. *aerios*] spirituales, cfr. A. 778.

182. *per ipsum*] Io. 1, 3.

184. Conc. Bracar. prim. (a. 563) Canon. VII: *Si quis dicit, diabolum non fuisse prius bonum angelum a*

proditus et primo generis de fonte serenus;
deterior mox sponte sua, dum decolor illum
inficit invidia stimulisque instigat amaris.
Arsit enim scintilla odii de fomite zeli,
et dolor ingenium subitus conflavit iniquum.
Viderat argillam simulacrum et structile flatu
concaluisse Dei, Dominum quoque conditioni
inpositum, natura soli pelagique polique
ut famulans homini locupletem fundere partum
nosset et effusum terreno addicere regi.
Inflavit fermento animi stomachante tumorem
bestia, deque acidis vim traxit acerba medullis,
bestia sorde carens, cui tunc sapientia longi
corporis enodem servabat recta iuventam,
conplicat ecce novos sinuoso pectore nexus
involvens nitidam spiris torquentibus alvum.
Simplex lingua prius varia micat arte loquendi,
et discissa dolis resonat sermone trisulco:
hinc natale caput vitiorum, principe ab illo
fluxit origo mali, qui se conrumpere primum,

189. *Ut* Ald. Lugd. 190. *Viderant . . . simulacra* 1 m. 191. *Decaluisse* Prag., *Convaluisse* A 1 Weiss., sed vid. P. VI, 21. XIII, 49. Gif. l. l. p. 342; *dominum quem* a, *dominumque* u; *conditione* O Ald. Lugd. Fabr. Gis. Amstr. Cell., unde Heins. scite coni. *conditione Inposita* ut S. I, 311. Post 191 inserunt *Qui cunctum proprio regeret moderamine mundum* 2 Weiss. Sieh. tres Fabr. Gis. Weitz. (non E P) Chor. Poett. Amstr., *Qui cunctum regeret proprio moderamine mundum* Laur. m u; post 194 priori modulo eum exh. R Prag. Rat. Ald. Lugd. Teol. (hic quidem *regeres proprio*), *Qui cunctum pro priore geret moderamine mundum* ibidem α. 193. *pactum* 1 m. 195. *tumore* Prag. 196. *acerbi* 1 m. 197. *sorde* 1 A B (ad oram) α a u Ald. Lugd. Sieh. tres Gis. 1 Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Obb. [non sapientiam sed deformitatem intelligas], *corde* [i. e. bestia] Prag. Weiss. m etc. Fabr. Gis. Weitz. Arev. 199. *ĕe* supra *nc* et ad oram *t ecce* m. 200. *Involuit* Ald. Lugd. 201. *loquenti* W supra.

*Deo factum nec Dei opificium fuisse naturam eius, sed dicit, eum ex chao et tenebris emersisse, nec aliquem sui habere auctorem, sed ipsum esse principium atque substantiam mali, sicut Manicheus et Priscillianus dixerunt, anathema sit.* (Canones Apostolorum et Conciliorum Saec. IV. V. VI. VII ed. Bruns. p. 31).

191. *conditioni*] Qui *conditione* leg., ut Gis. Cell., hominem sub conditione fuisse statuunt, ut orbi creato inperitaret Deo quidem subiectus. Sed praestat *conditioni impositum*, i. e. *omni creaturae* Iso, *impositum fabricae mundi* Heins. Cham.; Gennadius quippe reliquit, Prud. scripsisse de fabrica mundi *usque ad conditionem primi hominis*. Cfr. vers. vulg. Ezech. 18, 15, ubi *conditio* (a vb. *condere*) pro *creatione* occurrit. Tertull. de spect. 2, de hab. mul. 8, Middeld. p. 164.

mox hominem didicit nullo informante magistro.
Ultimus exitium subverso praeside mundus
sortitur mundique omnis labefacta supellex.
Non aliter quam cum incautum spoliare viantem
forte latro adgressus, praedae prius inmemor, ipsum
ense ferit dominum, pugnae nodumque moramque,
quo pereunte trahat captivos victor amictus,
iam non obstanti locuples de corpore praedo:
sic homini subiecta domus, ditissimus orbis
scilicet in facilem domino peccante ruinam
lapsus herile malum iam tunc vitiabilis hausit.

Tunc lolium lappasque leves per adultera culta
ferre malignus ager glebis male pinguibus ausus
triticeam vacuis segetem violavit avenis:
tunc etiam innocuo vitulorum sanguine pasci,
iamque iugo edomitos rictu laniare iuvencos
occiso pastore truces didicere leones.
Nec non et querulis balatibus inritatus
plenas nocte lupus studuit perrumpere caulas.
Omne animal diri callens sollertia furti
inbuit et tortos acuit fallacia sensus.
Quamvis maceries florentes ambiat hortos,
sepibus et densis vallentur vitea rura:
aut populator edet gemmantia germina bruchus,
aut avibus discerpta feris lacerabitur uva.

Quid loquar herbarum fibras medicante veneno

205. *hominum* supra *i hominem* a. 210. *ferit donum* supra *i perit* e; *donumque* p. *nodumque* Prag. 212. *prede* A. 213. *hominis* l Rat. a 1 m Ald. Lugd. Fabr. Gis. Weitz. 220. *iugi* Prag. 227. *macheries* m. 227. *vinea* Prag. 228. *populantor* R, *populata rodit* Ald. Lugd. Sieb. tres; *brucus* scr. Prag. Rat. *α* m.

214. *malum ... hausit* sqq.] Cfr. Clem. Rom. Hom. XIX, 15 *ἀλλ' ἐρεῖς· αὐτὸς τῆς κακίας αἴτιος, εἴπερ αὐτὸς δι' αὐτῆς ἐργάζεται τὰ κακά. ποῖα οὖν ἐρεῖς τὰ κακά; ἑρπετὰ ἰοβόλα καὶ βοτάνας θανασίμους, ἢ δαίμονας, καὶ ἄλλα τινὰ τῶν ἀνθρώποις ἐχλεῖν δυναμένων; ἄπερ τὰ [νῦν γ]ελεπὰ οὐκ ἂν ἦν, εἰ μὴ ἡμαρτήκει ὁ ἄνθρωπος, οὐ εἵνεκεν θάνατος παρεισῆλθεν. ἀναμαρτήτου γὰρ ὄντος τοῦ ἀνθρώπου οὐχ ἑρπετῶν ὁ ὄφις εἰργάζετο, οὐ τῶν κακῶν βοτανῶν αἱ ἐνέργειαι, οὐ δαιμόνων ὀχλήσεις ἐγίνοντο, οὐδὲ ἄλλο τι πάθος αὐτῷ προσεῖναι φύσιν εἶχεν· δι' ἁμαρτίαν δὲ ἐκπεσὼν τοῦ ἀθανάτου εἶναι, ὡς ἔφην, παντὸς πάθους γέγονε δεκτικός.*

219. *Modo dicit, quaeliter peccante primo homine omnes creaturae vitiatae sint; nam ante peccatum illius nullum animal raptu vivebat, nullaque herba venenata habebatur* gl. a.

tinctas letiferi fudisse pericula suci?
Noxius in teneris sapor aestuat ecce frutetis,
cum prius innocuas tulerit natura cicutas,
roscidus et viridem qui vestit flos Rhododaphnen
pabula lascivis dederit sincera capellis.
Ipsa quoque oppositum destructo foedere certo
transcendunt elementa modum rapiuntque ruuntque
omnia legirupis quassantia viribus orbem.
Frangunt umbriferos aquilonum praelia lucos,
et cadit inmodicis silva extirpata procellis.
Parte alia violentus aquis torrentibus amnis
transilit obiectas praescripta repagula ripas,
et vagus eversis late dominatur in agris.
Nec tamen his tantam rabiem nascentibus ipse
conditor instituit, sed laxa licentia rerum
turbavit placidas rupto moderamine leges.
Nec mirum, si membra orbis concussa rotantur,
si vitiis agitata suis mundana laborat
machina, si terras luis incentiva fatigat:
exemplum dat vita hominum, quo cetera peccent,
vita hominum, cui, quidquid agit, vesania et error
suppeditant, ut bella fremant, ut fluxa voluptas
diffluat, inpuro fervescat ut igne libido,
sorbeat ut cumulos nummorum faucibus amplis
gurges avaritiae, finis quam nullus habendi
temperat, aggestis addentem vota talentis.
Auri namque fames parto fit maior ab auro.
Inde seges scelerum radix et sola malorum:
dum scatebras fluviorum omnes et operta metalla
eliquat ornatus solvendi leno pudoris:

231. *fuci* supra *i suci* a, *monstri* Prag. 232. *interius* supra *i in teneris* Prag., *in tenebris* a l m. 234. *vescit* Prag.; *rodo dafnem* A, *rhodo dafnin* B α, *rodo daphium* R. 236. *appositum* B Sieb. tres Fabr. Chor. Poett., *impositum* Gis. Amstr.; *distructo* A Ald. Lugd. Weitz. 238. *lege. rupis* u. 240. *stirpata* Salmas. in Trebell. p. 284. 242. *obiectae... ripae* B W Prag. Rat. m Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. 245. *laxata* l A, *lata* W supra. 249. *luis* vetustiores Heinss. 1 α u Heins. Cell. Obb. [Cfr. Ps. 508], *luces* A 2 Rat., *lues* 2 α a m etc. Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev. 250. *datura* Ald. Lugd. Sieb. tres Torn. ap. Gall. Chor. Poett., *latura* Fabr. 251. *vesania terror* A E u Ald. Lugd. Sieb. tres Chor. Poett. (non Weiss.). 257. *Aura* 1 u. 259. *Cum* A P a; *metalli* 1 m. 260. *ornatu* u.

258. I. Tim. 6, 10.

dum venas squalentis humi scrutatur inepta
ambitio scalpens naturae occulta latentis,
si quibus in foveis radiantes forte lapillos
rimata inveniat. Nec enim contenta decore
ingenito externam mentitur femina formam.
Ac velut artificis Domini manus inperfectum
os dederit, quod adhuc res exigat aut hyacinthis
pingere sutilibus redimitae frontis in arce,
colla vel ignitis sincera incingere sertis,
auribus aut gravidis vírides suspendere bacas,
nectitur et nitidis concharum calculus albens
crinibus aureolisque riget coma texta catenis.
Taedet sacrilegas matrum percurrere curas,
muneribus dotata Dei quae plasmata fuco
inficiunt, ut pigmentis cutis inlita perdat
quod fuerat, falso non agnoscenda colore.
Haec sexus male fortis agit, cui pectore in arto
mens fragilis facili vitiorum fluctuat aestu.
Quid? quod et ipse caput muliebris corporis et rex,
qui regit invalidam propria de carne resectam
particulam, qui vas tenerum ditione gubernat,
solvitur in luxum: cernas mollescere cultu
heroas vetulos, opifex quibus aspera membra
finxerat et rigidos duraverat ossibus artus.
Sed pudet esse viros, quaerunt vanissima quaeque,
quis niteant, genuina leves ut robora solvant:

261. *Cum* E. 262. *sculpens* Prag. 265. *Ingenita* E. 268. *subtilibus* R, *sculptilibus* Ald. Lugd. Sieh. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. 269. *collis* p. *sertis* Prag. ap. Mar. 271. *Nititur* u. 272. *rubet* R ap. Heins.; *nexa catenis* coni. Heins. Adv. p. 172. 273. *Edita sacr.* A E P (non Weiss.). 274. *suco* R. 275. *pigmentis* A P W supra scripti Heinss. Weiss. *α* a m (pro div. script. ad oram) u Heins. Cell. Arev. Obb. [Cfr. 296], *figmentis* W Prag. m Ald. Lugd. Sieh. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr.; *inclita* u. 277. *in imo* W supra.. 280. *resectam* supra *assumptam* a. 282. *inolescere* 1 A. 286. *Queis* Arev. invitis codd.; *leves* B E R 1 W Rat. *α* m supra pro div. script. Dav. Gis. Weitz. Amstr. Heins. Cell. Arev. Obb., *lues* A O et alii Heinss. 2 W Laur. Weiss. Rat. (supra pro div. script.) a m u Iso Ald. Lugd. Sieh. tres Fabr. Chor. Poett. Cham.; *solvat* O R W Laur. u, *solvent* A.

260. *ornatus*] Tertull. hab. mul. 3: *cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant, ornatum, quem in mundum muliebrem convenit dici.* De appositione *orn. leno* vid. v. 789, Heins. ad C. XII, 173., et de v. 268. Obbar. ad Boeth. p. 143, et, quem Arev. laudat, Guascon. del ornatrici. Rom. 1775.

vellere non ovium, sed Eoo ex orbe petitis
ramorum spoliis fluitantes sumere amictus
gaudent et durum scutulis perfundere corpus.
Additur ars, ut fila herbis saturata recoctis
inludant varias distincto stamine formas,
Ut quaeque est lanugo fere mollissima tactu,
pectitur: hunc videas lascivas praepete cursu
venantem tunicas, avium quoque versicolorum
indumenta novis texentem plumea telis:
illum pigmentis redolentibus et peregrino
pulvere femineas spargentem turpiter auras.
Omnia luxus habet nostrae vegetamina vitae,
sensibus in quinque statuens quae condidit auctor:
auribus atque oculis, tum naribus atque palato
quaeritur infectus vitiosis artibus usus.
Ipse etiam, toto pollet qui corpore tactus,
palpamen tenerum blandis ex fotibus ambit.
Proh dolor ingenuas naturae occumbere leges,
captivasque trahi regnante libidine dotes!
Perversum ius omne viget, dum, quidquid habendum
omnipotens dederat, studia in contraria vertunt.

287. *eo oex* A. 289. *scutilis* A Weiss. α a m u Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Cell. Arev. Obb., *scotulis* Put., *scutilis* R Heins. 292. *quae* A, *cuique* coni. Heins.; *fere* Laur. α a m u Sieb. tres Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev., *ferae* scripti ap. Heins. Ald. Lugd. Fabr. Heins. Cell. Obb., sed tum rectius legas *Ut cuique est lanugo ferae*, ut coni. Heins. 293. *laxiuas* scr. u. 294. *Ventantem* W, *Venantem* supra *i vetantem* m; *versiculorum* Fabr. Gis. 296. Aldi *ex peregrino* iam emend. Lugd. 297. *aures* Berg. ap. Weitz. 300. *tam* Prag. 301...349. om. A. 301. *artubus* O Prag. 2 m. 303. *ex* Prag. Rat. Laur. α a Ald. Lugd. Sieb. tres Chor. Poett. Amstr. Cell. Obb., *et* W 1 m, *e* 2 m u Fabr. Gis. Weitz. Heins. Arev.

289, *scutulis*] Scaliger Coniect. p. 68 vestes interpretatur in scutularum i. e. quadrarum (retium) formam textas, quam explicationem ob vocc. *Inludant . . . formas*, de quo vid. Plin. H. N. XXXV, 11, 42, Becker. Gall. II, p. 97, Obb. meliorem putat Salmasianam (ad Vopisc. p. 571, 861), qui virgata vestimenta, i. e. *ῥαβδωτά*, interpretatur. Erant autem in vestibus *scutulae* segmenta intexta ornatus gratia, cuiusmodi cernuntur in retium foraminibus inque araneārum telis. Virg. Aen. VIII, 660 *virgatis lucent sagulis*.

291. *inludant*] P. XIV, 105.

295. *plumea*] „De vestibus, quae ex plumis variis contexebantur, vid. Sen. ep. 91. *Plumarius* vocabatur antiquitus, qui huiusmodi vestes conficiebat, aut etiam qui in vestibus acu clavos et scutulas et ea, quae plumas avium referunt, pingebat. Vid. Turneb. Adv. lib. XI, 25. num. 349 ad verba Vopisci in Carino: *plumandi difficultate pernobiles*. Putat Prud. indicare vestes, in quibus *sine assumento acu pingendo plumae avium referuntur*.“ *Arev.*

Idcircone, rogo, speculatrix pupula molli
subdita palpebrae est, ut turpia semivirorum
membra theatrali spectet vertigine ferri,
incestans miseros foedo oblectamine visus?
aut ideo spirant mediaque ex arce cerebri
demittunt geminas sociata foramina nares,
ut bibat inlecebras male conciliata voluptas,
quas pigmentato meretrix iacit inproba crine?
num propter lyricae modulamina vana puellae,
nervorumque sonos et convivale calentis
carmen nequitiae patulas Deus addidit aures?
perque cavernosos iussit penetrare meatus
vocis iter? numquid madido sapor inditus ori
vivit ob hanc causam, medicata ut fercula pigram
ingluviem vegetamque gulam ganeonis inescent?
per varios gustus instructa ut prandia ducat
in noctem lassetque gravem sua crapula ventrem?
Quid durum, quid molle foret, quid lene, quid horrens,
quid calidum gelidumve, Deus cognoscere nosmet
attactu voluit palpandi interprete sensu:
at nos delicias plumarum et linea texta
sternimus atque cutem fulcro attenuante polimus.
Felix qui indultis potuit mediocriter uti
muneribus parcumque modum servare fruendi,

312. *Atque ideo* Rat. 313. *Dimittunt* W Prag. Ald. Lugd. 315. *Quis* a. 317. *et convivae recalentis* Ald. Lugd. 318. *abdidit* α a u (non Laur.). 321. *meditata* u; *aut* a. 322. *vegetamque* O R T Laur. Put. T3rr. α a u Ald. Lugd. Sieb. tres Gis. I Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Obb., *vetitamque* Rat. Weiss. m Fabr. Gis. Weitz. Arev., *fetaque* Prag. rec. man.; *inaescent* B W Weitz. 324. *laxetque* R u. 325. *leve* Prag., *lēve* (*laeve*) probat Arev. 327. *Ad tactum* B a u Ald. Lugd. Sieb. tres Chor. Poett. Amstr. 328. *palmarum* β supra alt. margo trium Sieb. 329. *cute* Ald. Lugd. Sieb. tres Chor. Poett. [Cfr. 786]. 330. *inductis* I R. 331. *partumque* Prag.

324. Vid. Tertull. de spect. 2: *Neque oculos ad concupiscentiam sumpsimus, et linguam ad maliloquium, et aures ad exceptaculum maliloquii, et gulam ad gulae crimen, et ventrem ad gulae societatem, et manus ad vim, et gressus ad vagam vitam.*

328. *linea texta*] Quod eiusmodi *linea texta* in deliciis numerat, lini usum apud Romanos non fuisse valde communem Arev. hinc recte suspicatur. Magni pretii erat linum Pelusinum. Vid. Mart. X, 6, Böttiger. Sabina II, 215. In ista visione, qua Hermae triumphantis ecclesiae structura divinitus ostenditur, vocc. *Et video subsellium positum; erat cervical lineum, et super linteum expansum carbasinum* etc. (Hermae Past. Vis. III, 1.) apparatum omnino solennem declarant.

quem locuples mundi species et amoena venustas
et nitidis fallens circumflua copia rebus
non capit ut puerum, nec inepto addicit amori:
qui sub adumbrata dulcedine triste venenum
deprendit latitare boni mendacis operto.
Sed fuit id quondam nobis sanctumque bonumque
principio rerum, Christus cum conderet orbem:
vidit enim Deus esse bonum, velut ipse Moyses
historicus mundi nascentis testificatus:
Vidit, ait, Deus esse bonum quodcunque creavit.
Hoc sequar, hoc stabili conceptum mente tenebo,
inspirante Deo quod sanctus vaticinator
prodidit antiquae recolens primordia lucis,
esse bonum, quidquid Deus et sapientia fecit.
Conditor ergo boni Pater est et cum Patre Christus:
nam Deus atque deus Pater est et Filius unum:
quippe unum natura facit, quae constat utrique,
una voluntatis, iuris, virtutis, amoris.
Non tamen idcirco duo numina, nec duo rerum
artifices, quoniam generis dissensio nulla est,
atque ideo nulla est operis distantia, nulla
ingenii, peperitque bona omnia conditor unus.
Nil luteum de fonte fluit, nec turbidus humor
nascitur, aut primae violatur origine venae:
sed dum liventes liquor inconruptus arenas

334. *amore* T Weitz. (non B). 335. *Quis* a; *obumbrata* E P, *ubumbrata* a in marg. *ob pro ad* (lectio cod. a esse videtur, si recte solvas scriptionem fere continuam, *Qui sub umbrata*), *adumbrata* relqq. scripti et edd. nisi quod *Quid sub abumbrata* Obb mendose. 336. *Deprehendit* u; *operta* u Ald. Lugd., *operta* Berg. ap. Weitz. 340. *testificatus* α Heins. ex scriptis Cell., *testificatur* R Laur. Prag. Rat. a u etc. Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev. Obb., *testificator* Weiss. m. 342. *sequor* Weitz. (non B). 346. *et* exc. ed. Obb.; *filius unus* p. *cum Patre Christus* u. 347. *unus* 1 R W m supra pro div. script. Arev.; integer versus exc. u. 348. *ferit* a. 350. *Nec tamen* Rat.; *ne duo* A. 351. *non est* R, om. *est* Prag. 353. *peperitque* A E R Laur. α 2 m u Fabr. Arev. Obb., om. *que* a 1 m Ald. Lugd. Sieb. tres Weitz. Chor. Poett. Heins. (qui pro synaloepha provocat ad C. XII, 131) Cham. Cell., *peperit bona nam omnia* Gis. Amstr., *peperit quoniam omnia* Prag. 356. *liventeis* Ald. Lugd.

338. *Christus*] Prolepsis, cfr. C. III, 152.

347. *Sicut aqua ex fonte pura et sine aliqua corruptione emanans terram sordidam praelambendo inmundam efficit, ita et omnia, quae a domino bona creata sunt, hominem vanitatibus sordidantur* gl. a.

353. *bona omnia*] hiatus Prudentio solennis.

praelambit, putrefacta inter contagia sordet.
Numquid equus, ferrum, taurus, leo, funis, olivum
in se vim sceleris, cum formarentur, habebant?
quod iugulatur homo, non ferrum causa furoris,
sed manus est: nec equum vesania fervida circi
auctorem levitatis habet rabidive fragoris:
mens vulgi rationis inops, non cursus equorum
perfurit: infami studio perit utile donum.
Sic Lacedaemonias oleo maduisse palaestras
novimus et placidum servire ad crimina sucum,
inde per aerium pendens audacia funem
ardua securis scandit proscenia plantis,
inde feras volucri temeraria corpora saltu
transiliunt mortisque inter discrimina ludunt.
Sanguinis humani spectacula publicus edit
consensus legesque iubent venale parari
supplicium, quo membra hominum discerpta cruentis

357. *in cont.* A; *sordent* A Prag. (non Weiss.) 1 $\alpha$ 1 m Ald. Lugd., *sordet* supra *i sordent* a. 362. *rabidive* R duo veterrimi Heinss. $\alpha$ Heins. Cell. Obb. [Cfr. Claud. Ruf. I, 44. Stat. Theb. V, 96. *rab. voces*, Val. Flacc. Arg. IV, 239 *murmur.*], *raucive* coni. Obb., vid. Claud. Eutrop. II, 163, *rapbidiue* m, *rapidive* a u etc. 365. *Lacedaemonias* potiores Heinss. $\alpha$ m Fabr. Gis. Heins. Cell. Arev., *Lacedaemonicas* Laur. a u Ald. Lugd. Sich. tres Weitz. Chor. Poett. Amstr. Obb.; *palaestra* $\alpha$ et ex errore opinor Obb. 366. *placitum* u. 368. *proschenia* scr. u
372. *Consensus* A R Put. Weiss. 1 m Heins. Cell. Obb., *Consessus* P Laur. $\alpha$ a 2 m u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Arev., *Confessus* Amstr. [S. II, 1090. Virg. Aen. V, 289 huc non pertinent.].

361. *vesania circi*] Cfr. Plin. ep. IX, 6, Lact. Inst. VI, 20, 32: *Circensium quoque ludorum ratio quid aliud habet nisi levitatem, insaniam?* ibid. Bünem., Tertull. Apol. 39.

365. *oleo*] Athletarum mos corpus oleo ungendi, ut difficilia redderentur apprehensu. Cfr. Sen. ep. 80: *illi (athletarum corpori) multo oleo opus est*, Cort. ad Cic. ep. VII, 1.

367 sq. *funem .... scandit*] Funambulorum artem descriptam habes ap. Man. V, 651: *tenues ausus sine limite gressus Certa per extentos ponet vestigia funes Et caeli meditatus iter vestigia perdet Paene sua et pendens populum suspendet ab ipso.* Praeterea adeas Dorvill. ad Charit. VIII, 2, Epictet. Diss. III, 12, 2, Schmid. ad Hor. ep. II, 1, 210, Heinrich. ad Iuv. XIV, 265. Funambuli imaginem delineatam vides in Real Museo Borbonico VII, tab. 50. (Napoli, 1831).

369. *inde feras*] De hisce ludis Cassiod. ep. V, 42: *Primus fragili ligno confisus currit ad ora belluarum ... tunc in aere saltu corporis elevatu, quasi vestes levissimae iaciuntur supinata membra, et quidam arcus corporbus supra beluam libratus ... sub ipso velocitas ferina discedit.*

371. *Sanguinis hum.*] ludos gladiatorios.

372 sq. *venale...supplicium*] ludos venationum, de quibus vid. Cassiod. l. l., Cic. Off. II, 16, 55, Suet. Claud. 21, Caes. 39, Bulenger. de venat. amphitheatri (Opp. II, p. 12.) in Graec. thes. antq. T. IX.

morsibus oblectent hilaram de funere plebem.
Mille alia stolidi bacchantia gaudia mundi
percensere piget, quae veri oblita tonantis
humanum miseris volvunt erroribus aevum.
Nemo animum summi memorem genitoris in altum
excitat, ad caelum mittit suspiria nemo,
nec recolens apicem solii natalis ad ipsum
respicit auctorem, nec spem super aera librat:
sed mentem gravidis contentam stertere curis
indigno subdit domino perituraque pronus
diligit et curvo quaerit terrestria sensu.
Hoc pulcrum, quod terra parit, quod gloria confert
lubrica: conmendat, quod perniciosa voluptas,
quod velut excitus diffiato pulvere ventus
praeterit, exemplo tenuis quod transvolat umbrae.
His aegras animas morborum pestibus urget
praedo potens, tacitis quem viribus interfusum
corda bibunt hominum: serit ille medullitus omnes
nequitias spargitque suos per membra ministros.
Namque illic numerosa cohors sub principe tali
militat, horrendisque animas circumsidet armis,
ira, superstitio, maeror, discordia, luxus,
sanguinis atra sitis, vini sitis et sitis auri,
livor adulterium, dolus, obtrectatio, furtum;
informes horrent facies habituque minaces,
ambitio ventosa tumet, doctrina superbit,
personat eloquium, nodos fraus abdita nectit.
Inde canina foro latrat facundia toto;
hinc gerit Herculeam vilis sapientia clavam,
ostentatque suos vicatim gymnosophistas.

374. *hilaram* A R Put. α 2 a Ald. Lugd. Heins. Obb., *philaram* E, *hilarem* Laur. Prag. Rat. Weiss. l a m u Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Cell. Arev. 382. *contentus* B Sich. tres Chor. Poett. Amstr.; *sternere* A P R Prag. a Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Amstr. Obb. 385. *p̄mit* A, *capit* B, *perit* supra *parit* et *capit* W; *Hoc quod terra capit: quod mundi gloria confert* Laur u. 394. *circumsedit* l A a Weitz., *circumsedit* Ald. Lugd. 395. *luctus* P a. 396...443 om. A. 398. *halituque* Ald Lugd. Sich. tres Chor. Poett., *halituque* supra *l b* m. 400. *addita* Ald. Lugd.

401. *canina* ... *facundia*] Iurisconsultorum.

402. *clavam*] Baculum saepius nodosum Cynicorum intelligit. Peram quippe et baculum illorum instrumenta erant, quippe qui peregrini hunccce mundum peragrantes alterum quaererent.

ncerat lapides fumosos idololatrix
elligio et surdis pallens advolvitur aris.
Heu quantis mortale genus premit inprobus hostis
rmigeris, quanto ferrata satellite ductor
ella gerit, quanta victos ditione triumphat!
surgit in auxilium Chananeus atque agmina denset,
asside terribilis, setarum pondera mento
oncutiens dextramque gravi cum cuspide quassans.
st alia de parte furens exercitus ardet
egis Amorrhaei: tum milia Gergeseorum
ffundunt aciem toto volitantia campo:
minus hi feriunt, confligunt cominus illi.
Ecce Iebusiacae fervent ad praelia turmae,
urea tela quibus de sanguine tincta draconis
ortifero splendore micant radiantque necantque,
ec non terrificas pilis armare catervas
e Chettaee iuvat: sed gens Pherezea sagittis
nsultat virtute pari, sed dispare ferro.

4. *vana deorum* Rat. man. rec.; *idolatres* Ald. in Emend., *idololagd.*, *idololatris* Heins. Cham. Cell. 406. *premit genus* Fabr. ell.; *Ileu quot mortale genus premit improbus hostis Militibus* Rat. rec. 409. *cananeus* α, *chananeus* supra minuto char. *aliquid* a, *chananeus* ad oram *negotiator aut quasi monens t erubescens* m, *naeus et* Aldi emend. Lugd. Fabr. Gis.; *densat* Prag. Weiss. Gis. I. Poett. [Cfr. 908. C. V, 52. S. I. praef. 21]. 410. *terribili* Ald. ; *ponderamento* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. 411. *vibrans* ! *quassans* Prag. 413. *gregeseorum* a. 416. *Iebusiacae* A Weiss. m u Gis. Weitz. Amstr. Arev. Obb., *Gebusaicae* Rat. α Ald. Sich. tres Fabr. Chor. Poett., *Zebusiacae* E Put. a, *Iebusaicae* Heins. 418. *micant radiantque necantque* E P R α 2 m Weitz. Heins. Obb., *micant radiantque nitentque* O, *micant radiantque micantque* at. 1 m Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett., *nitent radiantque micant*br. Gis. Amstr., *nitent radiantque necantque* a u Arev. 420. *Chet*ell. Obb., *Cittaee* Put., *Cettae* Heins., *Chitee* E ap. Weitz., *Chittaee* as., *cethee* Laur. Weiss. m u, *cethe* R; *cetheae* α, *Cethaee* Sich. I II Weitz. Chor. Poett. Arev., *Gethaee* Sich. III Gis. Amstr., *Et eteae* p. ettaee a, *Tecethee* Ald. Lugd., *Gettaee* Cham., qui coni. *Hettaee*; ee R α, *Ferezea* Laur. a m u Ald. Lugd. Sich. I III Fabr. Weitz. Poett. Amstr., *Ferrezea* Sich. II, *Pherezaea* Gis. Heins. Cham., *phe*at. Arev., *Pheresaea* Cell. Obb.

1. *Incerat*] Vid. S. I, 203 coll. , 197.

). *Chananeus*] trisyllabum, ut us bisyllabum A. 952.

2. *Aliquando internae cogitationes, aliquando externae hominem ad peccatum provocant; et ideo dicit: hi, id est aliqua vitia eminus, illi, id est alia comminus, id est proprie quasi cum manibus confligunt* gl. a.

Postremum cuneum rex promovet Evaeorum,
squamosum thoraca gerens de pelle colubri.
His subnixa viris scelerum perversa potestas
edomat invalidas mentes, quae simplicitate
indociles, bellique rudes sub foedere falso
tristis amicitiae primum socia agmina credunt,
mammoneamque fidem pacis sub amore sequuntur!
Mox faciles ad vincla rapi, iuga dura volentes
addictis subeunt cervicibus et nebulonum
spirituum iussis servire ferocibus optant.
Ille supervacuis augens patrimonia fundis
finitimisque inhians contempto limite agellis,
ducitur innexus manicis et mille catenis
ante triumphales currus post terga revinctus,
nec se barbaricis addictum sentit habenis.
Hic, qui ventosae scandit fastigia famae
inflaturque cavo pompae popularis honore,
qui summum solidumque bonum putat ambitionis
crescere successu, praeconum voce trementes
exanimare reos, miserorum in corpora fasces
frangere, terribiles legum exercere secures,
in laqueum iam colla dedit, iam conpede dura
nectitur et pedibus servilia vincula limat.
Credite captivi mortales, hostica quos iam
dampnatos cohibent ergastula, quos famulatu
paenarum virtus non intellecta coercet:

422. *Evaeorum* Heins. Obb., *Euaeorum* Weiss. u Cham. Cell., *Euveorum* R Put. α Ald. Lugd, *Aeueorum* B a Sich. tres Chor. Poett., *Euvaeorum* E P, *Eunaeorum* T, *Eveorum* Prag. m Weitz., *Heuaeorum* Fabr. Gis. Amstr. Arev. [Vid. Gen. 15. secundum LXX.]. 430. *nebulosum* (gen. contr.) E Rat. (cum gl. *fallacium, tenebricosorum*) Gif l. l. (in vb. *vestire*) Weitz. (non B W). 431. *feracibus* 1 m; *aptant* E Ald. Lugd. 433. *contento* E a. 435. *reuinctis* 1 α, *reuictus* u. 437. *uentose* α u. 440. *successum* Prag. 441. *Examinare* E W Prag. 1 Rat. a et pro div. lect. m Ald. Lugd., sed librarium quoque codicis α vb. *examinare* somniasse, gl. *investigare* satis probat; *corpore* Prag. Rat. m Fabr. Weitz. 444. *cuncula* A. 447. *coercent* R.

435. *post terga revinctus*] Mos captivos ante quadriiugum triumphatoris currum ducendi, quales in arcu Titi in Romano foro adhuc superstite Iudaeos ingredientes videre est.

447. *virtus n. intellecta*] „Cham. vitia explicat, *quae virtutis specie decipiunt*; sed *famulatus poenarum* respicit ad vitia v. 434...41 indicata, quare sententia est: virtus non intelligitur ab iis, qui poenis sunt subiecti, i. e. qui id, quod in perniciem ducit, assequi student." *Obb.*

haec illa est Babylon, haec transmigratio nostrae
gentis et horribilis victoria principis Assur,
carmine luctifico quam deflens Ieremias
orbatam propriis ululavit civibus urbem.
Num latet, aut dubium est, animas de semine Iacob
exilium gentile pati, quas Persica regna
captivas retinent atque in sua foedera cogunt?
Illic natali desuescunt vivere ritu,
moribus et patriis exutae in barbara iura
degenerant, linguamque novam vestemque sequuntur,
deque profanato discunt sordescere cultu,
nutricemque abolent petulanti a pectore Sion.
Iam patriae meminisse piget, iam mystica frangunt
organa et externi laudant anathemata regni.
Nonne fuit melius saevum Memphitidis aulae
imperium tolerasse patres penitusque sinistris
adsedisse focis, positos Pharaonis iniqui
sub pedibus limo et paleis servire paratos,
carnis et inmodicae spurco ructamine crudos?
quo tantum auxilii per prodigialia signa
effudit Dominus, populum dum forte rebellem
servat ope inmerita, vinclis dum subdita colla
solvit et Aegyptum virga serpente coercet?
quid iuvat aequoreum pelago cedente profundum
pulverea calcasse via, cum conscia ponti
saxa sub ignoto patuerunt prodita caelo,
aruit et medio sitiens in gurgite limus,

448. *nostra* W supra. 452. *haud* A E W 1 Weiss. a (tum leg. *im latet*? *haud* seqq.), *aud* Prag. Rat.; *dubio* α. 453 sq. *quas... captivas* Prag. 454. *foedere* 1 A. 455. *disuescunt* a. 456. *ex it.*; *exuti* Prag. 459. *petulanti a pectore* 2 α (*petulanti ex pectore* β) u Obb., *petulantia pectore* A, *petulantia pectora* 2 E P W 1 Weiss. a Seitz., *petulanti e pectore* B R Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Ott. Amstr. Heins. Cell. Arev., *petulanti pectore* Prag. Rat. m.

460. *Nam* W. Non intelligitur ex Weitzii notula, sitne bocce *Iam* pro r. lect. intelligendum an alterum. 461. *et* om. a. 466. *inmo-* βο α, *immodice* u. 471. *sedente* Sich. II III (non I). 472. *Pur-* *rea* mallet Cauch. e scriptis suis. 473. *ignota* mendose Sich. tres or. Poett.; *caelo*? Cham. 474. *sub* Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. (non Chor. Poett. Amstr.

461. *anathemata*] ἀναθήματα s dicata donaria, quae suspendebatur aut collocabantur in excelsiori ιο conspectui hominum et ornatui nplorum. Cfr. Ps. 540.

462. *Memphitidis*] Memphis Aegypti regia ad Nilum sita. Exod. 1, 5 sqq.

si victor virtute Dei mediasque tenebras
luce columpnari scindens exercitus olim
perdidit inventi vallem botryonis opimam?
si nescit versare solum, cui melle perenni
gleba fluens niveos permiscet lactea rivos?
si domitam Iericon lituis atque aere canoro
rursus in antiquos patitur consurgere muros?
si ripis reflui Iordanis pellitur et iam
deserit adscriptam dimensa in iugera sortem?
denique si structam tantis sudoribus urbem,
et quae nubigenas transcendunt culmina nimbos
defensare nequit; si nescit, quis lapis ille est
hostibus obsistens ut inexpugnabile turris
praesidium, quem non aerato machina rostro
arietat insiliens, nec ferrea verbera quassant?
Angulus hic portae in capite est, hic continet omnem
saxorum seriem constructaque limina firmat.
Quem qui rite suis per propugnacula muris

475. *Sic* A E 1 Weiss. a. 478. *mille* A. 480. *Sodomitam* A; *Iericon* α Heins. Cham., *hiericon* Rat., *hierico* Ald. Lugd., *hiericho* m Weitz., *Ierichon* a Gis. Cell. Arev., *Hierichon* Sich. tres Fabr. Chor. Poett. Amstr., *Iericho* Laur. u Obb. 482. *rivis* A Prag. Rat. a m Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. 486. *illest* Ald. Lugd. 487. *ut* α a m Gis. Heins. Cell. Arev., *et* u Ald. Lugd. Sich. tres Weitz. Chor. Poett. Amstr. Obb., *quod* Fabr.; *inexpugnabilis* a; *terris* B (supra *turris*) margo trium Sich. 488 sq. *Praesidium ... Arietat* E (nisi quod mendose *arietus*) T Put. 1 Weiss. α (priorib. abr.) Heins. Cell. Arev. Obb., *quę non fragor hosticus aut arietis Vis inpacta quatit* α ad oram, *Praesidium quem non fragor hosticus aut arietis Vis inpacta quatit*, *quem aerato* A R T2rr., *Praesidium quem non fragor hosticus aut arietis Vis impacta quatit non aerato machina rostro Arietat insiliens nec ferrea verbera quassant* O a u, *que non fragor hosticus arietum, aut vis Concutit impacta, aut erato machina rostro Arietat* Prag., *quem non fragor hosticus arietis aut vis concutit impacta, aut aerato machino rostro Arietat* Rat. 2 Weiss. Weitz., *presidium quem non fragor hosticus arietis aut Vis inpacta quatit non aerato machina rostro* 1 m, *presidium quem non fragor hosticus arietis aut Concutit impacta aut aerato machina rostro* 2 m, *Praesidium, quem non fragor hosticus arietis, aut quem Vis impacta quatit, non aeris machina rostro Arietat* Ald. Lugd. (*Vix*) Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett., *Praesidium, quem non fragor hosticus, arietis aut quem Vis impacta quatit, non aerea machina rostro Arietat* Amstr.

477. *botryonis*] Sermo est de botris (botryonibus) seu racemis terrae promissae. Num. 13, 24. Eodem voc. utitur Mart. XI, 28, 4 (27, 4 ed. Schneidewin) *Nec dignam toto te botryone putat*, ubi in ed. Farnab. (a. 1644) in marg. interpretatur: „Ovis sepiarum, non racemo, ut vult Domit." — De sqq. cfr. Ios. 6.

484. *urbem*] *Ierusalem* Iso.

485. *culmina*] Non sunt nec *virtutes*, neque *desideria*, ut Iso vult, sed celsiora aedificia turresque.

486. *lapis ille*] Christus. D. 121 sqq., Psalm. 118, 22, Eph. 6, 20.

noverit insertum, seque ac sua moenia vallo
praecingat triplici celsa stans eminus arce,
fretus amore petrae castis et pervigil armis:
non illum regina Tyri, non accola magni
Euphratis Parthus rapiet, non decolor Indus,
tempora pennatis redimitus nigra sagittis.
Quin si fulmineos cogens ad bella gigantas
allophylus tua castra velit delere tyrannus,
tutus eris, nec te firma statione movebit
ipse Charon mundi, numen Marcionis, ipse
qui regit aerio vanas sub sole tenebras.
Nam vanum, quidquid sol adspicit, ex elementis
cuncta solubilibus fluxoque creamine constant.
Fallo, creaturam nisi doctor apostolus omnem
subiectam vanis non sponte laboribus orsus,
periuro ingemuit miserans servire latroni:
errat, ait, qui luctamen cum sanguine nobis
et carne et venis ferventibus et vitioso
felle putat, calidisque animam peccare medullis!
Non mentem sua membra premunt, nec terrea virtus
oppugnat sensus liquidos bellove lacessit:
sed cum spiritibus tenebrosis nocte dieque
congredimur, quorum dominatibus humidus iste
et pigris densus nebulis obtemperat aer.
Scilicet hoc medium, caelum inter et infima terrae
quod patet, et vacuo nubes suspendit hiatu,
frena potestatum variarum sustinet, ac sub
principe Belia rectoribus horret iniquis.
His coniuctamur praedonibus, ut sacra nobis
oris apostolici testis sententia prodit.

494. *Praecingit* aut *Praecinget* Rat., *Praecingit* Fabr. Gis. Weitz. 497. *Eufratiis patribus* A. 498. *Tempore* 1 m. 499. *gigantes* l. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. 502. *et ipse* A. 503. *varias* Prag. 504. *Iam* a; *vanum est* Prag. 505. *volu-ibus* A P 2 R. 518. *ac* Laur. *α* Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. mstr. Cell. 520. *Bēlīā* Prag. Rat. 1 *α* m Weitz. Heins. Cell. Arev. b. [— — ∪ Ps. 714], *Bellia* E. *bilia* A, *bēlĭāde* u [infra 610], *Belial* 2 *α* ld. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr.

496. *regina*] *Saba* (I (III) Reg. , II. Paral. 9) explicat cum aliis b., Arevalo iudice inepte sicuti do. Tyrios enim a Prud. intelligi avaritiam vel superbiam, quae per rum allegorice significetur. Vid. Ezech. 28. Rectius Tyrum urbem reginam intelligis.

501. *allophylus*] *diabolus: philistaeus pro diabolo posuit alienigena a deo.* Iso. Cfr. D. 71.

Nemo habitum naturae aut inritamina peccans
corporis accuset: facile est frenare rebelles
adfectus carnis nimiosque retundere pulsus
materiae fragilis et viscera victa domare:
quippe animus longe praestantior, utpote summo
aethere demissus, subiectos si velit artus
inperio quassare gravi iussisque severis
dedere, regnanti domino vis nulla resistit.
Maior inest vis illa homini, quae flatile virus
ingerit et tenuem tenui ferit aere mentem.
Parthica non aeque ventos transcurrit arundo,
cuius iter nullus potis est conprendere visus.
Praepes enim volucres dum pennis transvolat auras
inprovisa venit, nec stridor nuntiat ante
adventum leti, quam pectoris abdita rumpat
securam rapiens medicato vulnere vitam:
sed magis aligera est, magis et medicata sagitta,
quam iacit umbrosi dominatio lubrica mundi,
eludens excussa oculos calamique volantis
praepete transcursu cordis penetralia figens.
Nec segnis natura animae est aut tarda cavendi
vulneris, ignitum quoniam Deus indidit olli
ingenium, purum, sapiens, subtile, serenum,
mobile, sollicitum, veiox, vegetabile, acutum:

525. *nimiosque* supra *t minimos* m; *pulsos* 1 α. 528. *dimissus* m u. 529. *iussique* u. 530. *resistet* A a u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Obb., *resistet* T R α m Heins. Cell. Arev. 531. *stabile* R. 532. *feret* u. 533. *transcendit* Prag. 535. *volucris* P (non Laur.) m Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Weitz. (non B) Chor. Poett. 536. *Inproba* m. 537. *rumpit* B 1 α m Sich. tres Fabr. Chor. Poett. 538. *rapiens* supra *t penetrans* a, *penetrans* B E (utrobi ad oram pro div. lect.) O T cod. Cauch. Put. Heins. Cell. 543. *segni* E; *ut* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Cell. 544. *ignitum* supra *inuidum* α. 546. *Mobile* 2 Rat. Weiss. α Ald. Lugd. Chor. Poett. Heins. Cell. Arev., *Nobile* A Prag. 1 Rat α (ad oram ex al.) a m u Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Amstr. Obb.; *vegetabile* 1 T Boh. I α a m Heins. Arev., *agitabile* A α (ad oram ex al.) u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Cham. Cell. Obb.

533. *arundo*] sagitta, ut videtur, ex sola arundine facta. Plin. H. N. 16, 36 *Calamis orientis populi bella conficiunt; calamis spicula addunt irrevocabili hamo noxia; mortem accelerant pinna additu calamis.* Iustin. 42, 4: *Servos pari cura ac liberos habent, et equitare et sagittare magna industria docent.* Herodian. I, 15 *συνῆσαν δὲ παιδεύοντες αὐτὸν* [*τὸν Κόμμοδον*] *Παρθυαίων οἱ τοξικὴν ἀκριβοῦντες, καὶ Μαυρουσίων οἱ ἀκοντίζειν ἄριστοι, οὓς πάντας εὐχειρίᾳ ὑπερέβαλλεν.*

538. *medicato*] *illito, toxicato* Iso. Cfr. Sil. It. VII, 453.

'em modo casta suum veneretur et ipsi
t ac victum proculcet sobria mundum:
pestiferis opibus aut falsificatis
'um spoliis stulto oblectamine libans,
b fasce iacens alieno et dedita regno
ueat argutas hostis vitare sagittas.
d quid ego omne malum mundique hominumque maligni
ad invidiam detorqueo? cum mala nostra
stris concreta animis genus et caput et vim,
int, quid valeant, sumant de corde parente?
iidem fomes nostrorum et causa malorum est.
antum turbare potest aut fallere, quantum
olumus, qui decrepito suggesta leoni
nenta damus: friget fera futile frendens,
ni generis ni per suffragia gliscat.
mus omne malum proprio de corpore nostrum.
nuit David, alias pater optimus, unum
n Abessalon: taetrum pater ille sed unum
ias inter soboles genuit patricidam,
in auctorem generis qui stringere ferrum.
etas! signis contraria signa paternis
t unius conmisit sanguinis arma.
a itidem diros urente propagine natos
'a parturiunt, versis qui protinus in nos
bus insuescunt gignentum vivere paenis:
uiantur enim nimium fecunda parentum
'a et interitu genitalis stirpis aluntur.
:niem verum ille suam rex utpote summus

**sta** supra *t casta* a, *facta* R u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Amstr. 548. *promulcet* Lugd. 549. *Nil deest feris* supra *vel* m, *vel* Fabr. Gis.; *falsificantis* 1 Rat. 550. *studio* also *t stulto* α. 551. *Nec* a u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Heins. Cham. Cell., *Non* Rat. 552. *Nequeat* α (non Laur.), d. Lugd. 553. *mundi* 1 m Weitz. (non B); *hominum* 554. *cumula* A. 556. *parentem* R 1 u. 562. *no-* . 1 α u Fabr. Gis. Weitz. Heins. Cell. Arev., *nostro* B 2 α a m Sich. tres Chor. Poett. Amstr. Obb. 564. *Abisal.* A, sed *Ἀβεσσαλών*, *abessalon tetrum: pater* disting. u. 565. *paric.* . *fringere* m. 567. *A* Rat. α m (non Laur.) Weitz. **os** B R Sich. tres margo Gis. Chor. Poett. Amstr. 574. *vero*

th. 15, 19.

564. *Abessalon*] nomen Absalon seu Absalom ap. LXX: *Ἀβεσσαλώμ*. Cfr. II. Sam. (Reg.) 15, 2.

tf] I. Petr. 5, 8.

atque Dei vates pariturae et virginis auctor
tristibus atque piis variaverat, ut Salomonis
frater Abessalon sereret sua crimina iustis
pigneribus dulcemque domum turbaret amaris:
nos dignum Salomone nihil, nos degener inplet
solus Abessalon lacerans pia viscera ferro.
Si licet ex ethicis quidquam praesumere, vel si
de physicis exempli aliquid: sic vipera, ut aiunt,
dentibus emoritur fusae per viscera prolis.
Mater morte sua, non sexu fertilis, aut de
concubitu distenta uterum, sed cum calet igni
percita femineo, moriturum obscena maritum
ore sitit patulo: caput inserit ille trilingue
coniugis in fauces atque oscula fervidus intrat,
insinuans oris coitu genitale venenum.
Nupta, voluptatis vi saucia, mordicus haustum
frangit amatoris blanda inter foedera guttur,
infusasque bibit caro pereunte salivas.
His pater inlecebris consumitur, at genitricem
clausa necat soboles: nam postquam semine adulto
incipiunt calidis corpuscula parva latebris
serpere motatumque uterum vibrata ferire,
aestuat interno pietatis crimine mater
carnificemque gemit, dampnati conscia sexus,
progeniem, septi rumpentem obstacula partus.
Nam quia nascendi nullus patet exitus, alvus

576. *Salam.* A, *Solomonis* E Heins. 577. Cort. cod. (i. e. Weiss.) ad Lucan. II, 370. vers. 564: *Abess. infaustum*, hic: *Ab. inferret*, v. 580: *Ab. oppugnans; sereret* A E P R T cod. Cauch. Put. α a Heins. Cell. Arev. Obb. [Vid. P. VI, 92. Burm. ad Anthol. I, p. 175], *misceret* E P (utrobi ad oram) m u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr.; *sua* excidit ed. Obb. 578. *Pigneribus* Laur. Prag. α 1 m u Weitz. Heins. Obb., *Pignoribus* a 2 m Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Cell. Arev.; *ducemque* A; *turbasset* supra *t turbaret* a. 581. *et ethicis* Rat., *ex ethnicis* 1 α 1 m Ald. Lugd. 584. *sexus* a. 587. *trilinguae* A T Put. Ald. Weitz. (non B) prob. Salmas. l. l., *trilingue* B α a m u etc. Aldi emend. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell Arev. Obb. 590. *Nubata* A; *voluptati vis* u. 593. *ad* A a, *aut* u, *ac* P (supra) m Gis. 594. *subolis* A a 1 m, *suboles* 2 m; *adulta* supra alt. B. 596. *motatuque* Gis. 597. *pectore mater* Gis. 598. *costas rumpentem* u. 600. *Iam* E prob. Burm. l. l. p. 468.

576. *tristibus*] *malis natis* Iso.

582. *vipera*] historiolam de viperarum propagatione veteribus celebratissimam (Herod. III, 109, Plin. X, 62, Aelian. Hist. Anim. I, 24) caute noster repetit *ut aiunt* superaddens.

fetibus in lucem nitentibus excruciata
carpitur atque viam lacerata per ilia pandit.
Tandem obitu altricis prodit grex ille dolorum
ingressum vitae vix eluctatus et ortum
per scelus exculpens, lambunt natale cadaver
reptantes catuli, proles dum nascitur orba
haud experta diem, miserae nisi postuma matri.
Non dispar nostrae conceptus mentis: ab ore
vipereo infusum sic conbibit illa venenum
coniuge Beliade: sic oscula devorat haustu
interiusque rapit: sic felle libidinis ardens
inpletur vitiis perituro mixta marito.
Tunc praegnans letale genus concepta maligni
fert opera ingenii de semine conplicis hydri,
quem paenis pensare prius sua facta necesse est
conruptae pro stupro animae proque orbe perempto.
Ipsam porro animam crudelia vulnera carpunt
mille puerperiis, soboles dum parturit ex se
contra naturam genitas, peccamina crebra
scilicet et pastos materno funere natos.
Hinc illa est domini iusta obiurgatio Christi:
nonne pater daemon, vos increpo peccatores,
concubitu carnis semen sitientis iniquum
vos genuit? sanctum, lector, percense volumen,
quod loquor, invenies Dominum dixisse profanis
vera obiectantem mortalibus: ex Patre nam vos
esse meo genitos, pietas, ait, ipsa probaret,
ac pietatis opus; pro caeca libido! quid hoc est?
quod cum se thalamis desponsam mens bona iustis
noverit, inque torum regis nuptura vocetur,
et regis semper iuvenis senioque repulso

603. *gres* A. 606. *prolis* 1 α a; om. 606 1 A. 607. *miseri* A; *matri* A α 2 m u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Obb., *matris* R Prag. Rat. Weiss. vetustiores Heinss. a 1 m Weitz. Heins. Cell. Arev. 610. *Beliadae* A a Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett.; *hausto* Ald. Lugd. 612. *Inpletum* A. 615. *sua facta prius pensare* u. 618. *puerpereis* 1 m; *proles* Prag. 620. *partos* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. 624. *percense* ad oram pro div. lect. *percurre* m, *percurre* Fabr. Gis. Weitz. (non E) Amstr., *perquire* B W supra margo trium Sich. [Sed cfr. P. V, 10. 60. 393. Ruddim. Inst. p. 278]. 627. *meos* R, *Deo* Fabr. Gis. Heins. in notis *meo* praeferens; *aut* B supra, *ait* supra *t aut* m, *aut* margo trium Sich. 630. *thronum* W supra Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Amstr. 631. *seniaq.* A.

divinum decus aeterno servantis in ore:
malit adulterium fulvo et se munere vilem
vendat nocticolae spurcis conplexibus Indi,
aspernata Dei fusam per virginis artus
progeniem dulcesque vocans in fornice natos?
Sentio quam contra moveat pellacia litem:
quo dente obnitens spinosa calumpnia pugnet,
nosque lacessito vocet ad luctamina vero.
Si non vult Deus esse malum, cur non vetat? inquit.
Nil refert, auctor fuerit factorque malorum,
anne opera in vitium sceleris pulcerrima verti,
cum possit prohibere, sinat: qui si velit, omnes
innocuos agere omnipotens, nec sancta voluntas
degeneret, facto nec se manus inquinet ullo.
Condidit ergo malum Dominus, quod spectat ab alto,
et patitur fierique probat, tanquam ipse crearit:
ipse creavit enim, quod cum discludere possit,
non abolet longoque sinit grassarier usu.
Dampna aures, Pater alme, meas, et claude meatus
obbrutescentis capitis, ne pervia tales
concipiat flexura sonos: est perdere tanti
extinctum vitae officium de parte cerebri.
Inmunem modo sese anima expertemque nefandi
auditus felix stolida conservet ab aure.
Quis ferat haec inlecta Deo convicia, qui se
divinis meminit praecellere nobilitatum

633. *Mallit* E; *fulvo* T Put. Weiss. *α* a Heins. Cell. Arev., *furvo* A R m u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Obb.
637. *quem* supra *l a* m. 638. *Quod* Ald. Lugd.; *nitens* 1 Rat.; *purget* 1 a; extat hic versus ad oram in *α*. 640. *inquis* B Prag. Rat. *α* a m Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Arev. 641. *factorve* Gis. Amstr., *fautorque* R *α* Arev., *fautorve* cod. Cauch. Cell. 643. *qui* A E P R Put. T3rr. *α* u Ald. Lugd. Heins. Cell. Arev. Obb., *qui* supra *l qd* a (= *quid*), *quod* Weiss. *α* (al. ad oram) m Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Gif. l. l. 644. *ne* Boh. I 1 m Gis. Gif. 645. *Degener et* A a Ald. Lugd.; *nec se facto* Fabr. Gis. 647. *creavit* u.
648. *enim* exc. a. 649. *crassarier* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. 651. *obrutescentis* a Ald. Lugd. Sich. tres, *obrutiscentis* R u Weitz., *obmutescentis* Rat. m, in quo ad oram pro div. lect. *Obbrutescentis; nec* a 1 m. 652. *et* ad oram *est α* (non Laur.). 653. *celebri* A.
655. *arce* Gis. I Amstr.

645. *Condidit ergo malum Dominus*] Cfr. Clem. Rom. Hom. III, 38 sqq., XIX, 15 *καὶ ὁ Σίμων, τί δὲ εἰ ὁ θεὸς αὐτὸς ἐνεψύχωσεν αὐτὴν [τὴν ὕλην], οὐκ αὐτὸς αἴτιός ἐστιν ὧν αὐτὴ τίκτει κακῶν;*

muneribus? multa ut taceam vel sola benignum
res probat esse Deum, vetiti quod amore peremptos
excitat e tumulis homines regnique per aevum
participes iubet esse sui. Qui si foret auctor
servatorque mali, numquam post dampna salutis
peccantumque obitus redivivam ferre medelam
vellet et amissos opere instaurare secundo.
Labi hominis, servare Dei est: meritis perit iste,
ille abolet pereuntis opus meritumque resolvit.
Argumentum ingens, Dominum, qui talia praestet,
nolle malum, nec quod post abluit, ante probare.
Invitone aliquis potis est peccare tonante,
cui facile est in corde hominis conponere sensus
quos libeat, fibrasque omnes animare pudicis
pulsibus et totum venis infundere honestum?
nescis, stulte, tuae vim libertatis ab ipso
formatore datam? nescis, ab origine quanta
sit concessa tibi famulo super orbe potestas,
et super ingenio proprio laxaeque soluto
iure voluntatis, liceat cui velle sequique,
quod placitum, nullique animum subiungere vinclo?

660. *et humilis* A. 661. *facit esse* Prag. 664. *opere instaurare secundo* A R Laur. a m u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev. Obb. [Vid. A. 1070. Graev. ad Iustin. II, 10. Burm. l. l. p. 459], *ope restaurare secunda* T Prag. 1 Rat. Put. sim. Weiss. 1 α Heins. Cham. Cell., *opere restaurare secunda* W et B ad oram, *ope restaurare secundo* 2 Rat. 2 α. 667. *praestat* B (supra alt.) Prag. Gis. 668. *ne... probaret* Gis. l. 671. *librasque* u. 674. *nescisque* B Sich. tres Fabr. 676. *laxaeque* A Put. Weiss. α u Heins. Cell. Arev. Obb., *laxeque* cett. et ex nostris a m Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. 677. *potestatis* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. 678. *placitum est* W 2 m Ald. Lugd. Weitz.

659 sqq. *vetiti ... esse sui*] Gis. Middeld. (p. 170.) Obb. v. 660 de mortuorum resurrectione intelligunt, voce. *vetiti amore peremptos* ad Adamum et Evam aliosque referentes una cum Christo resurgente ad immortalitatem translatos (Matth. 27, 52). Cham. coll. Tertull. adv. Marc. II, 3: „Poeta de hominum reparatione, qui, quod interdictae fructum arboris comedissent, vitam i. e. gratiam amisissent, Christique de incarnatione loquitur.“ Arev. arbitratur: „Poetam haec duo coniunxisse: nempe homines fuisse redemptos, et e tumulis excitatos, ut una cum Christo in caelo regnarent. Nam utrumque pertinet ad voluntatem salvandi homines, quam in Deo astruit Prudentius: quaeque eo maior est, quo magis Deus hominem gloria afficit.“ Cfr. A. 780. Equidem locum de gloria fidelium omnium futura accipio, ut qui cum Christo regnaturi sint: ipsi quidem *vetiti amore*, inde peccato originali *perempti*, sed fide in Christum reparati.

an, cum te Dominum cunctis, quaecunque crearat,
praeficeret mundumque tuis servire iuberet
inperiis, cumque arva, polum, mare, flumina, ventos
dederet, arbitrium de te tibi credere avarus
nollet, ut indigno libertatemque negaret?
quale erat, electus magni rex orbis ut esset,
non rex ipse sui, curto foedatus honore?
nam quis honos domini est, cuius mens libera non est,
una sed inpositae servit sententia legi?
quae laus porro hominis, vel quod meritum, sine certo
inter utramque viam discrimine vivere iuste?
Non fit sponte bonus, cui non est prompta potestas
velle aliud flexosque animi convertere sensus.
Atqui nec bonus est, nec conlaudabilis ille,
qui non sponte bonus: quoniam probitate coacta
gloria nulla venit sordetque ingloria virtus:
nec tamen est virtus, ni deteriora refutans
emicet et meliore viam petat indole rectam.
„Vade", ait ipse parens opifexque et conditor Adae,
„vade, homo, adflatu nostri praenobilis oris
„insubiecte, potens, rerum arbiter, arbiter idem
„et iudex mentis propriae, mihi subdere soli
„sponte tua, quo sit subiectio et ipsa soluto
„libera iudicio: non cogo, nec exigo per vim,
„sed moneo, iniustum fugias iustumque sequaris.
„Lux comes est iusti, comes est mors horrida iniqui,
„elige rem vitae, tua virtus temet in aevum
„provehat, aeternum tua dampnet culpa vicissim,
„praestet et alterutram permissa licentia sortem."

679. *dominus* Prag. 682. *Dederit* A E Ald. Lugd., *dederat* a. 684. *electus* exc. a. 686. *domini* supra *hominis* B, supra *homini* W; *cui* W. 688. *certo* supra *nullo* W Cort. Luc. I, 642. 690. *sit* a. 692. *non laudab.* A. 693. *Quin* Lugd.; *pietate* R. 694. *in gloria* u bene. 695. *nisi* u. 697. *Unde ait* A R (non Weiss.) Gis. Weitz. 698. *Unde* Prag. Rat. ap. Mar. nisi forte id adnotandum ei fuerit ad v. antec.; *homo adflatu* A R Put. α a m (supra *i et*) Ald. Lugd. Obb., *homo ait flatu* coni. Cauch., *homo et adflatu* Laur. Weiss. u etc. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev.

699. *Insubiecte* A E O Boh. I Put. a u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Obb., *In subiecta* B R W Prag. Rat. α m Weitz. Arev.; *orbis arbiter* E, *rerum arbiter idem* om. sec. *arbiter* a, *orbis et arb.* coni. Heins. 702. *non exigo* R Weiss., Cort. I. I. II, 103. 704. *nox horrida* Gis. Heins. (non Weiss. Cell.). 706. *alterum* O, *alternum* Ald. Lugd.; *Provehat alternum: tua* disting. u.

Hac pietate vagus et tanto munere abundans
transit propositum fas et letalia prudens
eligit atque volens, magis utile dum sibi credit,
quod prohibente Deo persuasit callidus anguis.
Persuasit certe hortatu, non inpulit acri
inperio: hoc mulier rea criminis exprobranti
respondit Domino, suadelis se malefabris
inlectam suasisse viro: vir et ipse libenter
consensit: licuitne hortantem spernere recti
libertate animi? Licuit: namque et Deus ante
suaserat, ut meliora volens sequeretur: at ille
spernens consilium saevo plus credidit hosti.
Nunc inter vitae dominum mortisque magistrum
consistit medius, vocat hinc Deus, inde tyrannus
ambiguum atque suis se motibus alternantem.
Accipe gestarum monumenta insignia rerum,
praelusit quibus historia spectabile signum.
Loth fugiens Sodomis ardentibus omnia secum
pignera cara domus properabat sede relicta
nubibus urbicremis subducere, sulphure cum iam
nimboso ignitus caelum subtexeret aer,
flagrantemque diem crepitans incenderet imber:
angelus hanc hospes legem praescripserat ollis
emissus virtute Dei sub imagine dupla:
omnis ut e portis iret domus atque in apertum
dirigeret constans oculos, nec pone reflexo
lumine regnantes per moenia cerneret ignes.
Nemo, memor Sodomae, quae mundi forma cremandi est,
ut semel e muris gressum promoverit, ore
post tergum verso respectet funera rerum.

708. *ac* a, *Haec* u; *vigens* p. *vagus* Prag. Rat. m Sich. tres Fabr. Gis. Iz. (non E P) Chor. Poett. Amstr. 709. *propi situm* E. 710. *vo-... credit* A E O R Boh. I α a 1 m u Ald. Lugd. Sich. tres Gis. I Chor. t. Amstr. Arev. Obb., *Eligit atque volens illud magis utile retur* me- s (?) Heinss. 2 m Fabr. Gis. Weitz. Heins. Cell. 712. *agri* a. 713. *haec* a u Ald. Lugd. 714. *Respondet* 1 α; *mali fabris* 1 α, *labris* 2 α. 718. *ipse* Prag. 721. *melius* a. 724. *historiae* . Gis.; *sectatile* Prag. 726. *Pignera* a u Weitz. Heins. Obb., *era* α m Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Cell. Arev.; a m. 727. *Nisibus* Gif. 732. *postis* E; *utque* B u Sich. tres . Gis. Chor. Poett. Amstr. Cell.. 737. *vero* A; *respectat* Rat.

08. *vagus*] ultima producta caesurae gratia, ut Ps. 712 *aereus*.

Loth monitis sapiens obtemperat: at levis uxor
mobilitate animi torsit mulebre retrorsus
ingenium Sodomisque suis revocabilis haesit.
Traxerat Eva virum dirae ad consortia culpae:
haec peccans sibi sola perit, solidata metallo
diriguit fragili, saxumque liquabile facta
stat mulier, sicut steterat prius, omnia servans,
caute sigillati longum salis effigiata,
et decus et cultum frontemque oculosque comamque,
et flexam in tergum faciem paullumque relata
menta retro, antiquae monimenta rigentia noxae.
Liquitur illa quidem salsis sudoribus uda,
sed nulla ex fluido plenae dispendia formae
sentit deliquio; quantumque armenta saporum
attenuant saxum, tantum lambentibus humor
sufficit attritamque cutem per dampna reformat.
Hoc meruit titulo peccatrix femina sisti,
infirmum fluidumque animum per lubrica solvens
consilia et fragilis iussa ad caelestia. Voti
propositum contra non conmutabile servat.
Loth ingressus iter, nec moenia respicit, alto
in cinerem conlapsa rogo, populumque perustum
et mores populi, tabularia, iura forumque,
balnea, propolas, meritoria, templa, theatra,
et circum cum plebe sua madidasque popinas.
Quidquid agunt homines Sodomorum, incendia iustis
ignibus involvunt et Christo iudice dampnant.
Haec fugisse semel satis est: non respicit ultra
Loth noster, fragilis sed conlunx respicit, et quae
fugerat, inverso mutabilis ore revisit,

738. *a* A. 739. *traxit* E; *retrorsus* 2 α u. 741. *Traxerit* O Ald. Lugd. 743. *fragilis* Ald. Lugd.; *licabile* 1 a. 745. *singillatim* Prag., *singillati* 1 m; *semper* W (supra *longum*) Prag. Rat. m. 746. *manusque* W (supra *comamque*) Prag. 747. *flexum* 1 Rat.; *in tergo* R; *interdum facilem: paulumque leuata* u. 748. *monimenta* u Sich. tres Weitz. Chor. Poett. Amstr. Obb., *monumenta* α a m Ald. Lugd. Fabr. Gis. Heins. Cell. Arev. 751. *de liquido* Prag. Rat. (hic *deliquio* pro div. script.) u; *armata* a. 758. *alta* Prag. 759. *cineres* 1 α, *cineremque* Prag.; *per iust.* A. 761. *propalas* 1 α a. 762. *propinas* Gis. Obb., utramque lect. cognovit Iso. 766. *coniunx* α m u Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Amstr. Heins. Obb., *coniux* a Fabr. Gis. Weitz. Cell. Arev. 767. *motabilis* Prag. a.

761. *meritoria*] Vid. Barth. Adv. 42, 17, qui Prud. locum fusius explicat.

atque inter patrias perstat durata favillas.
En tibi signatum libertatis documentum!
Quo voluit nos scire Deus, quodcunque sequendum est,
sub nostra ditione situm passimque remissum,
alterutram calcare viam. Duo cedere iussi
de Sodomis: alter se proripit, altera mussat:
ille gradum celerat fugiens, contra illa renutat.
Liber utrique animus, sed dispar utrique voluntas.
Dividit huc illuc rapiens sua quemque libido.
Talem multa sacris speciem notat orbita libris.
Adspice Ruth gentis Moabitidis et simul Orphan,
illa socrum Noemin fido comitatur amore,
deserit haec: atquin thalamis et lege iugali
exutae, Hebraeisque toris et lege vacantes,
iure fruebantur proprio: sed pristinus Orphae
fanorum ritus praeputia barbara suasit
malle et semiferi stirpem nutrire Goliae.
Ruth dum per stipulas agresti amburitur aestu,
fulcra Booz meruit castoque adscita cubili
Christigenam fecunda domum, Davidica regna
edidit atque Deo mortales miscuit ortus.
Saepe egomet memini, fratres geminos ad biulcum
pervenisse simul bivium nutante iuventa,
et dubitasse diu bifido sub tramite, quodnam

770. *Quo* A P R Prag. Rat. α Gis. Heins. Arev. Obb., *Quod* Weiss. a Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Cell. 772. *iussit* a. 773. *prorupit* l α, *praeripit* B Ald. Lugd. Sich. tres. 776. *illud* Prag. 777. *multa* Laur. Prag. α a 2 m u Ald. Lugd. . tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Obb., *muta* B (supra) / Weiss. 1 m margo trinm Sich. Weitz. Arev. [Vid. A 442. Claud. cons. . III, 144. Mart. IX, 90, 4 *mutos Delphos*]. 778. *generis* Weitz. P); *Orfan* Put. α, *Orpham* u Gis. Weitz., *Orfam* Ald. Lugd., *Ortan* 779. *Noomin* E Put. (non Weiss.), *Noemini* O R u. 780. *at-* Laur. 2 Rat. α 2 m u Weitz. Heins. Cell. Obb., *atqui in* a, *atque in* . 1 m, *an quin* 1 Rat., *atqui* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. t. Amstr. Arev. 781. *vocantis* 1 m (non Laur.). 785. *agresti uritur* A R T Put. α a Ald. Lugd. Sich. III Fabr. Heins. Cell. Arev. ., *agrestis amburitur* Sich. I II Chor. Poett., *agresti aburitur* m, *agre- aburitur* Prag. m (pro var. lect.) Weitz., *agresti exuritur* u, *agrestis ritur* B (ad oram) Gis. Amstr. 786. *Boos* Put. 787. *dom. et* . Sich. tres Gis. I Fabr. Weitz. Chor. Poett. Amstr. 788. *artus* m Weitz. (non B).

778. *Orphan*] Ruth. I.
784. *Goliae*] Orphan Goliathi ma- dixerunt Iudaei. Vid. Interpp. . e. libri Ruth.

790. *bivium*] De bivio virtutis et vitiorum veteres haud raro memorant. Cfr. scriptores ap. Weitz. et Arev. citatos.

esset iter melius; cum dextrum spinea silva
sentibus artaret scopulosaque semita longe
duceret aerium clivoso margine callem:
at laevum nemus umbriferum per amoena vireta
ditibus ornaret pomis et lene iacentem
planicies daret ampla viam: squalentibus unum
contentum spinis reptasse per ardua saxa,
porro alium campo sese indulsisse sinistro:
illum sideribus caput inmiscere propinquis,
hunc in caenosas subito cecidisse paludes.
Omnibus una subest natura, sed exitus omnes
non unus peragit placitorum segrege forma.
Haud secus, ac si olim per sudum lactea forte
lapsa columbarum nubes descendat in arvum
ruris frugiferi, laqueos ubi callidus auceps
praetendit lentoque inlevit vimina visco,
sparsit et insidias siliquis vel farre doloso:
inliciunt alias fallentia grana gulamque
innectunt avidam tortae retinacula setae,
molle vel inplicitas gluten circumligat alas:
ast aliae, quas nullus amor prolectat edendi,
gressibus innocuis sterili spatiantur in herba,
suspectamque cavent oculos convertere ad escam.
Mox ubi iam caelo revolandum, pars petit aethram
libera sideream plaudens super aera pennis;
pars captiva iacet, laceris et saucia plumis
pugnat humi et volucres nequidquam suspicit auras.
Sic animas caeli de fontibus unicoloras
infundit natura solo; sed suavibus istic
devinctae inlecebris retinentur et aethera paucae
conscendunt reduces, multas viscosus inescat
pastus et ad superas percurrere non sinit auras.

793. *artaret* α a m u Weitz. Heins. Cell. Obb., *arctaret* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Arev. 794. *aereum* 2 α, *aereum clivosa* Gis. 795. *umbrificum* R; *virecta* A. 797. *umum* 1 α. 802. *omnis* Ald. Lugd. Sich. tres Cell., *omnia* Fabr. 803. *placitum quoque* E; 803...807 et 820...825 om 1 R. 804. *Aut* p. *Haud* α; *lactea forma* u; *secus*, *aut ... lact. forma ... descendit* Ald. Lugd. 806. *vir* p. *ubi* 1 u. 809. *Spectatamque* Prag. 816. *Sidere iam* A, *sidereum* a; *super aethera* Prag., *sub aere* Rat. 818. *nequiquam* Prag. Rat. α m Ald. (non Lugd.) Weitz.; *suscipit* Prag. 819. *amans* ad oram *t animas* m; *unicolores* W m Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. 821. *ad* Prag. Rat. m Weitz. (non B). 823. *sint* A.

Praescius inde Pater liventia tartara plumbo
incendit liquido piceasque bitumine fossas
infernalis aquae furvo suffodit averno,
et Phlegethonteo sub gurgite sanxit edaces
perpetuis scelerum paenis inolescere vermes.
Norat enim flatu ex proprio vegetamen inesse
corporibus nostris animamque ex ore perenni
formatam non posse mori, non posse vicissim
pollutam vitiis rursum ad convexa reverti,
mersandam penitus puteo ferventis abyssi.
Vermibus et flammis et discruciatibus aevum
inmortale dedit, senio ne paena periret,
non pereunte anima: carpunt tormenta foventque
materiem sine fine datam: mors deserit ipsa
aeternos gemitus et flentes vivere cogit.
At diversa procul regionibus in paradisi
praemia constituit maiestas gnara futuri
spiritibus puris et ab omni labe remotis,
quique Gomorrhaeas non respexere ruinas;
aversis sed rite oculis post terga tenebras
liquerunt miseri properanda pericula mundi.
Ac primum facili referuntur ad astra volatu:
unde fluens anima structum vegetaverat Adam.
Nam quia naturam tenuem declivia vitae
pondera non reprimunt, nec tardat ferrea conpes,
concretum celeri relegens secat aera lapsu,
exuperatque polum fervens scintilla remensum

824. *liquentia* 1 m. 826. *Infernales* 1 m. 827. *flegentoteo* u. 828. *pennis* Amstr. 829. *ex* om. u. 831. *Infusam* W (supra *Formatam*) Prag. m Weitz. (non B). 832. *virtus* p. *vitiis* Ald. Lugd.; *rursum* Prag. Rat. A R Weiss. m u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Obb. [Cfr. A. 232], *sursum* T Boh. I α a Heins. Cell. Arev. 833. *Mersandum* A W (heic alt. supra). 835. *poena' ne* male inv. Ald. in Emend. Lugd. 837. *Materiam* 1 m Cell. (non Weiss. Ald. Lugd.). [Cfr. Cort. ad Luc. II, 8]; *ratam* coni. Heins. Adv. p. 64. [Cfr. C. III, 99. P. II, 375. D. 12]; *ipsam* A a u. 839. *Et diversa* Prag., *Ast adversa* Amstr. Obb. 843. *recte* Gis. 844. *miseri et properanda* Rat. Prag. 2 m Weitz. (sed. *ten.*, *prop. per.* epexegesis est), *properando* Gis. 846. *uiuificauerat* 1 a. 847. *terrae* Prag.

838. *aeternos gemitus*] Cfr. Tertull. Apol. 98.

844. *properanda*] *celeriter fugienda, cita* Iso.

850. *scintilla*] *anima* Iso, Clem. Rom. Hom. XX, 9 *αἱ δὲ τῶν ἀνθρώπων ψυχαὶ φωτὸς καθαροῦ σταγόνες οὖσαι, ὑπὸ ἀλλοφύλου πυρὸς οὐσίας συμπινόμεναι καὶ φύσιν τοῦ ἀποθανεῖν οὐκ ἔχουσαι, κατ' ἀξίαν κολάζονται.*

carcereos exosa situs, quibus haeserat exul.
Tunc postliminio redeuntem suscipit alto
cana fides gremio tenerisque oblectat alumpnam
deliciis, multos post diversoria carnis
ore renarrantem querulo, quos passa, labores.
Illic purpureo latus exporrecta cubili
floribus aeternis spirantes libat odores,
ambrosiumque bibit roseo de stramine rorem.
Ditibus et longo fumantibus intervallo,
fluminaque et totos caeli sitientibus imbres,
inplorata negat digitum insertare palato,
flammarumque apices humenti extinguere tactu.
Nec mirere, locis longe distantibus inter
dampnatas iustasque animas concurrere visus
conspicuos meritasque vices per magna notari
intervalla, polus medio quae dividit orbe.
Errat, quisque animas nostrorum fine oculorum
aestimat, involvit vitreo quos lucida palla
obice, quis speculum concreta coagula texunt,
inpediuntque vagas obducto humore fenestras.
Numne animarum oculis denso vegetamine guttae

852. *postlimineo* E R Weitz. 855. *renarrante* Sich. tres; *dolores* Rat. 857. *aeterni* A. 858. *gramine* Prag. Rat. α (non Laur.) Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. (non E) Chor. Poett. Amstr., cod. Rhediger. vid. Burm. l. l. l, p. 490. Subsequuntur in Prag. Rat. 2 Weiss. m Sich. tribus Fabr. Gis. Weitz. (non E P) Chor. Poett. Amstr. hi fere versus: *Aet aliae, quas dira lues errorque malignus* (om. integrum vs. m) *Inmersit tenebris vastoque obsedit Averno, Haut* (*Haud* edd. praeter Weitz.) *inpune piis* (*pii* Chor. Poett.) *ah semet abesse* (*deesse* Rat. T2rr. Gif., *desse* 1 m, *abesse* 2 m) *fatentur Conciliis* (*Consiliis* Chor. Poett.) *meritas ferre et per secula paenas* (*poenas per secula ferre* Rat. T2rr. m. Gif., ad oram *l ferre et per secula penas* m) *Quis patris antiqui aut aegri reverentis abyssus* (*antiquo reverentius aeger abysso* Boh. recentior, *antiqui, aut aeger* (?) *reverentis abysso* Prag., *antiquo* (supra *i*) *reverentius eger abysso* ad oram *l aut egri reverentis abysso* m; *abysso* Sich. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett. Amstr.; *aut aegri reverentia abysso* coni. Mar.) *Exlusis mundique bonis cum morte potitis.* 859. *Divitibus longo* O R (heic pro var. lect. ad oram), *at* coni. Heins. 860. *tutos* Ald. Lugd. 864. *Damnatasque* u. 868. *Extimat* u (non Weiss.); *involvi* A 2 B R W u Ald. Lugd.; *pala* Cauch. 871. *oculi lenso* a.

859. *Ditibus*] cana fides (853) Arev. mavult intelligi de anima beata, quae in paradiso a Prud. collocetur tanquam in sinu Abrahae.

866. Alludere poetam ad theologorum sententiam, qui sedem dampnatorum in terrae visceribus collocant, arguit Arev.

866...929 in edd. Sich. Weitz. lemma in fronte ferunt *De integritate animae.*

volvuntur teretes, aut palpebralibus extra
horrescunt setis, ciliove umbrante teguntur?
Illis viva acies, nec pupula parva, sed ignis
traiector nebulae vasti et penetrator operti est.
Nil ferrugineum solidumve tuentibus obstat,
nocturnae cedunt nebulae: nigrantia cedunt
nubila, praetenti cedit teres area mundi.
Nec tantum aerios visu transmittit hiatus
spiritus, oppositos sed transit lumine montes,
Oceani fines atque ultima littora Thulae
transadigit volucresque oculos in tartara mittit.
Nostris nempe omnes pereunt sub nocte colores
visibus et caeco delentur tempore formae.
Numquid et exuti membris ac viscere perdunt
agnitione notas rerum vel gressibus errant?
Una animas semper facies habet et color unus
aeris, ut cuique est meritorum summa, sinistri
seu dextri; alternas nec conmutabile tempus
convertit variatque vices: longum atque perenne est
quidquid id est, unus volvit sua secula cursus.
Expertus dubitas animas percurrere visu
abdita corporeis oculis, cum saepe quietis
rore soporatis cernat mens viva remotos
distantesque locos aciem per rura, per astra,
per maria intendens: nec enim se segregat ipsa
ante obitum vivis ex artubus, aut fugit exul
sanguinis et carnis penetralia, seque medullis
exuit abductamve abigit de pectore vitam:

873. *aliove* a. 874. *et* R T T3rr. α (non Laur.); *prava* coni. Heins. 875. *nebulae et vasti penetrator* a. 878. *patenti* α (post lituram) Ald. Lugd. 881. *Thulae* ex nostris α Heins. Cell. Obb., *thylae* u, *Thilae* R Weitz., *Thyle* W Prog. m Cham., *Thules* Gis. Arev., *Thyles* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. Amstr., *tile* u. 882. *Transadigit* A E R W Weiss. α a m u Weitz. Heins. Cell. Arev. Obb., *Transadiit* B (*e* supra) O Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. (*Transcurrit*, al. *Transuadit* in marg.) Chor. Poett., *Transcurrit* Amstr. Luneb. 1648, *Transabiit* (?) vulg. ap. Weitz. etc. ap. Obb. 882. *oculis per* ... A E P R a, *oculis per* ... *Omnes* coni. Obb. 885. *exuti* A R Laur. Put. Weiss. α u Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Obb., *exutae* T Prag. Rat. m u Fabr. Gis. Weitz. Arev. 887. *animam* u Ald. Lugd. 892. *Expertos ... visus?* Prag. 1 Rat. m Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. (non E) Chor. Poett., *Expertas* 1 T, *Expertis* 2 T; *Experto ... visu* prob. Gis. Amstr Luneb. 1648. 893. *oculis?* disting. u. 896. *sese* Prag. 897. *artibus* Amstr. 899. *abiit* Ald. Lugd.

viscerea sed sede manens speculatur acutis
omnia luminibus, et qua circumtulit acrem
naturae levis intuitum nullo obice rerum
disclusa, ante oculos subiectum prospicit orbem
atque orbis sub mole situm sordens elementum.
Obiacet interea tellus, nec visibus obstat.
Quin si stelligerum vultus convertat ad axem,
nil intercurrens obtutibus impedit ignem
pervigilis animae, quamvis densata graventur
nubila et opposito nigrescat vellere caelum.
Sic arcana videt tacitis cooperta futuris
corporeus Ioannis adhuc, nec carne solutus,
munere sed sompni, paullisper carne sequestra
liber ad intuitum sensuque oculisque peragrans
ordine dispositos venturis solibus annos
procinctum videt angelicum, iam iamque cremandi
orbis in excidium raucos et percipit aure
mugitus gravium mundi sub fine tubarum.
Haec ille ante obitum membrorum carcere septus
secedente anima, non discedente videbat.
Nonne magis flatus sine corpore cuncta notabit,
corporis involucris tumulo frigente repostis?
Certa fides, rapidos subterna nocte caminos,
qui pollutam animam per secula longa perenni
igne coquunt, oculis longum per inane remoti
pauperis expositos: nec secius aurea dona
iustorum dirimente chao rutilasque coronas
eminus ostendi paenarum carcere mersis.

900. Viscera Lugd. Sich. tres. 906. *vultus* exc. u. 907. *Nihil* 1 a. 908. *densata* A Laur. Prag. Rat. Weiss. α m u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Cham. Obb., *denseta* O R Put. a Heins. Cell. Arev. 910. *figuris* B (ad oram) R Prag. Fabr. Gis. Amstr. 911. *Ioannis* E R Put 1 α Heins. Cham. Cell. Obb., *Iohannes* vel *Ioannes* 2 α a m u cett. 913. *Liberat intuitum* m margo trium Sich. 916. *tristes et* 2 T Put. 920. *notabis* Prag., *notabat* Rat. 921. *involuclis* 2 α Ald., sed *involucris* in Emend. 922. *rabidos* B W Prag. Rat. m Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett.; *aeterna* Prag. Rat. Weiss., *sub tetra* m Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. (non E) Amstr. [sed vid. S. I, 393. Heins. ad Ov. Her. VII, 113], *sub terra* Chor. Poett. 924. *oculos* A; *remotis* u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. Amstr. Obb. (*remoti* i. e. Lazari pauperis). 925. *setius* A R Put. a, *saecius* Weitz. ex B. 927. *ostendit* u Ald. Lugd.

911. *Ioannis*] recto casu, vid. C. VI, 108. 921. *involucris*] penultima correpta ut C. V, 36, S. I, praef. 54.

paradisicolae post ulcera dira beato
tur infelix, ululans in peste reatus,
us inque vicem meritorum mutua cernunt.
) Dee cunctiparens, animae dator, o dee Christe,
ab ore Deus subsistit spiritus unus,
derante regor, te vitam principe duco,
e te pallens trepido, te iudice eodem
capio, fore, quidquid ago, veniabile apud te,
libet indignum venia faciamque loquarque.
teor, dimitte libens et parce fatenti:
malum merui: sed tu bonus arbiter aufer,
merui, meliora favens largire precanti.
animae quandoque meae, cum corporis huius
rit hospitium, nervis, cute, sanguine, felle,
us extructum, conrupta quod incola luxu
limium, conplexa fovet: cum flebilis hora
erit hos orbes et conclamata iacebit
:ies oculisque suis mens nuda fruetur,
rnat truculentum aliquem de gente latronum,
em, rabidum, vultuque et voce minaci

*ratio* lemma Rat. m. 942. *Hospitium extructum* u. *serat* l m; *condefleta iacebit* W (supra *conclamata*) Iso Weitz. 947. *rapidum* Rat.

*lse*] „Inscr. *Oratio* (*Pre*— Cum multa in his vv. time pio indigna insint, (hist. eccl. IV, 12.), Fla- Catalog. test. ver. IV, p. orationem quam Theol. (de progr. spir. sti II, commemorat, a Prudenrerunt. Neque defuerunt, v. ignem purgatorium, in rtem et ante resurrectiolustrarentur, intellegestam Augustini (civ. D. adv. Iul. VI, 15, 45, hist. dogm. IV, p. 425.) Gregorius M. demum ec. dogma voluit (Middeld. , et quominus ignem post em, quo mundus comburaus (vid. de hac Origenis Münsch. I, p. 480...515), v. 856 sqq. Apparet e vv. poenis mortuorum poetam ignem esse PP. EE. tradunt. [Cfr. Chrysost. ad Theod. laps. 10, p. 119 ed. Lomler., Io. G. Neubert: *de poenis Chr. infernalibus* (Ienae 1756.), Münsch. IV, p. 460., Middeld. l. l., qui Wesseling. Probabil. c. 22, p. 182. (Franeq. 1731.) affert]: quare v. 960, ne in Gehenna sive Phlegethonte gravissimis obruatur poenis, sed, ut Tertulliani verbis utar (adv. Marc. IV, 34. de an. 22. Münsch. II, p. 399.), in Abrahae sinu (C. X, 149.) leviter puniatur, precatur Pr.: cum in Paradiso martyrum tantum animae quiescant (v. 952. Apoc. VI, 8...11, Tert. l. l. apolog. 47.). De igne Prud. purgatorio ne haec quidem verba, ab intpp. in eam rem allata, agunt P. VI, 99: *Felic. an ... perennis ignis*, quorum sententia est: Martyres, qui igne comburuntur, igne in Phlegethonte perpetuo non puniuntur. Cfr. etiam Hagenbach. „Dogmengesch." I, p. 440." *Obb.*

terribilem, qui me maculosum aspergine morum
in praeceps ut praedo trahat nigrisque ruentem
inmergat specubus, cuncta exacturus adusque
quadrantem minimum dampnosae debita vitae.
Multa in thesauris Patris est habitatio, Christe,
disparibus discreta locis. Non posco beata
in regione domum, sint illic casta virorum
agmina, pulvereum quae dedignantia censum
divitias petiere tuas, sit flore perenni
candida virginitas animum castrata recisum.
At mihi tartarei satis est si nulla ministri
occurrat facies, avidae nec flamma gehennae
devoret hanc animam mersam fornacibus imis.
Esto: cavernoso, quia sic pro labe necesse est
corporea, tristis me sorbeat ignis averno;
saltem mitificos incendia lenta vapores
exhalent aestuque calor languente tepescat:
lux inmensa alios et tempora vincta coronis
glorificent: me paena levis clementer adurat.

950. om. 1 A. 953. *Discreta locis disparibus* u. 954. *illinc castra* Prag. 956. *sic* Prag. 959. *Occurrit* 1 m. 961. *Asto* 1 m. 963. *Saltim* 1 α Weitz.; *mirificos* Ald. Lugd. — Post 966 α: *Finit Amartigenia liber. III.*, a: *Explicit. Lib. sēd. Admartigenia*, m: *Finit de amartigenia. liber. D.*, u: *Explicit adversus eos qui duos esse dicunt.*

# PSYCHOMACHIA.

## PRAEFATIO.

Senex fidelis prima credendi via
Abram, beati seminis serus pater,
adiecta cuius nomen auxit sillaba:
Abram parenti dictus, Abraham Deo.
Senile pignus qui dicavit victimae
docens, ad aram cum litare quis velit,
quod dulce cordi, quod pium, quod unicum
Deo libenter offerendum credito.
Pugnare nosmet cum profanis gentibus
suasit suumque suasor exemplum dedit,
nec ante prolem coniugalem gignere
Deo placentem, matre Virtute editam,
quam strage multa bellicosus spiritus
portenta cordis servientis vicerit.
Victum feroces forte reges ceperant

*Aur. Prud. virtutum prelia clemens cum viciis cecinit metrica scholasticus arte* R, *Incipit Psichomachia Liber IIII. Praefatio* α, *Incipit liber prudentii aurelii Clementis de Sichomachia. i. de pugna anime* c, *Incipit praefatio in christi nomine Ψichomachiae* m, *Prudencius psicomachie* δ. — Praefationis vv. 1...27 bis extant in A R, om. praefationem h. 1. *via est* Rat. β δ l c e ϑ g l m o r w Ald. Lugd. Sich. tres Torn. Fabr. Gis. Weitz. Amstr., *prima via credendi est* f. 2. *seruus* o. 4. 3 transp. g. 4. *parente* Ang. β δ ϑ f l o r Ald. Lugd. Nebr. 7. *Quod est* e; *cordi est* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Amstr.; *unicum est* 2 ϑ r. 8. *credito esse* c. 10. *et suum suasor* Ald. Lugd. Nebr. 12. *placentem* A R Heinss. omnes Rat. (pro div. script.) α c e ϑ f g o Ald. Lugd. Sich. tres Amstr. Heins. Cell. Obb., *placente* Fuld., *complacentem* p; *Deo placentem* β, ubi versus in textu omissus heic margini adscribitur repeturque post v. 21 ut est in l, *parente* B E W Ang. Rat. δ m r Fabr. Gis. Weitz. Arev. 13. *Quam strage bellicosus spiritus multa* (vox *multa* man. sec. add.) e. 14. *servientis* E O W Bon. Put. Rat. (supra *t saeuientis*) 1 α m Weitz. Heins. Cell. Arev. Obb., *sevientis* Ang. 2 α β δ c e ϑ f g l o r, *saevientis* A B R Erf. Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Amstr. [Vid. Barth. Adv. XLIII, 7.]. 15. *fortes* 1 m; *coeperit* 1 m supra *an.*

1. *credendi via*] Gen. 11 sqq., Adv. XLIV, 7. A. 91 *via consiliorum*, Vid. Barth.

Loth, inmorantem criminosis urbibus
Sodomae et Gomorrhae, quas fovebat advena
pollens honore patruelis gloriae.
Abram sinistris excitatus nuntiis
audit propinquum sorte captum bellica
servire duris barbarorum vinculis:
armat trecentos terque senos vernulas,
pergant ut hostis terga euntis caedere,
quem gaza dives ac triumphus nobilis
captis tenebant inpeditum copiis.
Quin ipse ferrum stringit et plenus Deo
reges superbos mole praedarum graves
pellit fugatos, sauciatos proterit,
frangit catenas et rapinam liberat:
aurum, puellas, parvulos, monilia,
greges equarum, vasa, vestem, buculas.
Loth ipse ruptis expeditus nexibus
attrita bacis colla liber erigit.
Abram triumphi dissipator hostici
redit recepta prole fratris inclitus,
ne quam fidelis sanguinis prosapiam
vis pessimorum possideret principum.
Adhuc recentem caede de tanta virum
donat sacerdos ferculis caelestibus;

16. *morantem in* c. 17. *Gomorre* W ϑ. 19. *Abraam* Ang., *Habraam* ϑ; *excitus* Ang. 20. *captum sorte* o. 21. *Servare* o. 22. *tres centos et ter* o; *se nox vernulos* 1 g. 23. *pergat* 1 m. 25. *Captis tenebant* A E R Ang. Bon. scripti Heinss. α β e f l r Ald. Lugd. Heins. Arev. Obb., *Cautis cedebant* o, *Captis tenebat* Rat. ∂ c ϑ g m Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Amstr. Cell., *Captum tenebat* w. 26. *Tunc ipse* w; *strinxit* supra alt. Erf., *stringit ferrum ac* c. 27. *molle* Ang. 31. *vestes* Ang. β e ϑ f g l Ald. Lugd. Nebr. 32. *expeditur* Rat.; *vinculis* Bon. Rat. β (pro div. script.) ∂ ϑ g (priore voce abrasa) m o. 33. *Adtrita* E α c ϑ f g l, *Attrita* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Amstr. Heins. Cell. Arev. Obb., *Atrita* Ang. e, *Artita* ex Gruteri coniectura Weitz.; *bacis* A E P R Ang. α c ϑ f g (duo ultimi cum gl. *catenis*) l Heins. Obb., *bagis* Erf. o, *baccis* β e Ald. Lugd. Sich. tres Cell., *baiis* Fabr. (vid. eiusdem comment. p. 19), *boigis* T, *bogis* ∂ w, *boijs* Gis., *bojis* Weitz. Amstr., *boiis* Pic. Rat. 1 m Arev., *bois* 2 m r [Cfr. P. I, 46. Obbar. ad Boeth. p. 143]. 34. *Abraam* Ang. Nebr., *Abraham* c ∂ ϑ r Ald. Lugd. 36. *qua* O Ang. β c e ϑ f 2 g l o Ald. Lugd. Nebr. Gif. (ind. Lucr. p. 299), *qua* supra *t m* m; *prosapiem* Weitz. 38. *decentem* 1 o; *tanta de caede* β e.

22. *vernulas*] verna servus natus, sed etiam de libero homine Romae nato Mart. 10, 76, 4. 5 *Sed de plebe Remi Numaeque verna, Iucundus, probus, innocens, amicus.*

Dei sacerdos, rex et idem praepotens,
origo cuius fonte inenarrabili
secreta nullum prodit auctorem sui:
Melchisedech, qua stirpe, quis maioribus
ignotus, uni cognitus tantum Deo.
Mox et triformis angelorum trinitas
senis revisit hospitis mapalia.
Et iam vietam Sara in alvum fertilis
munus iuventae mater exanguis stupet,
haerede gaudens et cachinni paenitens.
Haec ad figuram praenotata est linea,
quam nostra recto vita resculpat pede:
vigilandum in armis pectorum fidelium
omnemque nostri portionem corporis,
quae capta foedae serviat libidini,
domi coactis liberandam viribus.
Nos esse large vernularum divites,
si, quid trecenti bis novenis additis

40. *et ipse* c. 41. 42 om. Put., unde [ ] Heins. Cham. Cell. 43. *Melchisech* w; *queis* Gis. Arev., *quisue* e. 44. *Ignotus est* l; *tantum uni cognitus deo* β e. 46. *mappalia* B β c f, *magalia* Pic. Rat. m Weitz., qui cfr. Virg. Aen. I, 421. Vid. Serv. ad Aen. IV, 259 (ed. Lion p. 274). 47. *Iamque* A; *vietam ... alvum* A R Bon. Put. Heins. Cell. Obb., *vietam* δ, *quietam* B T W Fuld. Rat. m Weitz., *vieta ... alvum* O α ϑ g, *quieta* w, *vietam ... alvo* e o r Cham., *vieta ... alvo* c f l Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Arev., *victa* Aug. β, *vieto* Amstr. [Cfr. Heins. Adv. ed. Burm. p. 458]; *fertilis* ad oram *t fertile* m, *fertile* δ e o r Weitz., *herilem* (subnotatum) *fertilis* supra e g. 50. *Nec* o; *linea est* β l. 51. *retro* Aug.; *una* p. *vita* r; *resculpet* g, *resupat* o, *rescalpit* Fabr. 52. *fidelium pectorum* inv. e. 53. *pectoris* A E P W Rat. g m r; *Omnemque docet nostri portionem corporis* w. 54. *fede* A β δ f, *foede* m Ald. Lugd. Weitz., *fide* ϑ; *seruit* δ, *seruiebat* Aug. β e l o. 55. *liberandum* A. 57. *tercenti* α e, *tricenti* δ, *trescenti* o, *trecentis* w.

46. *mapalia*] Plin. H. N. V, 3: *Numidae vero Nomades a permutandis pabulis mapalia sua, hoc est domus plaustris circumferentes* etc. Fest.: *map. casae poenice appellantur;* vid. Savaron. ad Sidon. ep. II, 1. p. 128, Kritz. ad Sal. Iug. XVIII, 8. Cfr. D. 13 sqq.

47. *vietam*] *quietam* et Mariettus veram lectionem habuisse videtur interpretans: *quae nunquam pariendi laborem senserit: quae nunquam peperit. Sic P. IX, 74 dicit quietum stilum, dum eo in notis perscribendis non utimur.*

57 sq. *trecenti ... mystica*] „Referunt haec verba vett. gloss., Cham., alii ad CCCXVIII episcopos, qui in Concil. Niceno fidem christianam firmaverint haereticosque oppugnaverint. Sed et v. 50. et verba *vern. div.* ac *fig. myst.* Abrahami servos (Gen. 14, 14.) crucemque designari testantur; *T* enim CCC significat, *ι* X et *η* VIII. (*IH* i. e. Ἰησοῦς i. e. XVIII) vid. Tertull. adv. Iud. 11. et adv. Marc. III, 22: *littera Graecorum Tau nostra T, species crucis;* Barnab. ep. IX, Clem. Alex. Strom. VI, p. 782, Potter. Ambr. in Luc. VI, 17, de Abrah. I, 3. Greg.

possint, figura noverimus mystica.
Mox ipse Christus, qui sacerdos verus est,
parente inenarrabili atque uno satus,
cibum beatis offerens victoribus,
parvam pudici cordis intrabit casam,
monstrans honorem Trinitatis hospitae.
Animam deinde spiritus conplexibus,
pie maritam, prolis expertem diu,
faciet perenni fertilem de semine:
tunc sera dotem possidens puerpera
haerede digno patris inplebit domum.

---

Christe, graves hominum semper miserate labores,
qui patria virtute cluis, propriaque sed una —

58. *possit* B, *prosint* coni. Barth. l. l.; *noverīmus*, vid. Valer. Prob. p. 1433. ed. Putsch., Heins. ad Ov. Her. VII, 53. 59. *verus est sacerdos* c. 60. *Parente inenarrabili atque uno satus* A P R cett. Ang. α Gis. Amstr. Arev. Obb., *Parente natus alto et ineffabili* B P (in marg.) W Erf. Put. Rat. β c e ϑ l m o r w Ald. Lugd. Sich. tres Weitz. Heins. Cell., *Parente natus alta et ineffabili* f, *Parente natus ab alto et ineffabili* δ, *Parente natus alto et inenarrabili* Fabr., *Parente inenarrabili atque alto satus* Fuld., *Parente inenarrabili atque aŭt natus* 1 g, *Parente inenarrabili atque alio natus* 2 g. 62. *Parvum pudici* f; *corporis* Ang. 63. *hospite* β ϑ 1 g r, *hospiti* 2 g. 64. *pudici* p. *deinde* e; *connexibus* Ald. Lugd. Sich. tres Gis. I Amstr. 65. *Piae* Ang. Ald. Lugd. Nebr.; *mane tam* o, *maritatam* e, *maritans* placuit Cauchio e scripto cod.; *expertam* Cell. 66. *de semine fertilem* Aug. 67. *Tum Sarra* Ald. Lugd. Nebr. Sich. tres, *Tunc sera* supra *sarra* c; *Tunc seram* β 1, *Tunc sara* f [Cfr. D. 15.]. 68. *implevit* A P.

*Incipit Psychomachiae liber Aurelii Prudentii Clementis de pugna virtutum atque vitiorum* Rot., *Inuocatio* m, *Incipit oracio poete* e, *Aurelii Prud. Clem. Certamen virtutum contra vitia* h.

Moral. XXX, 17, Ant. Fr. Gorii *dissert. de mitrato Iesu Chr. capite* in Symbol. litter. (Florent. 1749. 8.) III. p. 132. 159. Quare non opus est XVIII per ΘΘ (i. e. 9+9), quae littera Θ [i. e. *θάνατος*] in breviculis militum titulisque sepulcrorum praefigebatur, et iudicis signum erat, si quem mortis damnabat, (cfr. Auson. Epigr. 128, 3, Iahn. ad Pers. VI, 13. p. 169.) explicare cum Weitz., Cell. et Barth. (Adv. XLIII, 7.), qui „Nos" ait „geminae mortis esse reos, ideo duo Θ; et respexisse Prud. ad duos libros, alterum indicem nostrorum criminum, quem habere satanam a pluribus traditum sit, alterum, de quo Exod. 32. agatur." *Obb.* Vbb ep. Barnabae 9 in nostra Patrum Apost. ed. p. 20 ita leguntur: *Μάθετε τοὺς δεκαοκτὼ πρώτους, εἶτα τοὺς τριακοσίους. Τὸ δὲ δεκαοκτὼ ἰῶτα δέκα, ἦτα ὀκτώ. Ἔχεις Ἰησοῦν. Ἔτι δὲ ὁ σταυρὸς ἐν τῷ Ταῦ ἤμελλεν ἔχειν τὴν χάριν, λέγει καὶ τοὺς τριακοσίους.*

1...20 *Invocatio* inscrib. Weitz., cfr. varr. lectt.

unum namque Deum colimus de nomine utroque
non tamen et solum, quia tu Deus ex Patre Christe —
dissere, rex noster, quo milite pellere culpas
mens armata queat nostri de pectoris antro:
exoritur quotiens turbatis sensibus intus
seditio atque animam morborum rixa fatigat,
quod tunc praesidium pro libertate tuenda,
quaeve acies furiis inter praecordia mixtis
obsistat meliore manu. Nec enim, bone ductor,
magnarum virtutum inopes nervisque carentes
christicolas vitiis populantibus exposuisti.
Ipse salutiferas obsesso in corpore turmas
depugnare iubes, ipse excellentibus armas
artibus ingenium, quibus ad ludibria cordis
oppugnanda potens tibi dimicet et tibi vincat.
Vincendi praesens ratio est, si cominus ipsas
virtutum facies et conluctantia contra
viribus infestis liceat portenta notare.
Prima petit campum dubia sub sorte duelli
pugnatura Fides, agresti turbida cultu,

3. *utroque* A E P R Bon. $\alpha$ cum suis vetustioribus Heins. Cell. Obb., *utroque* supra *trino* h, *trino* ex nostris Aug. Rat. $\beta$ c $\delta$ e $\vartheta$ f g l m o r w Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev. 4. *tu es Deus* $\beta$ l. 5. *Dissere rex quo milite pellere eminus culpas* e.

7. *quotiens* Aug. $\alpha$ $\beta$ c $\delta$ e $\vartheta$ f g l m o r Ald. Lugd. Weitz. Heins. Obb., *quotties* Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Cell. Arev. 8. *animum* B Erf. Rat. $\beta$ Gis. Amstr. 9. *Quod praesidium est pro* $\beta$ l. 10. *mistis* Aug. Gis. 11. *o bone* $\beta$ l; *doctor* 2 $\alpha$ e 2 $\vartheta$, *auctor* o.

13. *intus* p. *uitiis* o; *spoliantibus* Erf. 15. *armis* 2 A E P Barth. cod. [De quo et correctionibus vid. Adv. L, 11. LI, 9. LIV, 12. 18.].

18. *est* om. e. 19. *acies* Erf. 20. *infectis* 1 g; 20...39 eras. 1 man. A. — Inscribb. *Fides* Rat. m, *Fides pugnat contra veterum culturam* g, *De Fide et de Cultura ydolatrie* r, *De bello fidei et culturae deorum* w. 22. *vultu* A Fuld. o, *vultu* ad oram *t cultu* f.

10. *furiis*] Lact. Div. Institt. VI, 21: *Tres sunt igitur affectus, qui homines in omnia facinora praecipites agunt, ira, cupiditas, libido. Propterea poetae tres furias esse dixerunt, quae mentes hominum exagitent: ira ultionem desiderat, cupiditas opes, libido voluptates.* Cfr. Hermae Past. Mand. XII, 1: *Horrenda est enim cupiditas mala, et difficile mitigatur. Horribilis est valde et fera, et feritate sua consumit homines; maxime si inciderit in eam servus Dei, et nisi sapiens fuerit, consumetur ab illa pessime.*

21 ... 39. *Fidei et Idololatriae pugna* inscribb. Ald. Lugd. et quae ex edd. vett. illas sequuntur. Cfr. varr. lectt.

22. *agresti... cultu*] *Non enim ad praedicandum philosophos, sed piscatores elegit.* Iso. Cfr. Hermae Past. Mand. Prooem., ubi fidei magister *intravit ... habitu pastorali* (σχήματι ποιμενικῷ), Gell. N. A. I. 5: *Demosthenem tradunt et vestitu*

nuda humeros, intonsa comas, exerta lacertos.
Namque repentinus laudis calor ad nova fervens
praelia, nec telis meminit, nec tegmine cingi:
pectore sed fidens valido membrisque retectis
provocat insani frangenda pericula belli.
Ecce lacessentem conlatis viribus audet
prima ferire Fidem veterum Cultura deorum.
Illa hostile caput phaleratque tempora vittis
altior insurgens labefactat et ora cruore
de pecudum satiata solo adplicat et pede calcat
elisos in morte oculos, animamque malignam
fracta intercepti conmercia gutturis artant,
difficilemque obitum suspiria longa fatigant.
Exultat victrix legio, quam mille coactam
martyribus regina Fides animarat in hostem:
tunc fortes socios parta pro laude coronat
floribus ardentique iubet vestirier ostro.
Exin gramineo in campo concurrere prompta
virgo Pudicitia speciosis fulget in armis:
quam patrias succincta faces Sodomita Libido
adgreditur, piceamque ardenti sulphure pinum
ingerit in faciem pudibundaque lumina flammis
adpetit, et taetro temptat suffundere fumo:
sed dextram furiae flagrantis et ignea dirae

23. *Nudata* e. 24. *Iamque* w; *calor laudis* inv. f; *labor ad* Put. 26. *findens* o (C. I, 43). 28. Inscribb. *Cultura Deorum* Rat. m. 31. *labefacta* e. 32. *E pecudum* Sich. tres Cell., *Et pec.* Chor. Poett.; *sauciata* 1 β. 33. *Elisis* ϑ; *morte* E P Aug. Put. α β c δ e f g l o Ald. Lugd. Arev. Obb., *mortem* ex nostris ϑ m r Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. 37. *armabat* Fuld., *armarat* Pic. e r w. 38. *Nunc* B Aug. Rat. α m r w Sich. tres Torn. Gis. l Chor. Poett. Amstr. Cell. 40...108. inscribb. *Pudicitia. Libido* Rat. m. 40. *Exim* α, *Exhinc* e 2 g o; *in* om. f Fabr. Gis.; *prona* in marg. Nebr. 42. *patria...face* 2 r; *sodomita* m, *sodomitis crimnis* 2 Rat. 43. *pisceam* o. 44. *que* om. l. 46. *dexteram* β; 46...177 om. A.

*sincero et cultu corporis nitido venustoque nimisque accurato fuisse ... Ad eundem modum Hortensius omnibus ferme oratoribus aetatis suae nisi M. Tullio clarior, quod multa* [*cum*] *munditia et circumspecte compositeque indutus et amictus esset*, sqq. Opponitur Fides Culturae deorum 30, quam victimarum ac sacerdotum vittis coronatorum ornatu repraesentat. Vid. Serv. ad Virg. Aen. II, 133.

40...108. *Pudicitiae et Libidinis pugna* inscribb. edd. vett., cfr. varr. lectt.

42. *faces*] In exordio (10) vitia cum furiis perstat comparans. Hinc Libidini faces. Sunt, qui *Sodomitis* pro *Sodomita* malint.

tela lupae saxo ferit inperterrita virgo
excussasque sacro taedas depellit ab ore.
Tunc exarmatae iugulum meretricis adacto
transfigit gladio, calidos vomit illa vapores
sanguine concretos caenoso, spiritus inde
sordidus exhalans vicinas polluit auras.
„Hoc habet" exclamat victrix regina „supremus
„hic tibi finis erit, semper prostrata iacebis,
„nec iam mortiferas audebis spargere flammas
„in famulos famulasve Dei, quibus intima casti
„vena animi sola fervet de lampade Christi.
„Tene, o vexatrix hominum, potuisse resumptis
„viribus extincti capitis recalescere flatu?
„Assyrium postquam thalamum cervix Holofernis
„caesa cupidineo madefactum sanguine lavit,
„gemmantemque torum moechi ducis aspera Iudith
„sprevit et incestos conpescuit ense furores:
„famosum mulier referens ex hoste tropaeum
„non trepidante manu, vindex mea, caelitus audax.
„At fortasse parum fortis matrona sub umbra
„legis adhuc pugnans, dum tempora nostra figurat,
„vera quibus virtus terrena in corpora fluxit,
„grande per infirmos caput excisura ministros.
„Numquid et intactae post partum virginis ulium
„fas tibi iam superest? post partum virginis, ex quo

51. *sanioso* coni. Heins. 52. *sordibus* f Gis. l Chor. Poett. Amstr. Cell. 53. *Hoc habet* R Rat. α l g h m o r Fabr. Weitz. Heins. Cell. Arev. Obb., *Hoc habe* P Ang. Erf. β c δ ϑ f 2g l w margo trinm Sich. Gif. l. l. 377, *Hoc habeto* e, *Hoc tibi habe* Ald. Lugd. Sich. tres Gis. Chor. Poett. Amstr. 56. *famulasque* β c δ e ϑ f o Ald. Lugd.; *dei in quibus* o. 59. *factu* l g. 60. *cervixque* B R Weitz.; *olofernis* Ang. α r, *olofferni* β c f g, *Olopherni* Ald. Lugd. Sich. tres Gis. l Fabr. Chor. Poett. Amstr., *Holoferni* ϑ l Gis. 62. *Gemmantemque* P R T Put. Heins. Cell. Obb., *Gemmamtemque* l α, *Gemmatumque* Rat. Ang. 2 α β c δ e ϑ f g l m o r w Ald. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev., *geminatumque* Lugd.; *melchi* ϑ, *michi* o. 64. *triumphum* ϑ f r w. 65. *mihi vindex* p. *vindex mea* f. 68. *terreno in corpore* O R H T β e f g l Ald. Lugd., *terreno in corpore fulsit* coni. Heins. 70. *illum* w.

53. *habet*] Alias solennis exclamatio gladiatoris, simul ac vulnus adversario inflixit. Cfr. Virg. XII, 296, Senec. Agam. 901, Donat. ad Terent. Andr. I, 1, 56, Broukh. ad Tib. I, 5, 2, Graev. ad Flor. III, 10, Gronov. obss. II, 25, Turneb. Adv. XVII, 10, Lips. Saturn. II, 21.

57. *de lampade Christi*] lampadi Veneris seu Cupidinis id opponi putat Arev. Cur non potius lampadi Psyches? Sed referas ad Io. 8, 12.

60. Iudith. 13.

„corporis humani naturam pristina origo
„deseruit carnemque novam vis ardua saevit,
„atque innupta Deum concepit femina Christum,
„mortali de matre hominem sed cum patre numen.
„Inde omnis iam diva caro est, quae concipit illum,
„naturamque Dei consortis foedere sumit.
„Verbum quippe caro factum, non destitit esse
„quod fuerat verbum, dum carnis glutinat usum,
„maiestate quidem non degenerante per usum
„carnis, sed miseros ad nobiliora trahente.
„Ille manet quod semper erat, quod non erat esse
„incipiens: nos, quod fuimus, iam non sumus aucti
„nascendo in melius: mihi contulit et sibi mansit.
„Nec Deus ex nostris minuit sua, sed sua nostris
„dum tribuit, nosmet dona ad caelestia vexit.
„Dona haec sunt, quod victa iaces luculenta Libido,
„nec mea post Mariam potis es perfringere iura.
„Tu princeps ad mortis iter, tu ianua leti,
„corpora conmaculans animas in tartara mergis.
„Abde caput tristi iam frigida pestis abysso;
„occide prostibulum, manes pete, claudere Averno
„inque tenebrosum noctis detrudere fundum.

72. *pristinam origo* g Cauch. ex coniect., *pristina uirgo* Aug., *prisca propago* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. 73. *carnique* R ap. Heins.; *sumpsit* w et ex coniect. Nebr. ad oram. 75. *mortalem* Erf. 2 g o r Weitz. 76. *Unde* w; *dia* (cfr. S. I, 81) coni. Cell. 77. *consortis* E P Aug. Put. α δ m o Arev. Obb., *consorti* β c e ϑ f g l r Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cham. Cell.; *sumpsit* Aug. 1 α e f w. 78. *Verbumque dein caro* ϑ; *factum est* β. 79. *dum carnis* uterque R Aug. Put. α c δ e ϑ f g m o r Heins. Arev. Obb., *carnis dum* β l Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Cell. 83. *acti* e o. 86. *dono* r, probo. 87. *quis* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett., *queis* Gis.; *luculenta* c, *luctulenta* l. 88. *poteris* Aug. 1 e ϑ, *potueris* 2c, *potisses* l; *perstringere* Erf. f r Ald. Lugd. 89. *praeceps* Ald. (non Lugd.) Nebr. Sich. tres Gis. l Chor. Poett. Amstr.; *ianua* absque *tu* e. 90. *conmaculas* uterque R β c f l; *mictis* supra *at mergis* β. 91. *fervida pestis* Ald. Lugd. 92. *prostibulo* 1α.

79. *verbum*] „Cham. animadvertit, agere poetam adversus Photinianos et Samosatenos, qui Christum merum esse hominem asserebant: refutare Carpocratem, Ebionem, Cerinthum, qui Iesum ex Iosephi et Mariae coniugio ceterorum hominum more progenitum docuerunt: oppugnare Tertullianum et Antidicomarianitas, qui credebant, Mariam non fuisse post partum virginem. Itaque iure Psychomachiam inter ea carmina reponimus, de quibus Prudentius in Prologo: *Pugnet contra hereses, catholicam discutiat fidem.*“ *Arev.*

„Te volvant subter vada flammea, te vada nigra
„sulphureusque rotet per stagna sonantia vortex:
„nec iam Christicolas, furiarum maxima temptes,
„ut purgata suo serventur corpora regi.“
Dixerat haec, et laeta Libidinis interfectae
morte Pudicitia gladium Iordanis in undis
abluit infectum, sanies cui rore rubente
haeserat et nitidum macularat vulnere ferrum.
Expiat ergo aciem fluviali docta lavacro
victricem victrix abolens baptismate labem
hostilis iuguli: nec iam contenta piatum
condere vaginae gladium, ne tecta rubigo
occupet ablutum scabrosa sorde nitorem,
catholico in templo divini fontis ad aram
consecrat, aeterna splendens ubi luce coruscet.
Ecce modesta gravi stabat Patientia vultu,
per medias inmota acies variosque tumultus,
vulneraque et rigidis vitalia pervia pilis
spectabat defixa oculos et lenta manebat.

95. *sulfureusque* f; *vertex* Put. o. 97. *corpora Christo* B Sich. tres ad oram, quod in Erf. glossae vicem sustinet. 100. *cui sanies* c; *ore* Pic.; *rubenti* δ, *tabenti* o. 101. *maculaverat* 1 α, *maculato* o. 102. *Excipiat* f o. 103. *Ultricem* Aug. probante Arev.; *Victrix victricem* δ. 104. *contempta* β c f l. 105. 106 *vaginae* nostri scripti Fabr. Weitz. Heins. Cell. Arev., [vid. D. 17.], *vagina* r Ald. Lugd. Sich. tres Gis. Chor. Poett. Amst. Obb., *in vagina* e; *ne sorde latenti Occupet ablutum rubigo scabrosa nitorem* o Gis. Amstr., nisi quod in hisce edd. rectius *scabra*. 107. *Consecrat* Rat. ex corr. subsequenti versu penitus abraso; *divino* 1 α; *ad aulam* [Fortun. lib. II, carm. XII, *baptismatis aula*] coni. Arev. 108. *sub luce* E W; *coruscat* Aug. β e f l, *nitescat* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. 109...112 inscribb. *Patientia*. Rat. m. 110. *tumultos* W Weitz. 112. *laeta* 1 α, ut Vinc. Bellovacensis spec. hist. XVII, 102, ubi tamen ad oram *lenta* pro div. lect.

99. *Pudicitia*] „Rectus casus *Pudicitia*, ultima longa ob sequentes consonas, Graecorum consuetudine positionem eo extendentium, quos non nunquam Latini imitantur: noster saepe, ut H. ieiun. 152, Apotheos. 833, Psychom. 41, 445, 481 et alibi.“ *Cell.*

108. *consecrat*] Mos militum (et emeritorum) post partam victoriam arma in fanis vovendi diis et in parietibus suspendendi. Vid. Obb. ad Hor. ep. I, 1, 5 coll. Od. III, 26, 1...4. Simile aliquid in ecclesia S. Mariae de Victoria (Santa Maria della Vittoria) dedicata, quae Romae est, recentiori tempore factum esse videmus. Principes etenim catholici vexilla inimicis victis erepta ex Germania atque aliunde solenniter ibi exponenda miserunt. Illic reapse adhuc asservantur. Vid. Beschreibung der Stadt Rom von E. Platner, C. Bunsen, etc. Bd. III, Abthl. II. p. 442.

109...177. *Patientiae et Irae pugna* (*congressus*) inscribb. edd. vett. Cfr. varr. lectt. Vid. Hermae Past. Mand. V, 1, Tertull. de patient. 2.

Hanc procul Ira tumens spumanti fervida rictu,
sanguinea intorquens suffuso lumina felle,
ut belli exortem teloque et voce lacessit,
inpatiensque morae conto petit, increpat ore
hirsutas quatiens galeato in vertice cristas.
„En tibi! Martis" ait „spectatrix libera nostri,
„excipe mortiferum securo pectore ferrum,
„nec doleas, quia turpe tibi gemuisse dolorem."
Sic ait et stridens sequitur convicia pinus,
per teneros crispata notos, et certa sub ipsum
defertur stomachum rectoque inliditur ictu:
sed resilit duro loricae excussa repulsu.
Provida nam virtus conserto adamante trilicem
inducrat thoraca humeris, squamosaque ferri
texta per intortos conmiserat undique nervos.
Inde quieta manet Patientia, fortis ad omnes
telorum nimbos et non penetrabile durans,
nec mota est iaculo monstri sine more furentis
opperiens propriis perituram viribus Iram:
scilicet indomitos postquam stomachando lacertos
barbara bellatrix inpenderat et iaculorum
nube supervacuam lassaverat inrita dextram.
Cum ventosa levi cecidissent tela volatu
iactibus et vacuis hastilia fracta iacerent,

113...177 inscribb. *Ira.* Rat. m; *ritu β.* 114. *Sanguineaque* W. 116. *more β* g l r renuente metro. 117. *Hirsuto* Weitz.; om. *in* Rat. ϑ f w. 119. *in securo pectore* e, *securo impectore β, securo in pectore* R Erf. ϑ f 2 h l o Ald. Lugd. 120. *Ne* ϑ g l; *est tibi* e, *tibi est* Ang. Erf. o; *genuisse* Ang. ϑ l; *dolores* 1 c, *dolore* Ald. Lugd. Gif. l. l. (sub. vb. *vestis*). 121. *sequitur* des. in o. 122. *tenues* conl. Nebr. Cham. 123. *recto* Rat. Hic versus est ultimus cod. *δ.* 126. *Indurat* Boh. l; *thoracha* W, *thoracem* m, *thoracham* 1 *β*, *toracham* 2 *β*, *thoracam* Ang. Rat. c e w, *toracam* ϑ f l; *humeros* B Sich. tres Gis. Chor. Poett. Amstr., *humerus* 1 R. 127. *innumeros* margo Sich. I II (non III). 130. *tacta* w; *est* om. e; *mora* Sich. tres contra metrum, *fine* w. 134. *supervacua* Ang. ϑ f h Ald. Lugd. Sich. I II (non III) Gis. Heins. Cham. (non Cell.); *laxaverat* Ang. *β* ϑ. 136. *Hictibus* e, *Ictibus* Pic. o ϑ f g o r Ald. Lugd. Nebr. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett.; *variis* Pic.

125. *Provida...virtus*] Patientia, „quae nihil inpatientia susceptum sine inpetu transigi novit, nihil inpetu actum" etc. Tertull. l. l.

129. *telorum nimbos*] *telorum nimbum* Sil. It. IX, 311 et XII, 186, Sext. Ruf. 27, *telorum imber* Chrysost. dial. VI, De sacerdotio. Vid. 133, 173.

133 sq. *iaculorum nube*] Vid. 129, Liv. XXXVIII, 26 *velut nubes levium telorum coniecta.*

vertitur ad capulum manus inproba, et ense corusco
conisa in plagam dextra sublimis ab aure
erigitur mediumque ferit librata cerebrum.
Aerea sed cocto cassis formata metallo
tinnitum percussa refert aciemque retundit
dura resultantem, frangit quoque vena rebellis
inlisum chalybem, dum cedere nescia cassos
excipit adsultus ferienti et tuta resistit.
Ira ubi truncati mucronis fragmina vidit
et procul in partes ensem crepuisse minutas,
iam capulum retinente manu sine pondere ferri,
mentis inops, ebur infelix decorisque pudendi
perfida signa abicit, monimentaque tristia longe
spernit et ad proprium succenditur effera letum.
Missile de multis, quae frustra sparserat, unum
pulvere de campi perversos sumit in usus,
rasile figit humi lignum ac se cuspide versa
perfodit et calido pulmonem vulnere transit.
Quam super adsistens Patientia „Vicimus“ inquit
„exultans vitium, solita virtute, sine ullo
„sanguinis ac vitae discrimine. Lex habet istud
„nostra genus belli, Furias omnemque malorum
„militiam et rabidas tolerando extinguere vires:
„ipsa sibi est hostis vesania seque furendo
„interimit moriturque suis Ira ignea telis.“
Haec effata secat medias inpune cohortes
egregio comitata viro: nam proximus Iob
haeserat invictae dura inter bella magistrae,

137. *in capulam* w, *ad scapulam* e; *improba manus* c. 138. *consa* Ang. ϑ l Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr., *connisa* ald. Gif. l. l. p. 382, *comissa* 1 c. 139. *vibrata* w Gif. p. 484.
140. *sed* 2 g; *cocto cassis* R Ang. α β c e g l m r Ald. Lugd. Sich. tres r. Chor. Poett. Amstr. Arev. Obb., *cocto casis* ϑ, *cocto cassas* o, *cassocto* Gis. Weitz. Heins. Cham. Cell., *cocto cassis informata* Put., *cassocto informata* coni. Heins., *cocto formata cassis* f. 142. *franst vena* w. 143. *cedere dum* Ang.; *caedere* Ald. Lugd.; *casus* 1 g, *ds* Rat. 2 g m o w margo trium Sich. Weitz. 144. *asultus* f.
19. *obicit* e; *monimentaque* Ang α β e f g l m o w Sich. l Weitz. Chor. t. Amstr. Obb., *munimentaque* c ϑ r Ald. Lugd., *monumentaque* Sich. l Fabr. Gis. Heins. Cell. Arev. 150. *Sprenit* 1 R; *et* om. ϑ; *sueitur* cum gl. *revertitur* l r. 153. *humo* w. 154. *calidum* e. *vitur* post v. 154 *Increpat extinctam victrix patientia rixam* in e.
55. *uincimus* Ang. 156. *Insultans* g. 157. *illud* r. 159. *ra-w* 2 ϑ Lugd. 162. *affata* l. 164. *dure* f l m; *bella inter* e ϑ l.

fronte severus adhuc et multo funere anhelus:
sed iam clausa truci subridens ulcera vultu
perque cicatricum numerum sudata recensens
milia pugnarum, sua praemia, dedecus hostis.
Illum diva iubet tandem requiescere ab omni
armorum strepitu captis et perdita quaeque
multiplicare opibus, nec iam peritura referre.
Ipsa globos legionum et concurrentia rumpit
agmina vulniferos gradiens intacta per imbres.
Omnibus una comes virtutibus adsociatur
auxiliumque suum fortis Patientia miscet,
nulla anceps luctamen init virtute sine ista
virtus: et vidua est, quam non Patientia firmat.
Forte per effusas inflata Superbia turmas
effreni volitabat equo, quem pelle leonis
texerat et validos villis oneraverat armos;
quo se fulta iubis iactantius illa ferinis
inferret tumido despectans agmina fastu.
Turritum tortis caput accumularat in altum
crinibus, extructos augeret ut addita cirros
congeries celsumque apicem frons ardua ferret.

165. *et a* o; *funere* Heinsii scripti omnes β c e ϑ f l m Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Amstr. Heins. (m Add.) Arev. Obb., *vulnere* Ang. Rat. α g o r w Fabr. Gis. Weitz. Cell.; *lapsus* p. *anhelus* ϑ. 169. *dura* l. 170. *et captis* β, *partis et* coni. Gis.; *perdita quae sunt* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Amstr. 172. *Illa* Weitz. (non B); *globum* Sich. tres Fabr. Chor. Poett. Cell.; *currentia* o, *occurentia rupit* ϑ. 175. *miscet* e. 176. *virtute sinistra* e, *virtute sine illa* r. 177. *et* T Put. 1α h Heins. Cham. Cell. Obb., *nam* cett. et ex nostris Rat. Ang. 2α c e ϑ f g m o r w Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev., *namque* β l. Nulla huius versus interpunctio in r; Arev. quoque ita proponit, duplici puncto hunc separans a versu praec. 178...196 inscribb. *Superbia* Rat. m, 178...309 *De duello humilitatis et superbiae* w. 178. *Morte* W Sich. I II (non III). 179. *Effreno* e w. 180. *honeraverat* e l, *honoraverat* α g o, *ornaverat* Pic. Gis. 181. *iactantibus* Ang. w. 185. *cęlumque apicem fons* r.

173. *per imbres*] Vid. 129. 133, *milite raro* 197.

178...309. *Superbiae et Humilitatis pugna* inscribb. edd. vett. Cfr. varr. lectt.

183. Tertull. de cultu fem. II, 7: *Adfigitis praeterea nescio quas enormitates sutilium* (al. *subtilium*) *atque texтilium capillamentorum nunc in galeri modum quasi vaginam capitis et operculum verticis, nunc in cervicem retro suggestum. Mirum, quod contra domini praecepta contenditur. Ad mensuram neminem sibi adicere posse pronuntiatum est; vos vero adicitis ad pondus.* Et Eugenii Guason. Dissertazione tusculana sopra un' antica inscrizione sepolcrale appartenente ad un' Ornatrici. Rom. 1771. 8.

k humeris summo conlecta colbat
eretem nectens a pectore nodum.
luens tenui velamine limbus
estas textis turgentibus auras.
ius instabili sonipes feritate superbit
adidis frenarier ora lupatis.
endens obvertit terga negata
gae, pressisque tumescit habenis:
tentans habitu ventosa virago,
que aciem supereminet et phaleratum
t equum vultuque et voce minatur
pectans cuneum, quem milite raro
is ad bella coegerat armis
is, regina quidem, sed egens alieni
prio nec sat confisa paratu.
onlegam coniunxerat, edita cuius
. ab humo est Opulentia divite regno.
em postquam malesana Superbia mentem
ructam nullo ostentamine teiis
vocem dictis se effundit amaris:
udet o miseri plebeio milite claros
e duces, ferroque lacessere gentem
titulis, veteres cui bellica virtus

A. 187. *in pectore* Fuld. 188. *limbi* w. *infestas* R W (ad oram) Heinsii codd. Ang. β c e ϑ f g Sieb. tres Chor. Poett. Amstr. Obb. [sim. *mare infestum*, ad Att. IX, 22. Cfr. Gell. Noct. Attic. IX, 12.], *infestas ingestas* Rat. m r Fabr. Gis. Weitz. Heins. Cell. Arev.; *mentis*) l. 190. *instabilis* w; *superbit a feritate* o. Rat. priorib. abr. 193. *pressusque* o, *que* om. w. ɔb. *Humilitas* Rat. m. 198. *Et cum* l. 202. *sus-* d. Colon. Mariettus aut alius ad marg. notavit ap. Arev., *t opulenta* ϑ. 203. Scribb. *male sana* codd. nostri 2]. 204. *exstructam* β c ϑ l o w, *obstructam* f. *uoce et dictis se fudit amaris* ϑ; *effudit* o, *fundit* o f l ɔs Gis. l. Chor. Poett. Amstr. Cell. 208. *telis* B supra.

Virg. Georg. III, 6.

s putat alludere humilitatis cum l ab humo suspen- ulgatam interpre- nium rerum abun- et e terra suble- uo apud Romanos recens nati in terra primum statuuntur, deinde Levanae deae auxilio implorato tolluntur. Mihi non displicet Bergii apud Weitzium expositio locum illum intelligi: *Beati pauperes, quia regnum Dei possidebunt.* Sententia haec est: spem tantum esse in terra; eius opulentiam et dives regnum in coelo." *Arev.*

„divitias peperit laetos et gramine colles
„inperio calcare dedit? Nunc advena nudus
„nititur antiquos, si fas est, pellere reges?
„En, qui nostra suis in praedam cedere dextris
„sceptra volunt, en, qui nostras sulcare novales,
„arvaque capta manu, popularier hospite aratro
„contendunt duros et pellere Marte colonos.
„Nempe hoc ridiculum vulgus! natalibus horis
„totum hominem et calidos a matre amplectimur artus,
„vimque potestatum per membra recentis alumni
„spargimus et rudibus dominamur in ossibus omnes.
„Quis locus in nostra tunc vobis sede dabatur,
„congenitis cum regna simul ditionibus aequo
„robore crescebant? nati nam luce sub una
„et domus et Domini paribus adolevimus annis,
„ex quo plasma novum de consepto paradisi
„limite progrediens amplum transfugit in orbem
„pellitosque habitus sumpsit venerabilis Adam,
„nudus adhuc, ni nostra foret praecepta secutus.
„Quisnam iste ignotis nunc hostis surgit ab oris
„inportunus, iners, infelix, degener, amens,
„qui sibi tam serum ius vindicat, hactenus exul?
„Nimirum vacuae credentur frivola famae,
„quae miseros optare iubet quandoque futuri

209. *germine* Pic. et fortassis c. 210. *unde advena* Sich. tres Gis. I Chor. Poett. Amstr. Tum aliter distinguendum; *nudos* 1 α. 211. *antiquo* Lugd. 213. *nostros* ϑ Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. Amstr. Cell.; *solcare* r. 215. *duros expellere* Ang. c ϑ. 216. *hoc* A Rat. m (cum gl. *est*) w margo trium Sich. Weitz. Obb., *ho* Erf., *o* cett. et Ang. α β c e ϑ f g l o r Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev., om. R; *non talibus* w; *oris* A Erf. Ald. Lugd. 219. *damnamur* w. 221. *ditioribus* w ap. Mar. 222. *natis nam* 1 Ang., *nata nam* g, *anticum* A, *nati cum* r w. 223. *Et domus Domini* e; *concrevimus* 2 c. 225. *Limine* w; *tranfigit in urbem* f, *transfluxit in orbem* Pic. Weitz. 226. *pelliciosque* 2 g. 227. *in* o, *nisi* β 2 c e Ald. Lugd.; *foret nisi nostra* l. 228. *ignotus* 1 R 1 α; *hostis nunc* Ang. β c e ϑ l o r; *horis* Rat. f m o Weitz. 230. *vindicat* supra *i protegit* m, *vendicat* Ang. ϑ w Weitz. 231. *credentur* B E Rat. α m o r Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Heins. Cham. Cell. Obb., *creduntur* Ang. β c e ϑ f g l Ald. Lugd. Gis. I. Weitz. Amstr. Arev. 232. *iubent* Rat. m r Gis. Weitz. Chor. Poett.

216. „Sensus est: Ego Superbia hora diei natalis assuefacio illos ad sic exerceo meos milites, quod ab rerum dominium.“ *Nebr.*

ıse boni, lenta ut solatia mollem
ıgro rerum meditamine palpent.
ıs spes palpet iners, quos pulvere in isto
lona truci non excitat aere,
animos Virtus tepefacta resolvit?
ltiae gelidum iecur utile bello est,
pietatis opus sudatur in armis?
t, o Mavors et Virtus conscia, talem
e aciem ferroque lacessere nugas,
ineis dextram conferre choreis.
ubi semper egens et pauper Honestas,
etas, albo Ieiunia vultu,
ix tenui Pudor interfusus, aperta
et ad omne patens sine tegmine vulnus
ı in humum, nec libera iudice sese
is, quam degenerem trepidatio prodit.
ub pedibus stipularum more teratur
a manus: neque enim perfringere duris
ladiis, algenti et sanguine ferrum
gilique viros foedare triumpho.“
iferans rapidum calcaribus urget
axisque volat temeraria frenis,
lem cupiens inpulsu umbonis equini
ctamque supercalcare ruinam.
in foveam praeceps, quam callida forte

*bonam* w; *lenta* A O R 2 T Fuld. Put. ϑ g l Ald. Lugd. r. Poett. Amstr. Heins. Cham. Cell. Obb. [Vid. Heins. . sim. leg. Claudian. Rapt. Pros. I, 16 *lentusque* (codd. *t Iacchus*], *leta* w, *laeta* 1 T Ang. α β c e f m o r Fabr. 234. *medicamine* 1 c Ald. Lugd. Sich. tres Gis. I Fabr. 235. *Quid nullos* o, *Quidni spes illos* inv. ϑ. , *stupefacta virtus* e. 238. *iecor* r; *est* om. g. . Amstr., *Cumque hanc* Ald. Lugd.; *in choreis* e. d. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Cham.; *pauper honesuo* ϑ, *alboque* 2 f: *ieiunaque* Ang. Rat. (prior. abrasis) m ubi tandem *ieiunia* apud Prudentium *virtutis* nomine o potius a monacho male pio intrusa videtur. R; *vultus* R. 248. *prodit* 2 c, *prodet* w. Iam *animos timor argutos et manifeste* in l. [Cfr. Virg. 49. *ut ter.* R. 250. *perstringere* c ϑ l Ald. Lugd. . Poett. 252. *et fragili vires* Rat. ex rec. corr. Fabr. Gis. (sed in Emend. restituit nostrum) Chor. 253. *rabidum* Erf. 254. *latisque* 1 c. *uinis* α, probo.

. III, 180.

fraus interciso suffoderat aequore furtim:
fraus detestandis vitiorum e pestibus una,
fallendi versuta opifex, quae praescia belli
planiciem scrobibus violaverat insidiosis,
hostili de parte latens, ut fossa ruentes
exciperet cuneos atque agmina mersa voraret.
Ac ne fallacem puteum deprendere posset
cauta acies, virgis adopertas texerat oras,
et superinposito simularat cespite campum.
At regina humilis quamvis ignara manebat
ulteriore loco, nec adhuc ad fraudis opertum
venerat, aut foveae calcarat furta malignae.
Hunc eques illa dolum, dum fertur praepete cursu,
incidit et caecum subito patefecit hiatum:
prona ruentis equi cervice involvitur, ac sub
pectoris inpressu fracta inter crura rotatur.
At virtus placidi moderaminis, ut levitatem
prospicit obtritam monstri sub morte iacentis,
intendit gressum mediocriter, os quoque parce
erigit et comi moderatur gaudia vultu.
Cunctanti Spes fida comes succurrit et offert
ultorem gladium laudisque inspirat amorem:
illa cruentatam conreptis crinibus hostem
protrahit et faciem laeva revocante supinat.
Tunc caput orantis flexa cervice resectum
eripit ac madido suspendit colla capillo.
Extinctum vitium sancto Spes increpat ore:
„Desine grande loqui, frangit Deus omne superbum,

258. *suffuderat* r. In f hic versus reicitur post 260. 259 deest in ϑ; *e* om. Ang. β l c l Ald. Lugd.; *una est* e Ald. Lugd. 261. *violaverat* A R cett. et nostri scripti omnes [Vid. H. 218. 355.], *vitiaverat* Put. Heins. Cham. Cell. 263. *versa* l l r. 264. *At* o Weitz. (non B), *possit* m. 265. *Clara* W (supra) Ang. β c ϑ f l w Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Amstr., *Cauta* A R cett. α e g m o r Fabr. 267. *Ast* Gis.; *ignora* r. 269. *haud* (cum gl. *non*) l, *haut* 2 r, *ut* w; *nondum calcarat* ad oram *furta* c. 270. *Huc* w, *Hinc* E P Barth. 272. 271. transp. f. 272. *Una ruentis* w; *cervice rotata superque Pectoris impressu quadripedes provolvitur ipse* Rat. ex corr. 273. *Vectoris pressu* Fabr. Gis. (in Emend. restituit nostrum), *inpressum* A, *inpulsu* l R; *inter dura* f. 274. *Et* B; 274...490 om. A, 274...555 des. in ϑ. 275. *Perspicit* Rat. a m Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr., *Aspicit* g, *Conspicit* w; *obstrictam* Fuld. 276. *hoc* scr. l; *parte* Fuld. 280. *cruentatum* f r w. 281. *Contrahit* w. 283. *et* α f g Ald. Lugd. Heins. Cham. (non Cell.).

„magna cadunt, inflata crepant, tumefacta premuntur.
„Disce supercilium deponere, disce cavere
„ande pedes foveam, quisquis sublime minaris.
„Pervulgata viget nostri sententia Christi,
„scandere celsa humiles et ad ima redire feroces.
„Vidimus horrendum membris animisque Goliam
„invalida cecidisse manu: puerilis in illum
„dextera funali torsit stridore lapillum
„traiectamque cavo penetravit vulnere frontem.
„Ille minax, rigidus, iactans, truculentus, amarus,
„dum tumet indomitum, dum formidabile fervet,
„dum sese ostentat clipeo, dum territat auras,
„expertus pueri quid possint ludicra parvi,
„succubuit teneris bellator turbidus annis.
„Me tunc ille puer virtutis pube secutus
„florentes animos sursum in mea regna tetendit,
„servatur quia certa mihi domus omnipotentis
„sub pedibus Domini meque ad sublime vocantem
„victores caesa culparum labe capessunt.“
Dixit, et auratis praestringens aera pennis
in caelum se virgo rapit. Mirantur euntem

289. *Diuulgata* w. 291. *golian* Rat. m. 293. *Dextra* g; *uali* E P T Barthii cod. 1 α h. Obb., *fudali* 1 R, *fundali* 2 α β c e f g l m Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cham. ll. Arev. [Cfr. infra 324. 325. 866. P. V, 469; D. 76 huc non pertinet.].
294. *Transiectamque* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. Amstr. ll. Obb. 295. 297. 296 transp. c; 296. 298. 297 e. 296. *indo-te* w; *fervet* W supra tres vetustiores Heinsii Ang. α β c e f l o Ald. Lugd. h. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev. Obb., *terret* R t. uaus Cauchii g m r w Weitz. 297. *terreat auras* r, *territat ense*
298. *Carpere...possent* R; *possunt* o, *possent* Rat. m. 299. *tene-s* r; *armis* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor Poett. Amstr.
301. *annos* supra alt. Erf. 302. *quia* Put. Weitz. Amstr. Obb., *qua* ipti nostri omnes Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Heins. Cell. rv.; *cuncta michi* l. 303. *ad* exc. l. 304. *Lictores* 2 T Boh. l.
305. *perstringens* R β 1 c f l r Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. ett. Amstr., *perfringens* 2 c.

287. *supercilium*] superbiae haeculum atque vituperii. Cfr. Gell. A. XIX, 7, 16 *subductisupercilicarptores*.
291. *Vidimus*] „Pauci hi versus quam opus Prudentii diversum et criptum *Monomachia Davidis et Iiathi* notantur in indice alioqui uratissimo Bibliothecae Cassanatensis. Extant videlicet in Criticis Sacris Londini 1660. Tom. VIII, col. 277 in fine operis: *In historiam monomachiae Davidis et Goliathi Reg. I*, 17 *inquisitio Matthaeo Horstio auctore*, ubi legitur: *Prudentius monomachiam his versibus in Psychomachia breviter perstringit: Extinctum vitium etc.*“ *Arev.*

virtutes tolluntque animos in vota, volentes
ire simul, ni bella duces terrena retardent.
Confligunt vitiis, seque ad sua praemia servant.
Venerat occiduis mundi de finibus hostis
Luxuria, extinctae iam dudum prodiga famae,
delibuta comas, oculis vaga, languida voce,
perdita deliciis, vitae cui causa voluptas
elumbem mollire animum, petulanter amoenas
haurire inlecebras et fractos solvere sensus.
Ac tunc pervigilem ructabat marcida caenam:
sub lucem quia forte iacens ad fercula raucos
audierat lituos, atque inde tepentia linquens
pocula lapsanti per vina et balsama gressu
ebria calcatis ad bellum floribus ibat.
Non tamen illa pedes, sed curru invecta venusto
saucia mirantum capiebat corda virorum.
O nova pugnandi species! non ales arundo
nervo pulsa fugit, nec stridula lancea torto
emicat amento, frameam nec dextra minatur:
sed violas lasciva iacit foliisque rosarum
dimicat et calathos inimica per agmina fundit.

307. *invita* 2 Aug. 308. *retardant* o. 309. *intus* p. *vitiis* o, (ut supra v. 13.). 310...343 inscribb. *Luxuria* Rat. m, 310...453 *De Sobrietate et Luxuria* w. 312. *Delibuta* metro exigente; *oculos... vocem* R cod. Cauch. Heins. Cham. (non Cell.) Gall. Teol. [Vid. supra 23]. 313. *Edita* w; *cura* Boh. l w, *cauda* r (!). 314. *molliri petulenter* 2 Aug. 316. *At* P Aug. g w Gis., *Et* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Amstr.; *nunc* Sich. tres Chor. Poett. 319. *lassanti* (? *laxanti*) l. 320. *foribus* f. 321. *Nec* o w; *sed* exc. o. 323. *alis* E. 324. *Nervum* 1 E Put. h, *Nervo impulsa* Cell. ex coniect. Heinsii. [Virg. Aen. XII, 856.]; *fuit* Aug. 1 f. 325. *framea* α β c f g l r Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Cell.; insertus est hic versus in c secundis curis. 327. *fudit* Rat.

310...453. *Luxuriae et Sobrietatis pugna* inscribb. edd. vett. Cfr. varr. lectt. 310. *occiduis de...finibus*] „De Africa an de Hispania? sed a neutra mores corrupti venerunt in medium orbem. An *de finibus occiduis* i. e. *vergente mundi vespere* ut canit Hymnographus, *in quos*, ut inquit Apostolus, *saeculorum fines devenerunt* I. Cor. 10, unde paulo post: *Vespertinus edit populus* i. e. in mundi vespere constitutus." *Nebr.* Sed iam Arev. monuit Romam orbis caput esse intelligendam, ubi inmodicus luxus dominabatur. Cfr. Sachse: Geschichte u. Beschreibung der Stadt Rom (Hannov. 1828) I, p. 489. Simili modo ep. Clem. Rom. ad Iacobum, 1: ὁ τῆς θύσεως τὸ σκοτεινότερον τοῦ κόσμου μέρος ὡς πάντων ἱκανώτερος φωτίσαι κελευσθεὶς ... οὗτος αὐτός, διὰ τὴν ἄμετρον πρὸς ἀνθρώπους στοργὴν σαφῶς, δημοσίᾳ, ἐπὶ τοῦ ἐνεστῶτος πονηροῦ, τὸν ἐσόμενον ἀγαθὸν ὅλῳ τῷ κόσμῳ μηνῦσαι βασιλέα, μέχρις ἐνταῦθα τῇ Ῥώμῃ γενόμενος.

Inde eblanditis virtutibus halitus ilex
inspirat tenerum labefacta per ossa venenum,
et male dulcis odor domat ora et pectora et arma
ferratosque toros obliso robore mulcet.
Deiciunt animos ceu victi et spicula ponunt
turpiter, heu, dextris languentibus obstupefacti,
dum currum varia gemmarum luce micantem
mirantur, dum bracteolis crepitantia lora,
et solido ex auro pretiosi ponderis axem
defixis inhiant obtutibus et radiorum
argento albentem seriem, quam summa rotarum
flexura electri pallentis continet orbe.
Et iam cuncta acies in deditionis amorem
sponte sua versis transibat perfida signis,
Luxuriae servire volens dominaeque fluentis
iura pati et laxa ganearum lege teneri.
Ingemuit tam triste nefas fortissima virtus
Sobrietas, dextro socios decedere cornu
invictamque manum quondam sine caede perire.
Vexillum sublime crucis, quod in agmine primo
dux bona praetulerat, defixa cuspide sistit,
instauratque levem dictis mordacibus alam
extimulans animos nunc probris, nunc prece mixta:
„Quis furor insanas agitat caligine mentes,
„quo ruitis, cui colla datis, quae vincula tandem —
„proh pudor — armigeris amor est perferre lacertis,

328. *e blanditis* Ang., *blanditis* Erf. β l 1 r, *blanditiis* c. 330. *arua* 1 r. 331. *choros* R II Bon.; *oblito* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Cell. Iam Ang. cod. Pulmanni β c e w Dav. inserunt: *Luxuria huc* (*hic* 2 c) *violas curru delata venusto Per populos iacit, ut male* (*mala* Ang.) *credula* (*credita* cod. Pulm.) *corda tepescant.* 333. *obstupefacta* 1 r. 335. *bracteolis* Ang. β c m, *bratteolis* r. 337. *Dum fixis* w. 338. *quem* P (axem). 339. *orbem* f w. 341. *perdida* (sic) Gis. 1, *perdita* Amstr. 342. *iubentis* w. 343. *ganeorum* Ald. Lugd. Sich. tres Gis. Chor. Poett. Amstr. et, ex errore opinor, Obb. 344...453. *Sobrietas* inscribb. Rat. m. 345. *discedere* e, *decernere* r. 349. *aulam* r. 350. *Et stimulans* α f, *Instimulans* R Rat, g m o r Gis. Weitz. 351. *insanus* E ms. Barthii. 353. *Ah pudor...praeferre* w.

347. *crucis*] ad morem in proeliis praeferendi crucem signis sicuti cristis militum impressam vel labbaro intextam adludit. Loco crucis et monogramma Christi vexillo haud raro inditum fuisse ex nummis Constantini Imp. satis constat. Vid. S. I, 464, 487, Euseb. vit. Const. I, 25, Lips. de cruce III, 15, 16, Gretser. de cr. II, 18, Gori. l. l. p. 160.

„lilia luteolis interlucentia sertis
„et ferrugineo vernantes flore coronas?
„His placet adsuetas bello iam tradere palmas
„nexibus, his rigidas nodis innectier ulnas,
„ut mitra caesariem cohibens aurata virilem
„conbibat infusum croceo religamine nardum,
„post inscripta oleo frontis signacula, per quae
„unguentum regale datum est et chrisma perenne?
„ut tener incessus vestigia syrmate verrat,
„sericaque infractis fluitent ut pallia membris
„post inmortalem tunicam, quam pollice docto
„texuit alma Fides, dans inpenetrabile tegmen
„pectoribus lotis, dederat quibus ipsa renasci.
„Inde ad nocturnas epulas, ubi cantharus ingens
„despuit effusi spumantia dampna Falerni,
„in mensam cyathis stillantibus, uda ubi multo
„fulcra mero veterique toreumata rore rigantur.
„Excidit ergo animis eremi sitis, excidit ille
„fons patribus de rupe datus, quem mystica virga
„elicuit scissi salientem vertice saxi?

354. *lucteolis* Aug. 357. *ac rigidas* Erf. Weitz. (non W), *his rigidis* 1 g. 358. *At* w. 359. *Cum bibat* Aug.; *infusam* Aug. β f g l m r cod. Cauch. Weitz.; *relegamine* E. 360. *fronti* g; *post quae* W, *postquam* W (supra) Erf. o Weitz. 361. *est* om. e. 362. *Et* w; *uertat* r. 363. *infractis* Aug. β f g l m o Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Cell. Obb., *in fractis* α c e Gis. Heins. Arev. 364. *tonicam* W Weitz.; *pollue* r; *dextro* Aug. r. 367. *Inde* R Rat. Heinss. relqq. cod. Barthii α e h m Weitz. Heins. Cell. Arev. Obb., *Ite* O Ang. β c f g l o r Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Gif. ex vet. lib. Chor. Poett. Amstr. 368. *Dispuit* 1 α, *Despicit* l. Etiam Weitz. ed. *Dispuit*, quae lectio quin Prudentiana sit, non dubito cum Obb. Cfr. A. 1084. Improbat autem Obb. *distruendi* verbum, quod Heins. ad A. 445. all. v. 528. 529. eiusdem carminis et inscriptione de ponte Salario A NEFANTISSIMO TYRANNO TOTILA DISTRUCTA defendi vult, quia alibi non inveniatur; nam Sueton. Calig. 41: *distructis et instructis pro loci dignitate pluribus cellis* codd. *distinctis* praebent. 369. *Immensam...undam* Ang. β (*Inmensam*) e f g l Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gif. p. 483 Chor. Poett., *In mensam ... undam* c; *stipulantibus* w; *stillantibus daubis multo* h plane corruptum. 370. *Pulcra* o; *coreumata* e, *toreignata* r. 371. *Excidit ergo animis sitientibus ille in eremo Fons patribus* Rat. ex corr. 373. *saliente* f; *e uertice* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr.

358. *mitra*] Libidinis signum interp. Obb. all. Cic. Har. resp. 44: *A mitra, a crocota, a muliebribus soleis ... a stupro factus est repente popularis P. Clodius.* Turneb. Adv. IV, 14.

371. *eremi*] penultima correpta ut alibi (C. VI, 142, VII, 124 etc.) in graecis voce. Cfr. Exod. 16 et 17.

„Angelicusne cibus prima in tentoria vestris
„fluxit avis, quem nunc sero felicior aevo
„vespertinus edit populus de corpore Christi?
„His vos inbutos dapibus iam crapula turpis
„Luxuriae ad madidum rapit inportuna lupanar:
„quosque viros non ira fremens, non idola bello
„cedere conpulerant, saltatrix ebria flexit.
„State, precor, vestri memores, memores quoque Christi.
„Quae sit vestra tribus, quae gloria, quis Deus et rex,
„quis Dominus, meminisse decet. Vos nobile Iudae
„germen ad usque Dei genitricem, qua Deus ipse
„esset homo, procerum venistis sanguine longo.
„Excitet egregias mentes celeberrima David
„gloria continuis bellorum exercita curis.
„Excitet et Samuel, spolium qui divite ab hoste
„attrectare vetat, nec victum vivere regem
„incircumcisum patitur, ne praeda superstes
„victorem placidum recidiva in praelia poscat.
„Parcere iam capto crimen putat ille tyranno:
„at vobis contra vinci et succumbere votum est.
„Paeniteat, per si qua movet reverentia summi
„numinis, hoc iam dulce malum voluisse nefanda
„proditione sequi: si paenitet, haud nocet error.
„Paenituit Ionathan ieiunia sobria dulci
„conviolasse favo sceptri mellisque sapore

374. *Angelicusue* 1 Ang. Sich. tres Chor. Poett. Cell.; *patria* p. *prima* cod. Cauch.; *nostris* 1 Ang. f l w Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Amstr. Cell. 375. *sero quem nunc* r; *feliciter* 1 R W Rat. Weitz. 376. *de sanguine Christi* Erf. 379. *idolaque* p. *non idola* Rat. ex corr. Ald. in Emend. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. 383. *nos* r. 384. *ex qua* Aug. 385. *Natus* p. *esset* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. 389. *Attractare* Ang. [ut in multis codd. Livii V, 32 et Virg. Aen. II, 719 teste Pierio legitur *attractare*, et *adtractare*]. 390. *paritur* w; *neu* Fabr. 391. *rediviva* E Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. 392. *capto esse crimen* e. 393. *nobis* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett.; *notum* 1 Ang.; om. *est* g. 394. *vos* p. *per* e, eras. *per* in r; *moveat* Fuld. 396. *aud* 1 f, *aut* 1 l. 397. *Ionathan* R cum nostris codd. et edd. nisi quod *Ionatham* Heins. Cell. Obb. Vv. 397...449 folium unum explentes desunt in c. 398. *favo sumpti* Ang. β f l, *favo sumpto* Ald. Lugd. Sich. tres Torn. Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr., *favo capit* e, *fauo ceptri bei* (sic) r.

388. I. Sam. (Reg.) 15, et de v. 397 eiusdem libri cap. 14.

394. *Paeniteat*] „per reverentiam Dei, si qua vobis est, paeniteat vos sequi luxuriam. Maronis illud imitatus est Aen. II, 142 *Per, si qua est, quae restat adhuc mortalibus usquam Intemerata fides, oro.*“ *Cell.*

„heu! male gustato, regni dum blanda voluptas
„oblectat iuvenem iurataque sacra resolvit.
„Sed quia paenituit, nec lacrimabilis illa est,
„nec tinguit patrias sententia saeva secures.
„En ego Sobrietas, si conspirare paratis,
„pando viam cunctis virtutibus, ut malesuada
„Luxuries multo stipata satellite paenas
„cum legione sua Christo sub iudice pendat.“
Sic effata, crucem Domini ferventibus offert
obvia quadriiugis, lignum venerabile in ipsos
intemptans frenos, quod ut expavere feroces,
cornibus oppansis et summa fronte coruscum,
vertunt praecipitem caeca formidine fusi
per praerupta fugam: fertur resupina reductis,
nequidquam loris auriga comamque madentem
pulvere foedatur: tunc et vertigo rotarum
inplicat excussam dominam, nam prona sub axem
labitur et lacero tardat sufflamine currum.
Addit Sobrietas vulnus letale iacenti
coniciens silicem rupis de parte molarem.
Hunc vexilliferae, quoniam fors obtulit, ictum
spicula nulla manu, sed belli insigne gerenti
casus agit saxum, medii spiramen ut oris

399. *mala voluptas* e, *blanda voluntas* 1 l. 400. *iurataque regna* l o, *iurataque iura* w. 401. *ulla* W (supra) Fuld. cod. Barthii w Cell. 402. *tinxit* Ang. f l g l Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. 404. *malasnada* α, *male suada* supra *t suasa* g, *male suasa* e f l [D. 2.]. 406. *pendet* l g o. 407. *affata* l; *servientibus* Lugd. 408. *quadriiugis* P T Put. α Weitz. Heins. Cell. Obb., *quadrigus* f, *quadrigis* relqq. Weitziani nostrique scripti et edd. 410. *Cordibus* l r; *oppansis* O P R T Ang. Put. Rat. α f g h m (*obpansis*) o r w Weitz. Heins. Cell. Arev. Obb., *obpannis* emend. *obpansis* E Fabr., *oppassis* β l Gis. cum tribus codd. et Dav. Barthii cod., *expansis* Ald. Lugd. Sich. tres Gis. l Chor. Poett. Amstr., *expassis* e. In Erf. ita leg. *Quod ut expavere coruscum* (supra *feroces*) *Cornib. opp. et s. f. renitens* (supra *coruscum*. [Cfr. Gell. XV, 15.]. 413. *Nequiquam* Rat. α m r; *auriga loris* Sich. I II (non III) Chor. Poett.; *comasque madentes* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. Amstr. 414. *foedatur* uterque R Put. α l h Heins. (non Cell.) Obb. [C. V, 54.], *foedat humi* nostri relqq. scripti et edd. (quod Obbario opinante forte verius; vid. Ov. Met. VIII, 529.). 415. *axe* Ang. g Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. 416. *et* exc. e; *sub flamine* o r. 418. *salicis* l; *prima* p. *rupis* r w. 419. *sortis* f, *sors* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. Amstr. 420. *bella* Ang., *bellum* l. 421. *ut* om e (non g) o; *horis* l, *odoris* E Barthii membranae, *med. ut sp. odoris* coni. Arev.

400. *iuratque sacra*] I. Sam. 14, 24.

frangeret et recavo misceret labra palato.
Dentibus introrsum resolutis, lingua resectam
dilaniata gulam frustis cum sanguinis inplet.
Insolitis dapibus crudescit guttur et ossa
conliquefacta vorans revomit, quas hauserat, offas.
„Ebibe iam proprium post pocula multa cruorem“
virgo ait increpitans „sint haec tibi fercula tandem
„tristia praeteriti nimiis pro dulcibus aevi.
„Lascivas vitae inlecebras gustatus amarae
„mortis et horrifico sapor ultimus asperet haustu.
„Cede ducis dispersa fugit trepidante pavore
„nugatrix acies.“ Iocus et Petulantia primi
cymbala proiciunt: bellum nam talibus armis
ludebant, resono meditantes vulnera sistro.
Dat tergum fugitivus Amor: lita tela veneno,
et lapsum ex humeris arcum pharetramque cadentem
pallidus ipse metu sua post vestigia linquit.
Pompa ostentatrix vani splendoris inani
exuitur nudata peplo: discissa trahuntur
serta venustatis collique ac verticis aurum
solvitur et gemmas discordia dissona turbat.
Non piget attritis pedibus per acuta fruteta
ire voluptatem: quoniam vis malor acerbam
conpellit tolerare fugam: formido pericli
praedurat teneras iter ad cruciabile plantas.
Qua se cumque fugax tripidis fert cursibus agmen,
dampna iacent, crinalis acus, redimicula, vittae,
fibula, flammeolum, strophium, diadema, monile.

**422.** *Frangeret atra cavo* Erf. **424.** *frustris* g, *fustis* r; *et sanguine complet* Gis. I Amstr. **426.** *Collaque fracta* e; *auxerat* g. **427.** *En bibe* l o; *fercula* R W (supra) Erf. Fuld. r. **428.** *pocula* R Erf. Fuld. r. **429.** *Trina* g; *pro luxibus* R Ang. Pic. cod. Wass. β f 2 g l (vid. Havercamp. ad Sal. Ind. *luxus*) Luneburg. 1648, *sub luxibus* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Amstr. Cell. **430.** *Lascivias* g. **431.** *horrificas ... haustu* R O W (supra) Fuld. e, *horrificos ... haustus* o; *asperat* h m Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Heins. Cell. Obb. **434.** *bello* l α. **435.** *meditantes* r (? *madidantes*); *proelia* Erf. Fuld. **437.** *lassum* f; *ex* om. W Weitz. **438.** *post* exc. e; *liquit* Erf. **440.** *trahantur* l r. **441.** *ac* exc. Lugd. **442.** *concordia* Fuld.; *turpat* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. **443.** *pudet* Erf.; *artitis* Barth. cod., *artiritis* g, *ateritis* r. **444.** *acerba* o. **445.** *Compulerat* o. **446.** *Perdurat* W (supra) Ang. β f l Ald. Lugd. Sich. tres Gis. I Weitz. Gif. p. 391 Chor. Poett. Amstr. **447.** *cumque* exc. Ang.; *fert gressibus* m. **449.** *Flammeolum fibula* e; *strophium* parum constanter Heins. Cham., qui *strafio* C. III, 29.

His se Sobrietas et totus Sobrietatis
abstinet exuviis miles dampnataque castis
scandala proculcat pedibus, nec fronte severos
connivente oculos praedarum ad gaudia flectit.
Fertur Avaritia gremio praecincta capaci,
quidquid Luxus edax pretiosum liquerat, unca
conripuisse manu, pulcra in ludibria vasto
ore inhians aurique legens fragmenta caduci
inter arenarum cumulos: nec sufficit amplos
inplevisse sinus, iuvat infarcire cruminis
turpe lucrum et gravidos furtis distendere fiscos,
quos laeva caelante tegit laterisque sinistri
velat opermento: velox nam dextra rapinas
abradit spoliisque ungues exercet aenos.
Cura, fames, metus, anxietas, periuria, pallor,
conruptela, dolus, conmenta, insompnia, sordes,
Eumenides variae monstri comitatus aguntur.
Nec minus interea rabidorum more luporum
crimina persultant toto grassantia campo,
matris Avaritiae nigro de lacte creata.
Si fratris galeam fulvis radiare ceraunis

452. *non* Fuld., *ne* Weitz.; *forte* f. 453. *praeclara* p. *praedarum* g; *flectat* l m Weitz. 454...501. Titulus *Avaritia* Rat. m 454. *Fertur avaritiae* Rat. 455. *edax Luxus* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Amstr. Obb. 456. *illudibria* p. *in ludibria* f cod. Pic., *et ludibria* β l, *ad ludibria* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. Amstr. 457. *rumenta* coni. Heins. 458. *ampli* r. 459. *Implevisse* Fuld.; *infercire* Aug. Weitz. (non W); *cruminis* E R vetustiores libb. Heinss. 1α Obb. [Vid. Paul. Diac. p. 46. ed. Lindem. et Obbar. ad Hor. Ep. I, 4, 11], *crumenis* 2α et relqq. nostri scripti cum edd. 460. *fenus* p. *furtis* r, *furti* 1 g; *saccos* p. *fiscos* Fuld. 461. *ministri* Gis. Heins. Cham. ex errore, opinor. 462. *opermento* R β c m r Weitz. Barth. Heins. Cell. Obb., *adoperto* Ang. g, *oprimento* relqq. nostri scripti et edd. 464. *famis* E (ut semper) 1α Cell.; *insomnia* g. 465. *periuria* g; *sortes* R. 466. *furiae* (gl. m) Ald. Lugd. Sich. tres Gis. I Chor. Poett. Amstr., *varie* Fabr. Gis. 467. *rapidorum* α g l 1 o forte verius. 468. *crassantia* c f l 1 m Ald. Lugd.

454...666 (al. 69.) „*Avaritiae et Largitatis* [al.: *Operationis* aut *Miserationis*] *pugna* inscrib., vid. v. 572., ubi Prud. verbo *operat.*, quod apud alios sacrificium significat (Porphyr. ad Hor. Od. III, 14, 6, Parei lex crit. p. 855), pro *miseratione* [*Erbarmung* vertit Silbert.] utitur." *Obb.* Cfr. varr. lectt.

470. *Si fratris galeam fulvis radiare ceraunis*] „Tanta rabies est avaritiae, ut miles commilitonem, frater fratrem, quem videat gemmis nitentem galeam aut arma habere, interficiat. Iso Magister: *Ceraunis, rubris monilibus vel lapillis. Ceraunia proprium nomen gemmae, fulvum habens colorem, nam Graece fulgur.* Plinius XXXVII, 9 *ceraunian* dixit." *Cell.* Cfr. Mart. (ed.

germanus vidit commilito, non timet ensem
exerere atque caput socio mucrone ferire,
de consanguineo rapturus vertice gemmas.
Filius extinctum belli sub sorte cadaver
adspexit si forte patris, fulgentia bullis
cingula et exuvias gaudet rapuisse cruentas:
cognatam civilis agit discordia praedam,
nec parcit propriis amor insatiatus habendi
pigneribus spoliatque suos famis inpia natos.
Talia per populos edebat funera victrix
orbis Avaritia sternens centena virorum
milia vulneribus variis: hunc lumine adempto
effossisque oculis velut in caligine noctis
caecum errare sinit, perque offensacula multa
ire, nec oppositum baculo temptare periclum.
Porro alium capit intuitu fallitque videntem
insigne ostentans aliquid, quod dum petit ille,
excipitur telo incautus cordisque sub ipso
saucius occulto ferrum suspirat adactum.
Multos praecipitans in aperta incendia cogit,
nec patitur vitare focos, quibus aestuat aurum,
quod petit arsurus pariter speculator avarus.
Omne hominum rapit illa genus, mortalia cuncta
occupat interitu: neque est violentius ullum
terrarum vitium, quod tantis cladibus aevum
mundani involvat populi damnetque gehennae.
Quin ipsos temptare manu, si credere dignum est,
ausa sacerdotes Domini, qui praelia forte

472. *at* Ang. 475. *pullis* r. [Vid. C. VII, 151 et varr. lect. 476. *Singula* r. 479. *Pigneribus* Rat. α g m Weitz. Heins. Obb., *Pignoribus* relqq. nostri scripti et edd.; *spoliat* e; *famis* E Bob. I Put. 1 α Heins. Cell. Obb., *fames* Rat. Ang. 2 α β c f g l m o 2 r et relqq. edd., *fame* 1 r, *fumus* esse videtur in e; *inproba* E P. 480. *generabat* w. 481. *avarities* Rat. notante Marietto: „Sed recenti manu, hoc quidem loco, fortasse ad imitationem superioris (454), prius fuit *tia*." 484. *facit* edd. Cauch.; *offendicula* Ang. Put. 486. *capit alium* e, *alium caput intuitum* r. 487. cum *petit* 1 m. 490. *in* exc. e. 491. *auram* Ang. 492. *peculator* Erf. et duo vetustissimi Heinsii, qui def., *speculatum* Bon. 493. *Omnem hominem* w; *capit* R II. 494. *neque est* A E P R W α β f g l r Ald. Lugd. Weitz. Heins. Cham. Obb., *neque enim* e, *neque enim est* Ang. c m o Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Cell. Arev., *neque ea violentius ullum* putabat aliquando Heins. 496. *involvit* R. 498. *fortes* Erf.

Schneidewin.) I, 75: *erant tres a ceraunos...occulebant. fronte gemmae: Lychnis, astrites,*

ductores primam ante aciem pro laude gerebant
virtutum magnoque inplebant classica flatu.
Et fors innocuo tinxisset sanguine ferrum,
ni Ratio armipotens, gentis Levitidis una
semper fida comes, clipeum obiectasset et atrae
hostis ab incursu claros texisset alumpnos.
Stant tuti Rationis ope, stant turbine ab omni
inmunes fortesque animi: vix in cute summa
praestringens paucos tenui de vulnere laedit
cuspis Avaritiae. Stupuit luis inproba castis
heroum iugulis longe sua tela repelli,
ingemit et dictis ardens furialibus infit:
„Vincimur heu segnes, nec nostra potentia perfert
„vim solitam, languet violentia saeva nocendi,
„sueverat invictis quae viribus omnia ubique
„rumpere corda hominum: nec enim tam ferrea quemquam
„formavit natura virum, cuius rigor aera
„sperneret, aut nostro foret inpenetrabilis auro.
„Ingenium omne neci dedimus, tenera, aspera, dura,
„docta, indocta simul, bruta et sapientia, nec non
„casta, incesta meae patuerunt pectora dextrae.
„Sola igitur rapui quidquid Styx abdit avaris
„gurgitibus: nobis ditissima tartara debent,
„quos retinent, populos: quod volvunt secula, nostrum est,
„quod miscet mundus vesana negotia, nostrum.
„Qui fit, praevalidas quod pollens gloria vires
„deserit et cassos ludit fortuna lacertos?
„Sordet Christicolis rutilantis fulva monetae

499. *Victores* e; *primi* W supra. 500. *inflabant* o. 502... 572. inscribb. *Ratio* Rat. m. 503. *obiectaret* Erf. 504. *clarus* r. 506. *fortisque* 1 α; *animo* Fuld., *animis* e. 507. *Perstringens* β c f l Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr., *Porstringens* (sic) Ang. 508. *luis* E R 1 α Heins. Cell. Obb., *lues* 2 α cum relqq. nostris scriptis et edd., vid. S. I, 5; *cassis* w. 509. *rebelli* r. 510. *Ingemuit* r; *furalibus ardens* m. 511. *Vescim.* 1 A; *praefert* cod. Cauch. l Gis. cum ed. Dav. Amstr., *profert* Fuld., *refert* 1 W Weitz. 512. *solo* p. *solitam* Ang. 515. *Duravit* Erf., *Duravit* supra *t formavit* c; *vigor* Fuld. 522. *Quod* 2 α; *retinet* 1 m; *aut volv.* B. 523. *mundis* Lugd.; *nostrum est* Ang. β e f Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. 524. *Quid fit* Ang. 1 Rat. 2 β c e f 2 g 11, *Quid sit* B 1 g margo trium Sich., *Qui sit* r, *t quid est* m ad oram; *per validas* 2 g; *virtus* corr. *vires* r. 525. *casses* o; 526. 525 ordinat e. 526. *forma* p. *fulva* Aug.

502. *Levitidis una*] Num. 4. 8. 18.

„effigies, sordent argenti emblemata et omnis
„thesaurus nigrante oculis vilescit honore.
„Quid sibi docta volunt fastidia? nonne triumphum
„egimus ex Scarioth? magnus qui discipulorum
„et conviva Dei, dum fallit foedere mensae
„haudquaquam ignarum dextramque parabside iungit,
„incidit in nostrum flammante cupidine telum,
„infamem mercatus agrum de sanguine amici
„numinis, obliso luiturus iugera collo.
„Viderat et Iericho propria inter funera, quantum
„posset nostra manus, cum victor concidit Achar.
„Caedibus insignis murali et strage superbus
„succubuit capto victis ex hostibus auro,
„dum vetitis insigne legens anathema favillis,
„maesta ruinarum spolia insatiabilis haurit.
„Non illum generosa tribus, non plebis avitae,
„iuvit Iuda parens, Christo quandoque propinquo
„nobilis et tali felix patriarcha nepote:
„quis placet exemplum generis, placeat quoque forma
„exitii: sit poena eadem, quibus et genus unum est.

527. *sordet* o. 528. *migrante* Pic. Weitz. 529. *tanta* p. *docta* schedae Cauch.; *fastigia* Ang. c f g l; *triumpho* Fabr. Gis., *triumphos* Gif. p. 471. 530. *Egimus ex Scarioth* E R Rat. praecipui Heinss. a c m o r w Ald. Lugd. Weitz. Obb., *Eg. ex Scariot* Gif. p. 471, *Eg. ex car.* A, *Eg. excariot* g l, *Ex scharioth egimus* Ang., *Eg. Iscarioth* Fabr. Gis., *Eg. e Searioth* (*Scariot*) relqq. nostri scripti et edd.; *summus* P (supra) R β c (*sumus*) g l m (ad oram *t magnus*) o r w margo trium Sich. Weitz. 531. *Et convivandi dum* o; *foedera* W Fuld. r w.

532. *dextraque* Put., *dextram* (om. *que*) W; *parabside* R Put. Heins. Obb. [Scripturam *parabs.* (*paraps.*) Hesych. [παραψιδες ἢ παρόψιδες τὰ μεγάλα τριβλία] Isidor. [Or. XVI, 19: *parabs. quadrangulum i. e. paribus absidibus*] edd. Iuven. III, 142., Petron. 34. Dig. lex XIX, 3. (*de aur. et arg.*) confirmant: alteram graeci scriptores Xenoph. (Cyr. I. 3, 4.) Athen. (Deipn. IX, 1 etc.) Epict. (II, 20.) Phrynich. (p. 176. ib. Lobeck.), qui ea voce et pro obsonio, et pro vase usurpant, quam significationem apud Latinos utrumque verbum exhibet. Quare edd. optimos sequamur necesse est, cf. Epilog. 18, Mart. XI, 28, 3. Sueton. Galb. 12. Schleusn. lex. s. v., intpp. ad Matth. XXIII, 25 adnott. *Heins. Obb.*]. Ex nostris *parapside* Ang. α c e 2 g 2 l m r Ald. Lugd. Weitz. Cell. Arev., *parasside* β, *passide* f, *paraside* 1 g l l, *perapside* o, *paropside* Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr.; *tingit* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett., *tinguit* Amstr. 535. *eliso* Ald. Lugd. 537. *Possit* r; *decidit* Rat. 1 m Weitz.; *Acham* T W 1 Ang. Weitz. Amstr., *aram* l, *Achan* β e r Gis. (non Gis. l) Arev., *achat* g, *achar* o. 538. *et* om. Ang. l, *e* p. *et* e. 539. *ex victis* inv. e.

541. *Festa* w. 543. *iura* p. *Iuda* l Ang. margo trium Sich.; *propinquus* Fabr. Fuld. 545 *placet his* p. *placeat* w.

534. Act. I, 18. 539. Ios. 7.

„Quid moror aut Iudae populares, aut populares
„sacricolae summi — summus nam fertur Aaron —
„fallere fraude aliqua, Martis congressibus inpar?
„Nil refert, armis contingat palma dolisve!
Dixerat, et torvam faciem furialiaque arma
exuit, inque habitum sese transformat honestum.
Fit virtus specie vultuque et voce severa:
quam memorant frugi, parce cui vivere cordi est
et servare suum, tanquam nil raptet avare,
artis adumbratae meruit, ceu sedula, laudem.
Huius se specie mendax Bellona coaptat:
non ut avara lues, sed virtus parca putetur,
nec non et tenero pietatis tegmine crines
obtegit anguinos, ut candida palla latentem
dissimulet rabiem diroque obtenta furori,
quod rapere et clepere est avideque abscondere parta,
natorum curam dulci sub nomine iactet.
Talibus iniudens, male credula corda virorum
fallit imaginibus: monstrum ferale sequuntur,
dum credunt virtutis opus, capit inpia Erinnys
consensu faciles manicisque tenacibus artat.
Attonitis ducibus perturbatisque maniplis
nutabat virtutum acies, errore biformis
portenti, ignorans, quid amicum credat in illo,
quidve hostile notet: letum versatile et anceps
lubricat incertos dubia sub imagine visus:

550. *referet* c, *distat* w. 551...915 om. A. 551. *furiliaque arena* r. 553. *specie virtus* e; *cultuque* r; *voce* EW (utrimque supra *veste*) R e m (pro div. lect. ad oram) r Weitz. Obb., *veste* relqq. nostri scripti et edd., etsi Heins. maluerit *voce* ad P. X, 720 respiciens. In o vitiosa versuum commixtio *Fit virtutis specie frugi parce cui vivere cordi est Fit virtus specie vultuque et veste severa Quam memorant* sqq. 554. *memorent* Rat. 555. *raptet nil* m. 556. *Adumbratae artis* e; *scedula* Ang. 558. *virtus sed* o. 560. *anguineos* ϑ f 2 g l Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. [Cfr. D. 2]. 561. *Dissimulet formam* B Erf. (supra alt.) g, *Dissimule forma* o; *duroque* ϑ; *obtecta* α, *intenta* Ald. Lugd.; *furore* l g. 562. *et capere est* w; *partu* l α i. e. *partu'* = *partui* dativus more veterum elegans. 563. *Gnatorum* Gis.; *iactat* c l Ald. Lugd., *lactet* W Rat. m, *iacit* w. 565. *monstrumque* B c 2 f w Sich. tres Fabr. Chor. Poett. Weitz. Cell., *mŭstrŭque* (sic) Ang.; *cecuntur* m. 566. *caput* mendose Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. Obb. 568. *perturbantique* r. 570. *ignorat* e. 571. *vocet* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. Amstr.; *laetum* r, *levum* w. 572. *incertus* B E Fabr.: *sub uirgine* o.

548. Num. 3, 6.

medium frendens Operatio campum
sociis pugnamque capessit
ma gradu, sed sola duello
num, ne quid iam triste supersit.
humeris reiecerat, omnibus ibat
is, multo et se fasce levarat,
ravibusque oppressa talentis,
iserando inopum, quos larga benigne
dens patrium bene prodiga censum:
tata fide spectabat inanes
erans redituro fenore summam.
ae Virtutis fulmen, et inpos
ia stupefactis sensibus haesit
am quae fraudis via restet, ut ipsa
di mundanis victa fatiscat
etoque iterum sese inplicet auro?
am Virtus fortissima duris
s, obliso et gutture frangit
camque gulam: conpressa ligantur
rum sub mentum et faucibus artis
imam, nullo quae vulnere rapta
aditu spiraminis intercepto
tur venarum carcere mortem.
genibusque et calcibus instans

b. *Operatio* Rat. m. 573. *Tum* Fuld. Weitz., *Dum* l Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. Amstr. ϑ Weitz. 575. *prima duello* Boh. I. 576. *Imid* e, *ne quid tam* Fabr.; *superbit* o. 577. *deiecuviis* Ang. Fuld. β c Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. ; *se* om. b; *et multo se et fasce* g. 580. *miser* f Ald. Lugd.; *inopes* Sich. tres; *benigna* e. ; *male* w. 582. *fidem* T Put. Heins. (non Cell.); 583. *memorans* Rat., *numeras* ϑ; *reddituro* l, *red*supra) Weitz. 584. *et inops* Ang. c f o (*inobs*), Sich. tres Chor. Poett. Amstr., quod est gl. in Erf. [Vid. . *Mentis avara lues* Rat. ex corr. 586. *fraudi* E forte intellexerit Weitzium siglum E et Eg confundens, Erf.; *restat* B Ang. c ϑ f l r Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. tr.; *ut illa* o. 587. *fatescat* l a. 588. *spuendum trepida* o et *virtutis* Lugd. 590. *eliso* Ald. *gutture* l, *et robore* W (supra *gutture*) Weitz. *gabant* B Ang. g o r, *conpressa ligabat* Erf., *conpres*592. *et* om. Erf. 593. *nulloque vuln.* Ang. e, ; *rupta* W (supra) Boh. l Rat. e g, *raptam* P. Barthii *r talis*, r, *rumpta* Erf. Weitz. 595. *in carcere* n. Erf. ϑ w.

perfodit et costas atque ilia rumpit anhela:
mox spolia extincto de corpore diripit, auri
sordida frusta rudis, nec adhuc fornace recoctam
materiem, tineis etiam marsupia crebris
exesa et virides obducta aerugine nummos
dispergit servata diu victrix, et egenis
dissipat ac tenues captivo munere donat.
Tunc circumfusam vultu exultante coronam
respiciens alacris media inter milia clamat:
„Solvite procinctum iusti et discedite ab armis:
„causa mali tanti iacet interfecta: lucrandi
„ingluvie pereunte licet requiescere sanctis.
„Summa quies, nil velle super, quam postulet usus
„debitus, ut simplex alimonia, vestis et una
„infirmos tegat ac recreet mediocriter artus,
„expletumque modum naturae non trahat extra.
„Ingressurus iter peram ne tollito, neve
„de tunicae alterius gestamine providus ito,
„nec te sollicitet res crastina, ne cibus alvo
„defuerit, redeunt escae cum sole diurnae.
„Nonne vides ut nulla avium cras cogitet, ac se
„pascendam praestante Deo non anxia credat?
„Confidunt volucres victum non defore viles,
„passeribusque subest modico venalibus asse,

598. *exuncto* Put., *exuto* Cell. ex coniect. Heinsii, sed *corpus exutum*, notante Obb., alibi non legitur [*spiritus exutus* P. XIV, 91, cfr. Burm. ad Anthol. lat. II, p. 271], quare malit *exhausto* [Stat. Theb. VI, 662], *exucto* Erf. def. Arev. [rectius scribis *exsucto* ut codd. Vatt. Gellii XX, 8, 3]; *aure* 1 $\alpha$. 599. *frustra* l Obb. mendose; *recocta* P Erf. Barthii cod. o.
600. *Materiam* Ang. Put. c e $\vartheta$ f l m Amstr.; *tiniis* E Put., quod alias in opt. exempl. vidit Heins., *tintis* 1$\alpha$, *cinctis* Ald. Lugd.; *et iam* Ang. e w, quod cum Arevalo verius arbitror. 601. *et* exc. Ang.; *subducta* W (supra) Fuld. o. 603. *tenues vestes captivo munere donat* e.
604. *Tum* Fuld.; *multum* p. *vultu* B 1 g margo trium Sich. 606. *et* om. Rat. f l r; *ab* om. l r. 607. *tanti mali* m. 608. *Illuvie* B m r margo trium Sich.; *Inluuie* o. 609. *supra* $\vartheta$ Weitz. (non B) Amstr.; *postulat* Ang. f g Ald. Lugd. Gis. 610. *et* p. *ut* r Ald. Lugd.
611. *Informos...recreat* l m. 612. *ultra* Fuld. 613. *petram* r; *non* Erf., *nec* Fuld. 614. *tonicae* B Weitz.; *provisus* r; *esto* R e f g Ald. Lugd. Gis. Chor. Poett. Amstr., quod in Erf. quasi glossema adscriptum. 615. *Ne* r; *nec cibus* Ang. e l. 616. *diurno* E P Erf. Barth. 618. om. $\vartheta$; *credit* 2$\alpha$; *Pasc. pr. non anxia illa credat* e.
619. *defore vitae* O.

610. Respicere videtur ad I. Tim. 6, 8 etc. 619. Matth. 6, 26; 10, 29.

dubitata fides, Dominum curare potentem
: pereant. Tu cura Dei, facies quoque Christi,
ldubitas, ne te tuus unquam deserat auctor?
e trepidate homines: vitae dator et dator escae est.
uaerite luciferum caelesti dogmate pastum,
ıl spem multiplicans alat invitiabilis aevi,
ırporis inmemores: memor est, qui condidit illud
ıppeditare cibos atque indiga membra fovere.“
His dictis curae emotae, metus et labor et vis
celus et placitae fidei fraus inficiatrix
ulsae vertere solum. Pax inde fugatis
tibus alma abigit bellum, discingitur omnis
or et avulsis exfibulat illia zonis.
ıtis adusque pedes descendens defluit imos,
ıperat et rapidum privata modestia gressum.
nicinum curva aera silent: placabilis inplet
inam gladius, sedato et pulvere campi
a redit facies, liquidae sine nube diei
puream videas caeli clarescere lucem.
Agmina casta super vultum sensere tonantis,
idere hilares pulso certamine turmae,
Christum gaudere suis victoribus arce
heris ac patrium famulis aperire profundum.

*Addubitas* P tres vetustiores Heinss. Barth. h Weitz. Heins. Cham. ., *At dub.* B W R Rat. α m r, *Ast dub.* Fuld., *An dub.* Aug. β c ld. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Arev., *An* ; *nec* w; *ut qui* p. *unquam* o; *deseret* w. 624. *dubitate dator est dator escae* B f Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. *st* om. Ang. c e g. 625. *luciſluum* W (supra *luciferum*) Weitz. 3. *alit* Ang. Erf. ϑ f Ald. Lugd.; *invitiabilis* Put. α h m o (in hoc *is*) Weitz. Barth. Heins. Obb. [Cfr. supra 261, P. XI, 62], *insa-* w margo trium Sich., *inviolabilis* W (supra) plerique Heinss. Ang. ϑ f g l r Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr.; *orbis* ıvi β. 629. *semotae* e. 630. *placidae* Ang. g r Ald. . Amstr., *placide* c ϑ f. 631. *Vertere depulsae solum* f, *Devertere solum* Fuld. 632. *abicit* 2 e ϑ, *ambigit* l; *discinditur* l o Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. Gif. p. 330. *ıulsus* Lugd. 631. *et usque* Weitz. Gif. l. l. 635. *rabi-* 637. *et* om. f Gis. 638. *Nuda* ad marg. alt. Erf. 39. Post 639 e inserit *Virtutum legio victum certamine gaudet.* *ısta simul* E Amstr. Obb., nescio an data opera. 642. *arce* es veterrimi Ang. α β c e g m o r Arev., *arcem* fl cum relqq. scrid., *arces* coni. Heins. 643. *Aetherea* r, non displicet *victo- Aetherea; portum* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. Amstr. *ofundum* cum gl. *sublimitatem* m. [Virg. Aen. I, 56, 58]. Iam

Apoc. 3, 21.

Dat signum felix Concordia reddere castris
victrices aquilas atque in tentoria cogi.
Nunquam tanta fuit species, nec par decus ulli
militiae, cum dispositis bifida agmina longe
duceret ordinibus peditum psallente caterva;
ast alia de parte equitum resonantibus hymnis.
Non aliter cecinit respectans victor hiantem
Israel rabiem ponti post terga minacis,
cum iam progrediens calcaret littora sicco
ulteriora pede stridensque per extima calcis
mons rueret pendentis aquae nigrosque relapso
gurgite Nilicolas fundo deprenderet imo,
ac refluente sinu iam redderet unda natatum
piscibus et nudas praeceps operiret arenas.
Pulsavit resono modulantia tympana plectro
turba Dei celebrans mirum ac memorabile seclis
omnipotentis opus, liquidas inter freta ripas
fluctibus incisis et subsistente procella
crescere suspensosque globos potuisse teneri.
Sic expugnata vitiorum gente resultant
mystica dulcimodis virtutum carmina psalmis."
Ventum erat ad fauces portae castrensis, ubi artum
liminis introitum bifori dant cardine claustra.
Nascitur hic inopina mali lacrimabilis astu

spatium relictum est vacuum in m titulo (*Concordia*) adscribendo. Parum accurate Mariettus in sua Aldina notavit, eum ibi scriptum extare, et Arevalus ut solet falsum Marietti repetiit. 646. *tentata* mendum Lugd.; *Deus ulli* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett., *decus unquam* Ang., *Tanta fuit species nunquam nec par decus ulli* ϑ. 648. *Duceret hordinibus peditum stupere catervas* b. 649. *Est* ϑ o. 651. *minantis* l e Amstr. 653. *callis* supra alt. Erf. 654. *relasso* l, *relaxo* Put., *repulso* W Erf. (utrobique vulg. supra) Weitz. 655. *niliacos* Erf. r, *niliacas* R ap. Obb., *deprehenderet* Aug. ϑ, *dependeret* Erf. Barth.
659. *sedis* l. 664. *multimodis* R Pic. e ϑ g l o; *virtutum cantica* ϑ. 665. *ad belli fauces castrensis* Ang.; *sub artum* r; *ubi arcum* o.
667...725. inscribb. *Discordia cognomento heresis* Rat. m; om. h 667... 892; *hinc* nonnulli vulg. ap. Arev.

645. *victrices aquilas*] aquilae legionum Romanarum signa.

650. Exod. 14.

665. *portae castrensis*] Castris quadra forma constructis quatuor erant portae: *praetoria* hostem spectans, ubi ducis tabernaculum, *decumana* ei opposita, *principalis dextra*, *principalis sinistra*. Cfr. Liv. XL, 27, Caes. Bell. Gall. VIII, 9, Beschreibung der Stadt Rom von E. Platner, C. Bunsen etc. III. Bd., II. Abthl. p. 358. Heic *praetoriam* indicari, satis innuere videntur 667 etc.

tempestas, placidae turbatrix invida Pacis:
quae tantum subita vexaret clade triumphum.
Inter confertos cuneos Concordia forte
dum stipata pedem iam tutis moenibus infert,
excipit occultum vitii latitantis ab ictu
mucronem laevo in latere, squalentia quamvis
texta catenato ferri subtemine corpus
ambirent sutis et acumen vulneris hamis
respuerent, rigidis nec fila tenacia nodis
inpactum sinerent penetrare in viscera telum.
Rara tamen chalybem tenui transmittere puncto
conmissura dedit, qua sese extrema politae
squama ligat tunicae sinus et sibi conserit oras.
Intulit hoc vulnus pugnatrix subdola victae
partis et incautis victoribus insidiata est:
nam pulsa culparum acie Discordia nostros
intrarat cuneos sociam mentita figuram.
Scissa procul palla structum et serpente flagellum
multiplici media camporum in strage iacebant,
ipsa redimitos olea frondente capillos
ostentans festis respondet laeta choreis.
Sed sicam sub veste tegit, te maxima virtus,
te solam tanto e numero, Concordia, tristi
fraude petens: sed non vitalia rumpere sacri
corporis est licitum, summo tenus extima tactu
laesa cutis tenuem signavit sanguine rivum.

669. *vexaret* supra man. rec. *t rat* g, *vexarat* ϑ, *vexavit* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Amstr. 670. *consertos* Ang. Erf. ϑ f g l. 671. *totis* 1 α. 673. *Mucrone* o; *latere in laevo* Rat. ab inepto correctore; *et squalentia* l. 674. *fieri sub tegmine* ϑ, *subtecmine* α, *subtegmine* c g r Ald. Lugd. Sich. I II Fabr. Amstr., *sub tegmine* Sich. III Chor. Poett., *corpus sub tegmine* Ang. 675. *Ambierent* Erf. r. 678. *transm. ponto* o. An *conto*? 681. *huc* 2 m; *pugnatrix sordida* e. Versus est ultimus in R. 682. *et incaptis* l. 683. *Discordia laetos* Fabr. Gis. Gif. l. l. 685. *strictum et* Rat. ex corr. m Weitz., *et structum* β Gif. l. l. *strucium* (? *structum*) *et* Ang., *et* om. c. [Cfr. S. I, 362, Heins. Adv. p. 118]. 686. *Multiplice* 1 α; *iacebat* Ang. Fuld. 2 α c e ϑ f g Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Amstr. 687. *Lapsa* l; *coronatos* p. *redimitos* coni. Arev.; *oleo* supra alt. W 688. *respondit* W Ang. g m Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. 689. *legit et maxima* ϑ, *teg o maxima* 1 g, *teg. ceu maxima* 2 g l. 690. *Et solam tanto* Rat., *sola tantum* f, *e tanto* inv. w; *ex* g m, *in* Ald. Lugd. 692. *tenusque* l; *summotenus* ϑ; *est ima tactu* Ang., *estima ictu* ϑ.

670...915 *Concordiae et Discordiae pugna* inscribb. edd. vett. Cfr. varr. lectt. ad 667.

Exclamat Virtus subito turbata: „Quid hoc est?
„quae manus hic inimica latet? quae prospera nostra
„vulnerat et ferrum tanta inter gaudia vibrat?
„Quid iuvat indomitos bello sedasse furores,
„et sanctum vitiis pereuntibus omne receptum,
„si Virtus sub pace cadit?“ Trepida agmina maestos
convertere oculos, stillabat vulneris index
ferrata de veste cruor. Mox et pavor hostem
comminus adstantem prodit: nam pallor in ore
conscius audacis facti dat signa reatus,
et deprensa tremunt languens manus et color albens.
Circumstat propere strictis mucronibus omnis
virtutum legio exquirens fervente tumultu
et genus et nomen, patriam sectamque Deumque
quem colat et missu cuiatis venerit. Illa
exanguis turbante metu: „Discordia dicor,
„cognomento Heresis: Deus est mihi discolor“ inquit
„nunc minor aut maior, modo duplex et modo simplex,
„cum placet aerius et de phantasmate visus,
„aut innata anima est, quotiens volo ludere numen:
„praeceptor Belia mihi, domo et plaga mundus.“

695. *pectora nostra* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. Amstr. 697. *ferro* g m. 699. *moestos* supra *castos* W. 703. *reatum* Ang. 704. *deprehensa* Ang. 2 β c, *depressa* e; *tremunt* P tres Heins. vetustiores α m Heins., quem vid. ad Ov. A. A. II, 81, Cell. Arev. Obb. [sim. praef. 25, Jahn. ad Hor. Od. I, 24, 18], *tremit* ex nostris Ang. Rat. β c e f g l o Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr.; *manus incolor* f; *albus* o. 708. *colit* l; *et iussu* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Amstr. Cell.; *venerat* Ang. 1 Rat. e ϑ g l w; *ipsa* Ang. 709. *discordia discors* w. 710. *A styge duco genus Deus* Rat. priorib. abr. 712.. *Complacet* Fuld. l, *Cunplacet* g; *aereus est de* e, *aerius et de* ϑ, *aereus* Ald. Lugd. Sich. tres Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Obb. 713. *Haut* Fuld. w, *Haud* R ap. Heins. Ang. ς; *animam* 2 T; *nomen* W 1 Rat. m. 714. Ita E W Ang. Erf. (ut videtur T Put.) α β f m o Weitz. Barth. Heins. Arev. (nisi quod *belial* Ang. 2 α β f o; *michi* Ang. β), *Pr. belial* (*bellial* l) *mihi est domus et plaga mundus* ϑ (in quo *michi*) g l, *Pr. belial mihi sit domus et plaga mundus* e, *Pr. mihi Belial sit* R, *Pr. Belial mihi adest domus et plaga mundi* R II, *Est mihi praeceptor Belial* Rat. priorib. abr., tum prisca manu *domus et plaga mundus*, *Pr. B. m. est*, *domus est plaga mundi* Ald. Lugd., *Pr. Belial m. fit*, *domus est plaga mundi* Sich. tres Gis. I Chor. Poett., *Est mihi praeceptor Belial*, *domus est plaga mundi* Fabr. Gis., sed hic corr. *Pr. mihi Belial*, *domus*

710 sq. *discolor*] „Referenda sunt *minor aut maior* ad Arii doctrinam (Epiph. Adv. haer. 69, 6. Tom. I. p. 409, 13), *duplex* etc. ad Manichaeos (August. c. Faust. XXI, 1.), *aereus*... *visus* ad Phantasmaticos (A. 951.) et *innata anima* ad eos, qui Platonis praecepta cum Christi doctrina coniunxerunt, vid. Augusti hist. dogm. §. 191.“ *Obb.*

Non tulit ulterius capti blasphemia monstri
virtutum regina Fides, sed verba loquentis
inpedit et vocis claudit spiramina pilo
pollutam rigida transfigens cuspide linguam.
Carpitur innumeris feralis bestia dextris:
frustatim sibi quisque rapit, quod spargat in auras,
quod canibus donet, corvis quod edacibus ultro
offerat, inmundis caeno exhalante cloacis
quod trudat, monstris quod mandet habere marinis.
Discissum foedis animalibus omne cadaver
dividitur, ruptis Heresis perit horrida membris.
Compositis igitur rerum morumque secundis
in commune bonis, postquam intra tuta morari

*et plaga mundus, Pr. B. m. sit, domus est plaga mundi* Amstr., *Pr. Belia mihi; domus est plaga mundi* Cell., *Pr. Belia mihi domus et plaga mundi* Obb.; *de Belial* [uti etiam Cham. et Gall. leg.] Vid. H. 520. 715. *blasphemica* Fabr. 719. *Capitur* l; *furialis* Fuld. Weitz 721. *coruisque edacibus* e ϑ g Ald. Lugd.; *ultor* Barth. 723. *trudat* E P Aug. Put. et cett. Heinss. (non T) f g l m (supra *t tradat*) Weitz. Amstr. Obb., *tradat* T W α β c e o Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Heins. Cell. Arev., [vid. de constructione Orell. ad Hor. Od. I, 24, 18. Virg. Aen. V, 451. Ov. Met. III, 695. Senec. Oct. 400. ib. Both. *Obb.*]; *mandat* l m., *donet* R. 724. *Discissumque feris* R Aug. 2 Rat. f g m Gis., *Discissum feris* P W e w Weitz., *Discissumque foedis* c, *Discissumque animalibus* ϑ. 725. *perit haeresis* Rat. ex corr. Ald. in Emend. (ediderat *haeresis perit*) Lugd. Sich. tres Chor. Poett., *haeresis ruptis perit* Nebr.; *avida membris* l. 726...822. inscribb. *De fide et concordia* Rat. m.

727...728. edidimus, quales exhibent margo α w (*hac st.*) Fabr. Gis. Weitz. (qui habet *fouere*) Heins. Cell. Arev. Obb., *In commune bonis tranquillae plebis ad unum Sensibus in tuta valli statione locatis* (om. v. 728) *Extruitur media* seqq. l R margo E vetere lectione erasa Ang. Bon. Put. α (in textu) m, ex qua et vulgata lect. conflatam credo siglo *t* (= *vel*) a librariis neglecto 728 (*hac st.* β l) 727 *Sensibus in* etc. 729 (*curam* l) β l f, in hoc quidem man. rec. ordinatum, *In commune bonis tranquillae plebis ad unum Sensibus in tuta valli statione locatis In commune bonis postquam intra tuta morari, Contigit ac statione frui valloque foueri Pacificos sensus et in otia solvere curas Extruitur media* seqq. c, *tranquillae plebis ad unum* priorib. abr. 728. 729 *Sensibus locatis valli in tuta statione* 730 e g, in quo quidem *tranquillae plebis ad unum* supra *t postquam intra tuta morari, In comune bonis tranquillae plebis ad unum. Sensibus in tuta vallis statione locatis Contigit hac statione frui. valloque foueri Pacificos sensus. et inotia soluere curam Extruitur* seqq. ϑ, 727. 728 (*hac st.*) 729 *Sensibus in tuta valli statione locatis* 730 T O o; Marietius de Rat. „*Composito tandem postquam requiesse tumultu* sed ab inepto correctore, priorib. abr., ita tamen, ut appareat, fuisse prius *compositis;* aliorum nullum vestigium. *In comune bonis postquam intra tuta morari* (sed hunc versum induxit, licet non eraserit) *Contigit ac statione frui, valloque teneri,* (totus

716. *regina Fides*] Cfr. Hebr. 11.

contigit ac statione frui valloque foveri
pacificos sensus et in otia solvere curas,
extruitur media castrorum sede tribunal
editiore loco, tumulus quem vertice acuto
excitat in speculam, subiecta unde omnia late
liber inoffenso circumspicit aere visus.
Hunc sincera Fides simul et Concordia, sacro
foedere iuratae Christi sub amore sorores,
conscendunt apicem: mox et sublime tribunal
par sanctum carumque sibi supereminet aequo
iure potestatis, consistunt aggere summo
conspicuae populosque iubent adstare frequentes.
Concurrunt alacres castris ex omnibus omnes,
nulla latet pars mentis iners, quae corporis ullo
intercepta sinu per conceptacula sese
degeneri languore tegat: tentoria apertis
cuncta patent velis, reserantur carbasa, ne quis
marceat obscuro stertens habitator operto.
Auribus intentis expectat concio, quidnam
victores post bella vocet Concordia princeps,
quam velit atque Fides virtutibus addere legem.
Erumpit prima in vocem Concordia tali
adloquio: „Cumulata quidem iam gloria vobis,
„o Patris, o Domini fidissima pignera Christi,
„contigit: extincta est multo certamine saeva

versus est a vetere librario, praeter vocem *teneri*, quae est rec. man.) *Pacificas virtutum acies, quas pestis iniqua Turbarat meditata dolos, et soluere curas In commune datum tranquillae plebis ad unum* omnia ab inepto correctore, priorib. eras. praeter partem primae dictionis *pacifie.*" *In commune bonis tranquillae plebis ad unum In commune bonis postquam intra tuta morari Contigit ac statione frui valloque fouere Pacificos sensus et in otia soluere curas Sensibus in tuta ualli statione locatis Extruitur media* seqq. W, 727. 728 (*fouere*) 729. 726. 730. Erf., *In commune bonis tranquilla et pace solutis Sensibus ut tuta valli statione locari Contigit ac statione frui valloque foveri Extruitur media* seqq. Pic., *In commune bonis, tranquillae plebis ad unum Contigit hac statione frui, valloque foveri* 729. 730 Ald. Lugd. Sich. tres Gis. 1 Chor. Poett. Amstr.

733. *circum inspicit* Put. Heins. Cell. 734. *Huc* E Put. cod. Barth., *Hinc* O, *Tunc* Erf. 737. *que* om. l o. 739. *Conspicueque iubent populus* Fuld. Weitz. (non W). 740. *e castris* Rat. 743. *Degenerem* Fuld. Weitz. (non W); *lagore* Ang. Ald. 746. *expectant* T Put. Heins. Cham. Cell. Obb.; *quodnam* 1 α. 748. *victoribus* w. 749. *Erupit* Ang. l w; *prima se voce* Ang., *prima uocem* o, *primam in uocem* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. Amstr. 750. *sat gl.* Boh. l.

751. *patris domini* & g, *pat. et dom.* l, *patres domini* o. 752. *Hoc habet, extincta* 1 W Rat. m w Weitz.; *est* om. Gif. p. 462.

„barbaries, sanctae quae circumsepserat urbis
„indigenas ferroque viros flammaque premebat.
„Publica sed requies privatis rure foroque
„constat amicitiis: scissura domestica turbat
„rem populi titubatque foris, quod dissidet intus.
„Ergo cavete viri, ne sit sententia discors
„sensibus in nostris, ne secta exotica tectis
„nascatur conflata odiis, quia fissa voluntas
„confundit variis arcana biformia fibris.
„Quod sapimus, coniungat amor: quod vivimus, uno
„conspiret studio: nil dissociabile firmum est.
„Utque homini atque Deo medius intervenit Iesus,
„qui sociat mortale Patri, ne carnea distent
„spiritui aeterno, sitque ut Deus unus utrumque:
„Sic, quidquid gerimus mentisque et corporis actu,
„spiritus unimodis texat conpagibus unus.
„Pax plenum virtutis opus, pax summa laborum,
„pax belli exacti pretium est pretiumque pericli:
„sidera pace vigent, consistunt terrea pace.
„Nil placitum sine pace Deo: non munus ad aram
„cum cupias offerre, probat, si turbida fratrem
„mens inpacati sub pectoris oderit antro:
„nec si flammicomis Christi pro nomine martyr
„ignibus insilias servans inamabile votum
„bile sub obliqua, pretiosam proderit Iesu
„inpendisse animam: meriti quia clausula pax est.

753. *sanctas* 2 g. 755. *Publ. iam requies* Fuld. 758. *caveto* α. 759. *vestris* e Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Amstr.; *nec* m. 760. *quae* e; *fixa* R, *fusa* 1 T, *scissa* Ang. Erf. δ Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr., *scisa* c, *sissa* f. 761. *Infundit* W ad oram, *Confundat* 2 f. 762. *coniunctet* Erf. Weitz. 763. *Confirmet* Ang. δ, *Conspirat* l. 764. *Atque hom.* Fuld.; *genus* Rat., *medium* Ald. Lugd. 765. *nec* l. 767. *Si* g. 769. *Pax plenum est virtutis opus. summaque laborum* δ; *summado lab.* Rat. (ap. Obb.) 770. *que* exc. g. 771. *terrena* l. 772. *placidum* δ l. 773. *probet* T Heins. Cham. Cell. [lectio cod. T et Heinsii nota critica fugit Obbarium], *prodest* g; *sit turb.* o. 775. *flammivomis* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Amstr. 776. *servas* l. 777. *prodit* 1 α, *prodet* 2 α, *prosit* Rat. a correctore Ald. Lugd. Fabr.

753. *urbis*] Mariettus in Aldina adnotavit, *urbem sanctam* hic intelligi Romam, ex qua universam barbariem poeta dicat fugatam seu gentilitatem. Sed cfr. S. I, 1 sqq. Referendum voc. *sanctae* ad Hebr. 12, 22, ut iam alii animadverterunt. Vid. Schleussner. lex. s. v. πόλις.

777. *obliqua*] dolosa, ut carmen obliquum. Stat. Silv. I, 2, 27 *Cessent mendaces obliqui carminis astus.* Cfr. I. Cor. 13, 3.

„Non inflata tumet, non invidet aemula fratri.
„Omnia perpetitur patiens atque omnia credit.
„Nunquam laesa dolet, contra offensacula donat.
„Occasum lucis venia praecurrere gestit
„anxia, ne stabilem linquat sol conscius iram.
„Quisque litare Deo mactatis vult holocaustis,
„offerat in primis pacem: nulla hostia Christo
„dulcior, hoc solo sancta ad donaria vultum
„munere convertens liquido oblectatur odore.
„Sed tamen et niveis tradit Deus ipse columbis
„pinnatum tenera plumarum veste colubrum
„rimante ingenio docte internoscere mixtum
„innocuis avibus: latet et lupus ore cruento
„lacteolam mentitus ovem sub vellere molli,
„cruda per agninos exercens funera rictus.
„Hac sese occultant Photinus et Arrius arte,
„inmanes feritate lupi: discrimina produnt
„nostra recensque cruor, quamvis de corpore summo,
„quid possit furtiva manus.“ Gemitum dedit omnis
virtutum populus casu concussus acerbo.
Tunc generosa Fides haec subdidit: „Imo secundis
„in rebus cesset gemitus, Concordia laesa est,
„sed defensa Fides: quin et Concordia sospes
„germanam comitata Fidem sua vulnera ridet.
„Haec mea sola salus, nihil hac mihi triste recepta.
„Unum opus egregio restat post bella labori,

781. *contra* E P membranae Barth., qui def., *cuncta* R cum nostris scriptis et edd. 783. *concitus* Fuld. 784. *Quisque* Gis., ut saepius. 785. *christi* o. 787. *puro obl.* Put. 788. *tamen e niv.* l; *tradidit* c e ϑ l o. 789. *Pinnatum* Heins. Cell. Obb., *Pennatum* ϑ cum relqq. nostris codd. et edd. cfr. A. 611., *ten. pennarum* o. 790. *nocte* l g; *mistum* Gis. 791. *ovibus* P α, in quo supra *i avibus*; *et* exc. Ang. 793. *anguinos* 1 Ang. g, *anguineos* 2 Ang. ϑ f l w; *exercet* ϑ; *ritus* l. 794. *ostentant* Rat., [addit Mar. „forte haec lectio est vera; nam etiam de discordia dixit supra 688 *ostentans*, cum tamen se occultaret“]. 797. *fortuna* Ang., *fructiva* ϑ. 799. *Tunc* α l o Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Cell. Obb., *cum* w, *Tum* relqq. nostri scripti cum Weitz. Heins. Arev.; *secundus* o. 800. *est* om. g. 801. *Fides* O R Put. Rat. α β e l f m o Sich. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Cell. Arev. Obb., *Fide* T Ang. c ϑ 2 f g l Ald. Lugd. Nebr. Gis. Heins Cham. Teol. 803. *Haec* exc. Ang. 804. *egregium* Ang. 2 Rat. c ϑ f l m Ald. Lugd. Sich. tres Weitz. Chor. Poett. Amstr.; *laborum* ϑ.

782. Eph. 4, 26.
791. Matth. 7, 15; 10, 16.
796. *summo*] Sic 692 *summo tenus extima tactu Laesa cutis.*

„o proceres, regni quod tandem pacifer haeres
„belligeri armatae successor inermus et aulae
„instituit Salomon: quoniam genitoris anheli
„fumarat calido regum de sanguine dextra:
„sanguine nam terso templum fundatur et ara
„ponitur auratis Christi domus ardua tectis.
„Tunc Hierusalem templo inlustrata quietum
„suscepit iam diva Deum, circumvaga postquam
„sedit marmoreis fundata altaribus arca.
„Surgat et in nostris templum venerabile castris,
„omnipotens cuius sanctorum sancta revisat.
„Nam quid terrigenas ferro pepulisse phalanges
„culparum prodest, hominis si filius arce
„aetheris inlapsus purgati corporis urbem
„intret inornatam templi splendentis egenus?
„Hactenus alternis sudatum est cominus armis.
„Munia nunc agitet tacitae toga candida pacis,
„atque sacris sedem properet discincta iuventus.“
Haec ubi dicta dedit, gradibus regina superbis

805. *quod tantum* w. 806. *Belliger* w; *inermus* E P duo Heinss. veterrimi α c f g Weitz. Heins. Cell. Arev. Obb., *inhermis* c, *inermis* Ang. β ϑ l m o Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. (silet Mar. de Rat. w). 807. *Instruxit* margo trium Sich. 809. *iam* Erf. e; *fundatur templum* c, *templum fundantur et ara* ϑ. 811. *Tunc hic Ierusalem* Ald. Lugd. Nebr., *Hierusalem templo tunc* Sich. tres Gis. l. Chor. Poett. Amstr., *Tunc et Ierusalem* Fabr. Gis., *Tunc Hierusales* Put. 1 α Heins. [nominativus?], *Gerusalem* Ang., *hierusalem* 2 α, *ierusalem* β c e ϑ f l m o Arev., *iherusalem* g [vocem *Hiĕrūsălem* eadem prosodia usurpat Paulin. Nolan. Psalm. 137, 33. 38. 41., Lactant. [?] Pass. Dom. 25: *Inpia Hiĕrūsălem rabidis exercita curis*, et Drepan. Flor. hymn. 32: *Hierusălem dominus larga pietate reviset Heins. Obb.*]; *lustrata* Ald. Lugd. Nebr.; *quieto* e l g Ald. Lugd. Nebr. Sich. tres Chor. Poett. Amstr. 815. *revisit* ϑ l. Hunc inter et versum seq. in Erf. collocatur 820.

816. *Numquid* E l Rat.; *terrigenos* o, *terrigenis* Gis.; *phalangas* Rat. e m Weitz. (in textu *falangas*) Heins. Cell. Arev., *phalanga* Fuld.

818. *illapsum* w. 819. *Intrat* g l m. 820. *alterius* f et nonnulli vulg. ap. Arev. 821. *Menia* f, *Moenia* Gif. p. 377. Weitz. Amstr.; *agit en* E ms. Barthii. 822. *Atque sacri sedem* O, *Adque sacris sedem* P, *Adque sacri sedem* Sich. tres Chor. Poett., *Atque sacris aedem* Gis. Amstr., *Atque sacris sede* e; *discinta* ϑ, *distincta* o et „multi veteres“ ap. Heins. 823...887. inscribb. *Aedificium fidei et concordiae* Rat. m.

811 sq. *quietum...Deum*] Gis. conicit, hic per *Deum* metonymixῶς arcam federis intelligi, certa iam et tranquilla sede institutam (l. Sam. [Reg.] IV, 7.), quae antea circumvagabatur, in ipsa adeo castra defensionis caussa interdum adducta. Ita etiam Fr. Besselius Miscell. syntagm. p. 31.

823...887 *Aedificium Fidei et Concordiae* inscrib. W[illkomm] cfr. varr. lect.

desiluit tantique operis Concordia consors
metatura novum iacto fundamine templum,
aurea planiciem spatiis percurrit arundo
dimensis, quadrent ut quatuor undique frontes,
ne conmissuris distantibus angulus inpar
argutam mutilet per dissona semetra normam.
Aurorae de parte tribus plaga lucida portis
inlustrata patet, triplex aperitur ad austrum
portarum numerus, tris occidualibus offert
ianua trina fores, totiens Aquilonis ad axem
panditur alta domus: nullum illic structile saxum,
sed cava per solidum multoque forata dolatu
gemma relucenti limen conplectitur arcu,
vestibulumque lapis penetrabile concipit unus.
Portarum summis inscripta in postibus auro
nomina apostolici fulgent bis sena senatus.
Spiritus his titulis arcana recondita mentis
ambit et electos vocat in praecordia sensus,
quaque hominis natura viget, quam corpore toto
quadrua vis animat, trinis ingressibus aram
cordis adit castisque colit sacraria votis:
seu pueros sol primus agat, seu fervor ephebos
incendat nimius, seu consummabilis aevi

824. *Desiliit* Rat. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Cell. Teol., *Dissiluit* R Ang. l Gif. ind. Lucr. verbo *Dissiluit; discors* c. 825. *Metitura* Rat. l, *Meditatura* w; *laeto* T, *lato* coni. Heins. 827. *frondes undique* e, *undique partes* l. 828. *Nec* m o. 829. *Mutilet argutam* Rat. w; *symmetra* Ald. Lugd. Sich. I II Fabr. Gis. Chor. Poett. Gall., *symnetra* Sich. III, *semitra* Rat., *semeta* Fuld.; *norma* o. 831. *reperitur* o; *astrum* g. 832. *tris a* m, *tres* relqq. scripti et edd.; *occidialibus* l, *tres qua sol occidit offert* Rat. ex corr. 833. *totidemque* Fabr. 834. *hic* T; *strictile* E. 835. *dolatu forata* Erf. et fortasis l g, *forata delatu* δ. 836. *lumen* l m, *reluctanti lumen* o; *compl. actu* Put. 838. *in frontibus* Ang. 841. *Intrat* Boh. I; legerim *elicitos* p. *electos*, ni obstaret metrum. 842. *Qua* Erf.; *qua corp.* Rat. m Sich. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett.; 842. 841 l, genuino signis appositis ordine restituto. 843. *animae* Rat. e m o Sich. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett. 845. *Set pueros* o; *sub primus* E.

825. Apoc. 12, 19.

835. Respexit ad Apoc. 21, 21. Hinc quatuor templi laterum descriptio 843 quatuor hominum aetates indicantium: unicuique autem lateri tres dantur portae numerum Apostolorum XII innuentes.

842. „Tacite adlusit ad quatuor diei horas, quibus Christus Matth. 20 *Operarios in vineam conducebat.* Hac etiam occasione solis teporem pueris, ingravescentem aestum iuvenibus, lucem plenam viris, Boreae vespertinum frigus et siccitatem senibus attribuebat.“ *Gis.*

perficiat lux plena viros, sive algida borrae
aetas decrepitam vocet ad pia sacra senectam:
occurrit trinum quadrina ad conpita nomen,
quod bene discipulis disponit rex duodenis.
Quin etiam totidem gemmarum insignia textis
parietibus distincta micant animasque colorum
viventes liquido lux evomit alta profundo:
ingens chrysolithus nativo interlitus auro,
hinc sibi sapphirum sociaverat, inde beryllum,

847. *Perficiet* α; *alta* supra *plena* Erf.; *Borrae* duo Heinss. vetustiores l α m Ald. Lugd. Sich. l Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev. Obb., *borre* o, *Boreae* E R Erf. Rat. 2 α g Sich. II III Fabr., *borreae* Ang. c, *Borrhae* Gis., *borree* β ϑ f l, *boree* w, *bore* e, cfr. Paullin. ad Nicetam 245.
848. *fouet* w. 849. *compita* supra *t cumpita* g. *competa* Weitz., *conpeta* Obb.; *nomen* supra *t numen* g, *numen* Rat. α c m w Iso. Sich. tres Gis. Weitz. Amstr.; *Occurrit numen quadrina ad compita trinum* o.
851. *insignia totis* l. 854. *Chrisolitus* W α ϑ Weitz., *crisolitus* g, *chrissolitus* m. 855. *et* p. *inde* Rat. manu corr., *inde birillum* ϑ.

855. *beryllum*] Prima contra legem correpta (*βήρυλλος*). In Bibliothecae Angelicae cod. membr. sec. X, signato D. 5. 4. hae gemmae symbolice ita explicantur: *Iaspis* colore viridis Praefert nitorem fidei, Quae imperfectis hominibus Nunquam marcescit penitus. Cuius forti praesidio Resistitur diabolo. — *Saphirus* habet speciem Caelestis throni similem, Designat cor simplicium Spe certa postulantium. Eorum vita et moribus Delectatur altissimus. — *Calcedonius* palleatem Ignis tenet effigiem, Subrutilat in publico, Fulcorem dat in nubilo, Virtutem fert fidelium Occulte famulantium. — *Zmaragdus* in res nimium Dat lumen oleaginum, Est fides integerrima Ad omne bonum patula, Quae nunquam scit deficere A pietatis opere. — *Sardoniæ* constans tricolor Homo fertur interior, Quem denigrat humilitas, In quo albescit castitas Ad honestatis cumulum Rubetque eo martirium. — *Sardius* est puniceus, Cuius color sanguineus Deus ostendit martirum Rite agonizantium; Sextus est in catalogo, Crucis habet misterium. — Auricolor *Crisolitus* Scintillat velut clibanus, Praetendit mores hominum Perfecte sapientium, Qui septiformis gratiae Sacro splendescunt iubare. — *Berillus* est limphaticus, Ut sol in aqua limpidus, Figurat votum mentium Ingenio sagacium, Quis magis libet misticum Summe quietis otium. — *Topazius* corarior Eo est praetiosior: Nitore rubet criseo Et aspectu aethereo: Contemplative solidum Vitae nostrae officium. — *Crisoprassus* purpureum Imitatur concilium, Est intertinctus dureis Quodam muscillo gatulis: Hoc est perfecta caritas, Quam nulla sternit feritas. — *Iacinctus* est ceruleus, Nitore medioximus, Cuius decora facies Mutatur ut temperies, Vitam signat angelicam Discretione praeditam. — *Ametistus* praecipuus Decore violaceus Flammas emittit aureas Nitelasque purpureas, Praetendit cor humilium Christo conmorientium. — Hi pretiosi lapides Carnales signant homines, Colorum est varietas Virtutum multiplicitas. Quicunque his floruerit, Concivis esse poterit. — Hierusalem pacifera, Haec tibi sunt fundamina. Felix et Deo proxima Quae te meretur anima. Custos tuarum turrium Non dormit in perpetuum. — Concede nobis agere, Rex civitatis caelice, Post cursum vitae tabilis Consortium cum superis, Inter tuas in aethera Nova cantamus cantica. Amen.

distantesque nitor medius variarat honores:
hic chalcedon hebes perfunditur ex hyacinthi
lumine vicino; nam forte cyanea propter
stagna lapis cohibens ostro fulgebat aquoso.
Sardonychen pingunt amethystina, pingit iaspis
sardoum iuxta adpositum pulcerque topazon.
Has inter species smaragdina gramine verno
prata virent volvitque vagos lux herbida fluctus:
te quoque conspicuum structura interserit ardens
chrysoprase et sidus saxis stellantibus addit.
Stridebat gravidis funalis machina vinclis
inmensas rapiens alta ad fastigia gemmas.
At domus interior septem subnixa columpnis
crystalli algentis vitrea de rupe recisis
construitur, quarum tegit edita calculus albens
in conum caesus capita et sinuamine subter
subductus conchae in speciem, quod mille talentis
margaritum ingens opibusque et censibus hastae
addictis animosa Fides mercata pararat.

856. *variarat* P R Fuld. Aug. 2 α Heins. Cham. Teol. Obb., *variabat* 1 α cum reliqq. nostris scriptis et edd. 857. *Hic* P scripti Heinss. α β l c o Weitz. Heins. Cell. Arev. Obb., *Hinc* alii Weitziani cum Rat. Aug. 2 c e ϑ f g l m w Ald. Lugd. Sich. I Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr., *Hunc* Sich. II III; *Chalcedon hebes hinc perfunditur* manu corr. Rat. 861. *Sardoum* 1 T Heins. Cham. Cell. Obb., *Sardonicum* 2 T, *Sardium* E P R Put. α, *Sardonicem* g l, *Sardonium* reliqq. nostri scripti et edd.; *appositus* Fabr. Gis. Amstr.; *topazion* Gif. p. 465; *Zmaragdina gramine* E Weitz., *maragdine germine* g, *maragdina crimine* o. 863. *vomitque* Aug. f.

864. *instructura* α. 865. *stillantibus* P R c (supra gl. *gemmis lucentibus*) ϑ f l o. 866. *fundalis* 2 α, [vid. supra 293]. Mariettus: „Hic est finis exemplaris Bibliothecae Viennensis, in quo nihil aliud est praeter hoc fragmentum psichomachiae satis corruptum, et negligenter scriptum."

869. *Christalli* W Weitz.; *albentis* E (supra) P W Rat. m Weitz. [Vid. C. II, 71. Martial. VIII, 77, 5. Broukh. ad Prop. II, 18, 60], *algentis* reliqq. nostri scripti et edd. [Stat. Silv. I, 2, 126. Plin. XXXII, 2, 9, prob. ob. vs. sqq.]. 870. *quadrum* Heins. Cham. Cell. Teol. cum solis E P Obb.

871. *quonum* P α; *sinuamina* c ϑ Ald. Lugd. 872. *Ductus concarum* Erf. Weitz. (non W), *Ducto concharum* R II, *Subductum conchae* Ald. Lugd.; *in specie* c. 873. *Margaritarum* Ald. Lugd.; *que* om. l Ald. Lugd.; *censibus* E duo codd. Pulmanni Put. m Gis. Heins. Cell. Arev. Obb., *iuribus* vel *uiribus* Aug. Rat. α β c e f g l o, *viribus* ϑ Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gif. p. 387 Weitz. Chor. Poett. Amstr.; *hasta* E, *haustae* R W Erf. (supra *hausta*) Fuld., *hauste* Rat. m, *arte* β c e ϑ f g l Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett., *arcae* cod. Giselini Amstr., *astu* Bon. margo trium Sich. 874. *Adductis* P Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. Amstr. Cell. [cfr. P. II, 77, 78], *Additis* Aug. f l; *parabat* Rat. m Weitz.

868. *septem* sqq.] Prov. 9, 1. 874. Matth. 13, 45.

Hoc residet solio pollens Sapientia et omne
consilium regni celsa disponit ab aula,
tutandique hominis leges sub corde retractat.
In manibus dominae sceptrum, non arte politum,
sed ligno vivum viridi est, quod stirpe recisum,
quamvis nullus alat terreni cespitis humor,
fronde tamen viret incolumi, tum sanguine tinctis
intertexta rosis candentia lilia miscet,
nescia marcenti florem submittere collo.
Huius forma fuit sceptri gestamen Aaron
floriferum, sicco quod germen cortice trudens
explicuit tenerum spe pubescente decorum,
inque novos subito tumuit virga arida fetus.
Reddimus aeternas, indulgentissime doctor,
grates, Christe, tibi meritosque sacramus honores
ore pio, nam cor vitiorum stercore sordet.
Tu nos corporei latebrosa pericula operti
luctantisque animae voluisti agnoscere casus.
Novimus, ancipites nebuloso in pectore sensus
sudare alternis conflictibus et variato
pugnarum eventu, nunc indole crescere dextra,
nunc inclinatis virtutibus ad iuga vitae
deteriora trahi seseque addicere noxis
turpibus et propriae iacturam ferre salutis.

876. *Concilium* R II. 877. *retractant* Aug. 878. *nec* Aug. 879. *Set* f; *lignum* P R Fuld. β c e ϑ f g l Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr.; *vivum est, viridi quod* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr., *uiuum uiuo est quod* β, *uiuum uiride est quod* c, *uiuum uiride quod* e, *uiuum uiridi de st.* f; *reciso* O T α, *recisos* Put. „Quid, si in hoc verbo *recisum est* latere censeas? Cfr. de copula iterata A. 112 sq." Obb. 881. *tunc* c Ald. Lugd. 882. *Intertecta* W (supra *Intertexta*) Weitz.; *cadentia* c. 884. *et aaron* l. 885. *Florigerum* Aug. f Gis. Weitz.; *germen* E O T Erf. Fuld. α l o Obb., *germine* Aug., *germina* relqq. nostri scripti et edd. 887. *timuit* l α ϑ, *viruit* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Amstr. Ultimus hic versus est in β.
888. *ductor* o. Inscribb. *Gratiarum actio* Rat. m. 892. *noscere* e. 893. *in* om. Aug. 895. *ydole* ϑ; *dextra* E uterque R T Put. eod. Pulm. Cauch. Heins. Cell. Arev. Obb., idem coni. Gis., sed edidit *dextram*, quod exh. ex nostris Aug Rat. α c e ϑ f g l m o Iso Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Si *dextram* legis, in versu subseq. *cervicibus* praeferas opus est. 896 *virtutibus* E P W (supra) Put. g h l Isonis gl. Obb., *cervicibus* relqq. nostri scripti et edd. 897. *Deteriora* f.

884. Num. 17. Cfr. August. serm. 31. 887...915. *Gratiarum actio* inscrib. Weitz., cfr. varr. lectt.

O quotiens animam vitiorum peste repulsa
sensimus incaluisse Deo, quotiens tepefactum
caeleste ingenium post gaudia candida tetro
cessisse stomacho! fervent bella horrida, fervent
ossibus inclusa fremit et discordibus armis
non simplex natura hominis: nam viscera limo
effigiata premunt animum. Contra ille sereno
editus adflatu nigrantis carcere cordis
aestuat et sordes arta inter vincla recusat.
Spiritibus pugnant variis lux atque tenebrae
distantesque animat duplex substantia vires,
donec praesidio Christus deus adsit et omnis
virtutum gemmas conponat sede piata;
atque, ubi peccatum regnaverat, aurea templi
atria constituens texat spectamine morum
ornamenta animae, quibus oblectata decoro
aeternum solio dives Sapientia regnet.

899. *revulsa* Weitz. 900. *inclausisse* E; *tepefactus* Fabr. Gis., sed correxit. 901. *Coeleste ingenium tandem post gaudia retro* Pic. 902. *e stomacho* Pic. Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. Amstr. 903. *Ossibus, atque inclusa fremit discordibus armis* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. 905. *animam* Put. (fortassis c) Heins. Cham. Cell. 906. *afflicta* o; *in carcere* Ang. f. 907. *Effluat* o. 908. *pugnat* e. 909. *que* om. l o; *anime* Erf., *anima* g. Hunc inter et versum sequentem spatium vacuum est in e duobus versibus adscribendis. 910. *omnis* α, *omnes* relqq. nostri scripti et edd.; 910...915 om. O. 911. *beata* R Pic. Gis. ad oram, *priuata* o. 915. *regnat* f g l (heic supra al. *regit*).

Subscrib. *Finit liber III Psychomachia* α, *Explicit lib. Prūd. de Psichomachia* m.

915. In R vs. 915 Psychomachiae argumentum hisce vss. indicatum subiungitur: *Hic libri statuit metam Prudentius auctor, Laudans virtutes quas decet sanctos habere Excutiensque piis de mentibus vitia cuncta.*

# CONTRA SYMMACHUM LIBER I.

## PRAEFATIO.

Paulus praeco Dei, qui fera gentium
primus corda sacro perdomuit stilo,
Christum per populos ritibus asperis

*Praef. Contra Simmacon* E, *Contra orationem Symmachi* Boh. l, *Incipit contra orationem Symmachi* α, in a titulus nullus, nisi quod man. rec. suprascripsit *Paulus* (hinc Arevalum intelligas), *Contra orat. Symmachi. Aurelii Prudentii. Clementis. Lib. I. Incip. Praef.* m, *Contra Symmachum lib. I. Nunc de praefatione* t (= cod. pal. 235, qui glossemata continet), *Incipit Praefatio Primi Adversus Simmacum Libri* u.

C. Suetonius Tranq. in vita Caesaris Octaviani Augusti c. 100 haec refert: *Corpus* [Octaviani defuncti] *decuriones municipiorum et coloniarum a Nola Bovillas usque deportarunt noctibus propter anni tempus, cum interdiu in basilica cuiusque oppidi vel in aedium sacrarum maxima reponeretur. A Bovillis equester ordo suscepit urbique intulit atque in vestibulo domus collocavit. Senatus et in funere ornando et in memoria honoranda eo studio certatim progressus est, ut inter alia complura censuerint quidam, funus triumphali porta ducendum praecedente Victoria, quae est in Curia* [basilica Iulia, cfr. ibid. Calig. c. 37] *canentibus naeniam principum liberis utriusque sexus.* Augustus igitur Antonio apud Actium devicto Aegyptoque debellata Curiam Iuliam, a Iulio Caesare inchoatam, postea incendio deletam, *ampliato solo* (vid. Monumentum Ancyr.) restituendam curavit, ibique statuam Victoriae et aram collocavit, cui senatores ingredientes ture ac mero litarent. Cfr. Herodian. V, 5, VII, 11, Ael. Lamprid. Alex. Sev. 14, Ambr. adv. Symm. II, 1, Rycquium de Capitol. 23, Turneb. Adv. XXIV, 15, Sachse Beschreibung d. Stadt Rom II, p. 7, Hirt Geschichte d. Baukunst IV, 54, Beschreibung d. Stadt Rom von E. Platner, C. Bunsen etc. Bd. III, Abthl. 2, p. 84 sqq. Eam inter omnes, quas illa dea Romae aras habebat dicatas (uti in regione, cui nomen *Altae Semitae*, in altera *Ad Templum Pacis*, tertia in Capitolio), Romani inde ab Augusti aevo plurimi faciebant, ita ut sub ipso Constantino Imp. in magna veneratione magnaque religione haberetur. Primus Constans, Constantini filius, eam semovit evertitque, restituit autem Magnentius, quo devicto a Constantio, altero Constantini filio, denuo diruta fuit. Haud ita multo post per Iulianum Apostatam iterum exculta est, neque a Ioviano remota, a Valentiniano primo potius tolerata. Verumtamen Gratianus, Valentiniani primi filius, Constantis exemplum secutus insigne simulacrum cum ara e Curia eiecit, sacerdotibusque deorum, non exceptis Vestalibus, solita emolumenta negari iussit. Id Symmachus non ferens nomine senatorum gentilium anno 382 Gratianum oravit, ut Victoriae aram Curiae, emolumen-

inmanes placido dogmate seminans,
inmansueta suas ut cerimonias
gens pagana Deo sperneret agnito:
actus turbinibus forte nigerrimis
hibernum pelagus iam rate debili
et vim navifragi pertulerant noti.
Sed cum caerulei praelia gurgitis
iussisset Domini dextra quiescere,
ad portum fluitans cumba relabitur
exponitque solo littoris uvidi
contractos pluvio frigore remiges.
Tunc de littoreis sepibus algidi
arentum propere brachia palmitum

4. *placito* A O. 5. *Iam mans.* R; *et* E. 6. *Mens* m. 9. *naufragi* Prag. Sich. tres Chor. Poett., *naufragii* u; *protulerant* A. 12. *cumba α* Ald. Lugd. Weitz. Heins. Cham. Cell. Obb., *cymba* a m u Sich. tres Fabr. Gis. Amstr. Arev., *cimba* Chor. Poett. 13. *que* exc. u; *littoris solo* a. 14. *Contactos* ex Heinsii coniectura Cell. Teol., *Constrictos* coni. Burm. ad Anthol. II, p. 63. 15. *e litt.* Prag. Rat. m Weitz. (non B).

ta sacerdotibus redderentur. Contra quem Damasus Romanus episcopus surrexit, libelloque christianorum senatorum contrarium postulantium ad Ambrosium misso (vid. Ambr. adv. Symm. in Grangaei comment. ad duos Prud. libb. contra Symm. p. 216), illustri Mediolanensi episcopo intercedente istorum conatus vanos reddidit atque irritos. Iterum Symm. Gratiano occiso Valentinianum secundum adiit, neque quidquam profecit, cum Ambr. Symmachi relationem duplice libello impugnasset. Valentiniano extincto, ab Eugenio tyranno „legati petiverunt, ut templis redderet, non fecit; iterum alteri postulaverunt, renisus est; et (Ambrosio l. l. eum vituperante) postea ipsis, qui petiverunt, donandum putavit.“ Theodosius, Eugenio et Maximo a. 394 profligatis, paganum cultum penitus oppressit, vid. S. I, 4, August. Civ. Dei V, 26. Arcadio et Honorio Impp. cum Gothi Italiam devastarent, magna per totam Italiam grassante fame Symm. publicam calamitatem expulsione divorum ab avis cultorum deducens atque arguens cum suis de ara Victoriae repetenda denuo agere aggressus est. Quibus extremis eius conatibus Prud. duo carmina felici cum successu opposuit. Victoriae autem simulacrum diu tanquam urbis Romae perinsigne ornamentum ac decus ab omnibus habitum fuisse, ex ipso Prud. sicuti e Claudiano colligitur, qui *tutelam Romae togae* (in Panegyrico de sexto Honorii consulatu 597) eam nuncupat.

6. *agnito*] Ad Atheniensium *βωμόν, ἐν ᾧ ἐπεγέγραπτο· Ἀγνώστῳ Θεῷ* respicere videtur. Act. 17, 23.

7. Act. 27 et 28.

10. *praelia*] Hor. Od. I, 3, 11 *nec timuit praecipitem Africum decertantem Aquilonibus*, ibid. 9, 9 *qui simul Stravere ventos aequore fervido Depraeliantes.*

12. *portum*] Melitae insulae.

14. Virg. Georg. III, 278 *aut unde nigerrimus Auster Nascitur et pluvio contristat frigore caelum.*

15. Brachia vitibus tribuere Maronis est Georg. II, 367 *Inde ubi iam validis amplexae stirpibus ulmos Exierint, tum stringe comas, tum brachia tonde.*

convectant, rapidos unde focos struant:
fascem quisque suum congerit ignibus
expectans calidi luxuriam rogi.
Paulus, dum fragiles cogere surculos
et densere foci congeriem studet,
incautam cumulis inseruit manum,
torpebat glacie pigra ubi vipera
sarmentis laqueos corporis inplicans:
quae postquam intepuit fomite fumeo
laxavitque ferox colla rigentia,
iam flecti facilis retulit ad manum
vibrato capite spicula dentium.
Haerentem digiti vulnere mordicus
pendentemque gerens Paulus inhorruit.
Exclamant alii, quod cute livida
virus mortiferum serpere crederent.
At non intrepidum terret apostolum
tristis tam subiti forma periculi:
attollens oculos sidera suspicit,
Christum sub tacito pectore murmurans
excussumque procul decutit aspidem.
Abiectus coluber verberat aera
atque oris patuli solvit acumina.
Mox omnis sanies deserit et dolor,
ceu nullo laceram vulnere dexteram,
siccatusque perit vipereus liquor.
Hydrum praecipitem dum rotat inpetus,
arsurum mediis intulit ignibus.
Sic nunc post hiemem vimque trucis freti
quo iactata ratis tunc sapientiae est,

19. *Expectant* P a. 20. *congere* E. 21. *densare* B W (supra) u Ald. Lugd. Sich. tres Gis. I Fabr. Grang. Chor. Poett. Amstr. 24. *laqueis* 1 a. 25. *fumido* gl. A. 34. *iam* Cell. Teol. 36. *substrato* a. 37. *Excussumque* omnes quotquot vidi codd. et edd. praeter Obb, qui *Excussamque* tacite reposuit. Aut scripturam codd. erroneam esse dicas, aut Prudentium voc. *aspis* communis generis, cuius est *anguis*, fuisse usum; *discutit* A E P nonnulli Heinss. a, *dispulit* vel *depulit* coni. Heins. ob praec. *Excussum*. 38. *Obiectus* a. 41. *dextram* 1 a m. 42. *uipreus* a. 46. *sapientia* Rat. (pro div. lect.) 1 m Ald. Lugd.

17. Hor. Epod. 2, 43 *Sacrum et vetustis exstruat lignis focum.*

35. Cfr. P. IX, 6 sqq. Ethnicis quoque in precando morem oculos in caelum attollendi fuisse, haud ignota res est. Sed Virg. Aen. IV, 688 *graves oculos conata attollere* Arev. male huc trahit.

37. Etiam P. X, 257 *sacratus aspis* a Prudentio dicitur.

cum sub sacricolis territa regibus
vix panso poterat currere carbaso,
afflictosque suos turbine seculi
vectarat rabidis fluctibus innatans:
morsum vulnificum lex pia pertulit.
Occultabat enim se prius abditum
virus, nec gravidum protulerat caput,
contentum involucris atque cubilibus
subter conprimere clausa silentia.
Sed dum forte latens inpietas riget,
dextram iustitiae pigra momorderat
succensi stomacho fellis inaestuans.
Heu quam catholicam nil prope profuit
puppim nasse sacri remigio stili,
quem Paulus variis gentibus edidit!
Vix portu placido tuta quieverat
victrix edomitis mille furoribus:
vix adstricta suis iam retinaculis
vectores stabili condiderat solo,
erumpit subito triste periculum.
Nam dum praecalidos igniculos sibi
solvendis adolent et senio et gelu,
dum virgas steriles atque superfluas
flammis de fidei palmite concremant,
ut concreta vagis vinea crinibus
silvosi inluviem poneret idoli,
palpavit nimius perniciem tepor.

47. *sacrilegis* margo trium Sich. Gis. ad oram. 50. *Vexarat* Rat. (pro div. script.) m, *Vectat* Lugd.; *rapidis* W Prag. Rat. m Fabr. Gis. Weitz. (non B) Cham. Obb., qui conferri vult Lucr. I, 15. Hor. Od. I, 12, 9. Tib. IV, 1, 141. Cic. Nat. D. II, 42, 106. Caes. b. civ. I, 50. Obbar. ad Boeth. p. 133. 52 sq. *se prius abdita. Viro nec grauidum* seqq. Rat. prioribus abrasis. 54. *inuoluclis* 2 α. Nihil erasum in a, ut Arev. venditat. 55. *cum premeret* P, *quo premeret* W (supra) Rat. m Ald. Lugd. Torn. Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. Cham. 58. *Succensis* 1 α. 59. *catholica* a; *propero fuit* A E, *properum* P; *Heu quum nil propero catholicam fuit* Laur. u. 60. *Puppim* ex nostris Prag. Rat. a m Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. Cell. Arev. Obb., *Pupem* α, *Puppem* A u Ald. Lugd. Weitz. Heins. Cham.; *enasse* utraque Gis. Grang. Amstr., *innasse* coni. Heins. 61. *Quam* 1 Rat. 63. *domitis* 1 m; *laboribus* supra *t furoribus* Rat. 65. *Victores* 1 α; *crediderat* coni. Heins. 66. *Erupit* u Ald. Lugd. 69. *Cum* a. 71. *Et* a. 72. *Silvoso* 1 α, *Solvosi* 2 α; *illuem* m; *idolii* Prag.; *Idoli illuem poneret impii* Rat. ex corr. 73. *perneciem* Rat. Weitz.

Seps insueta subit serpere flexibus
et vibrare sagax eloquii caput:
sed dextra inpatiens vulneris, inritos
oris rhetorici depulit halitus,
effusum ingenii virus inaniter
summa Christicolis in cute substitit.
Salvator generis Romulei, precor,
qui cunctis veniam das pereuntibus,
qui nullum statuis non operis tui
mortalem, facili quem releves manu:
huius, si potis est, iam miserescito,
praeruptam in foveam praecipitis viri.
Spirat sacrilegis flatibus inscius
erroresque suos indocilis fovet.
Obtestor, iubeas, ne citus inpetus
arsurum mediis inferat ignibus.

---

Credebam vitiis aegram gentilibus urbem
iam satis antiqui pepulisse pericula morbi,
nec quidquam restare mali, postquam medicina
principis inmodicos sedarat in arce dolores.
Sed quoniam renovata lues turbare salutem
temptat Romulidum, Patris inploranda medela est,

74. *Seps* E α m Latin. Viterbiensis ex coniectura teste Castalione var. lect. c. 22. Weitz. Heins. Cell. Arev. Obb. [Cfr. Arev. Prolegg. p. 174], *Spes* B W a u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. 75. *uibre* α. 77. *habitus* R. 84. *es* R II. 85. *Praeruptum* 1 α. 87. *indocibilis* 1 α.

*Lib. I. Incipit adversus Symmachum. Aurelii. Prūd. liber prior* Rat. m, Inscriptio α nulla, *Incipit Liber Primus* u, nil adnotat Mariettus ex Prag. Vv. 1...90. om. A. 2. *piacula* u. 4. *Pr. in medicos* R. 5. *luis* 1 α (non Laur.). [Cfr. Ps. 508]. 6. *medella* α.

74. Lucan. IX, 723 *Ossaque dissolvens cum corpore tabificus seps.* Cfr. Hesych. s. v. σῆπες, ζῶα, ἑρπετά, ὄφεις. Adludit ad etymon, σήπειν, *putrefacere*. Plin. XXIX, 5, 32, XXIII, 2, 29.

89. Ad v. 44 revertitur narratio.

1. Isid. VIII, 4. *Sola urbs Roma, caetera oppida.*

4. *principis*] *Constantini* Iso. Referas potius cum Gis. Cham. Arev. Obb. et aliis ad *Theodosium*, vid. 524 sqq.

5. *renovata lues*] de Constantio, Iuliano, Valentiniano, Valente aut nihil aut pigre prohibentibus deorum cultum accipit Cell. Ast Symmachum tangit.

ne sinat antiquo Romam squalere veterno,
neve togas procerum fumoque et sanguine tingui.
Inclitus ergo parens patriae moderator et orbis,
nil egit prohibendo, vagas ne pristinus error
crederet esse Deum nigrante sub aere formas?
aut elementorum naturam, quae Patris ars est
omnigeni, summa pro maiestate sacraret?
Vir solus, cui cura fuit, ne publica morum
plaga cicatricem summa leviter cute clausam
duceret et latebram tabentis vulneris alte
inpressam penitusque putri de pure peresam
iuncta superficies medico fallente foveret.
Sed studuit, quo pars hominis generosior intus
viveret atque animam letali peste piatam
nosset ab interno tutam servare veneno.
Illa tyrannorum fuerat medicina videre,
qui status ante oculos praesentibus ac perituris
conpeteret rebus nec curam adhibere futuris.
Heu, male de populo meriti, male patribus ipsis
blanditi, quos praecipites in tartara mergi
cum Iove siverunt multa et cum plebe deorum.
Ast hic inperium protendit latius aevo
posteriore suis cupiens sancire salutem:
nimirum pulcre quidam doctissimus „Esset
„publica res“ inquit „tunc fortunata satis, si
„vel reges saperent, vel regnarent sapientes.“
Estne ille e numero paucorum, qui diadema
sortiti aetheria coluerunt dogma sophiae?
Contigit ecce hominum generi gentique togatae
dux sapiens: felix nostrae respublica Romae
iustitia regnante viget: parete magistro

8. *tingi* Sich. tres Fabr. Gis. Arev. 10. *vagus* E P a. 11. *Credent* E P. 12. *natura* Ald. Lugd. 17. *per escam* α Ald. Lugd. 18. *favente* E P. 21. *Posset* a, coni. Burm. l. l. p. 265; *seruare ueterno* Rat. 23. *Quis* E P R a u. 25. *Ceu* a. 29. *augere* u. 32...116. unum forte folium explentes des. in Prag. 34. *aetheris* a. 37. *flet t fidet* 1 Rat.

9 *parens patriae*] Theodosius. Vid. Cod. Theod. XVII, 10, 15 (*Nullus omnino*).

22. *tyrannorum*] Magnentium una cum Eugenio et Maximo citari putat Arev., vv. 410, 463 parum feliciter in auxilium vocatis. Rectius de Iuliano et Valente explicaveris.

30. Praeclarum illud Platonis dictum Rep. V, p. 422. Cfr. Barth. Adv. XX, 18, Obb. ad Boeth. p. 8. 5.

sceptra gubernanti: monet, ut deterrimus error,
utque superstitio veterum procul absit avorum,
nec putet esse Deum, nisi qui super omnia summus
emineat magnique inmensa creaverit orbis.
Num melius Saturnus avos rexisse Latinos
creditur, edictis quis talibus informavit
agrestes animos et barbara corda virorum?
Sum deus, advenio fugiens, praebete latebras,
occultate senem nati feritate tyranni
deiectum solio. Placet, hic fugitivus et exul
ut lateam: genti atque loco Latium dabo nomen.
Vitibus incurvum, si qua est ea cura, putandis
procudam chalybem, nec non et moenia vestri
fluminis in ripa statuam Saturnia vobis.
Vos nemus adpositasque meo sub honore sacrantes —
sum quia nam caelo genitus — celebrabitis aras.
Inde deos, quorum patria spectata sepulcra
scimus, in aere hebetes informavere minores,
advena quos profugus gignens et equina libido
intulit Italiae: Tuscis namque ille puellis
primus adhinnivit simulato numine moechus.
Mox patre deterior silvosi habitator Olympi
Iuppiter incesta spurcavit labe Lacaenas,
nunc bove subvectam rapiens ad crimen amatam,

38. *teterrimus* 2 B Rat. Fabr. Gis. (non Gis. I) Heins. (non Cell.) 39. *Atque* a *vener.* R. 42...58. inscribb. *De Saturno* Rat. m. 42. *avus* E. 45. *Cum* a; *aduenienſ fugito* u. 49. *potandis* E P. 51. *nobis* O. 53. *Tum* a; *quoniam* p. *quia nam* u. 54. *Unde* a; *in patria* Cauch., *patrias* B I (i. e. cod. Iureti) W 1 m Weitz. Arev., *patriam* Rat. [sed ista productio in arsi II. pedis: Ps. 252. 481. 902. P. VII, 39, 59 etc., et quarti H. 724. Ps. 673. 687. P. X, 86, Prud. familiaris est, qui etiam ob caesuram breves syllabas saepe longas facit: A. 351. 418. 833. Ps. 41. 99. 685. 903. S. I. pr. 55. 60. P. IV, 15 etc.; loci autem, ubi ista productio in thesi invenitur A. 295. 899. 1080., corrigendi sunt omnes, vid. Schneider. „Elementarlehre d. lat. Spr." I. p. 705. Bach. et Ochsn. ad Ov. Met. I, 38. Obbar. ad Boeth. p. 138. *Obb.*]; *peccata* I Arev., *spectare* E P R Laur. u Weitz. 55. *minore* I pro div. lect. ad oram. 58. *adinnuit* α; *nomine* E a. 59...83. inscribb. *De Iove* Rat. m. 59. *sinuosi* Beeman. Weitz. 60. *incaestas* u Ald. Lugd. Sich. tres Gis. I, *incaestas* Grang. Chor. Poett., *incestas* Fabr. Gis. Amstr.; *clade* α pro var. lect. 61. *Tunc* a; *boe* Rat. 1 m (*boue* 2 m) Coler. ad Val. Max. p. 568, quem seq. Weitz.; *subiectam* B W Rat. a m, *subuectam* Gis. I.

42...58. *de Saturno* inscribb. edd. vett., cfr. varr. lectt.
48. Virg. Aen. VIII, 319 sqq., Lact. I, 14.
56. Virg. Georg. III, 92.
59...83. *de Iove* inscribb. edd. vett., cfr. varr. lectt. Vid. Apollod. III, 1, 1, 4, 1. 12, 2, Hygin. fab. 178, Lact. I. 11.
61. Ov. Met. II, 847 sqq.

nunc tener ac pluma levior, blandosque susurros
in morem recinens suave inmorientis oloris,
capta quibus volucrem virguncula ferret amorem.
Nunc foribus surdis, sera quas vel pessulus artis
firmarat cuneis, per tectum dives amator
imbricibus ruptis, undantis desuper auri
infundens pluviam, gremio excipientis amicae:
armigero modo sordidulam curante rapinam,
conpressu inmundo miserum adficiens catamitum,
pellice iam puero magis indignante sorore.
Haec causa est et origo mali, quod secla vetusto
hospite regnante crudus stupor aurea finxit,
quodque novo ingenio versutus Iuppiter astus
multiplices variosque dolos texebat, ut illum,
vertere cum vellet pellem faciemque, putarent
esse bovem, praedari aquilam, concumbere cycnum
et nummos fieri et gremium penetrare puellae.
Nam quid rusticitas non crederet indomitorum
stulta virum, pecudes inter ritusque ferinos
dedere sueta animum diae rationis egenum?
In quamcunque fidem nebulonis callida traxit

62. *Tunc* a; *tener ac* E I P R Laur. $\alpha$ a u Heins. Cham. Cell. Ans. Obb., *tenera* Rat. m Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Grang. Chor. Poett. Amstr. Arev. 63. *In more* $\alpha$. 64. *Rapta* a; *volucrum* Fabr. (Gis. corr. *volucrem*); *amantem* coni. Gronov. 65. *Tunc foribus surdis sura quas ve* a. 66. *Firmarant* I T a (non Laur.) Heins. Cham. Cell. Ans., *Firmant* $\alpha$. 69. *causante* E P 1 $\alpha$ a (non Laur.) 70. *Compresso* 1 $\alpha$; *cupiens* Ald. Lugd. Sich. tres Gis. I Grang. Chor. Poett. Amstr., *affigens* Gif. l. l. p. 302 Weitz. (non B P W Laur.). 71. *Paelice* E R Weitz., *Pelice* B W Rat. Laur.; *nam* 1 $\alpha$, *quam* a. 74. *Quotque* a. 75. *Multiplicesque dolos vultu texebat: ut illum* u. 77. *concingere* Rat. (supra *i concumbere*) cum gl. inepta *pro concinnere causa metri*) m, *confingere* u Ald. Lugd. Sich. tres Gis. I Coler. l. l. Grang. Chor. Poett. Amstr. 78. *serere* R II. m Gif. ex tribus vett. libb. in verbo *ninguere* Weitz. (non P), *serere i fieri* supra Rat. 79. *rusticitans* Rat. 80, *ritusque* I T $\alpha$ a (in quo *interitusque*) Ald. Lugd. Gif. l. l. p. 332 Weitz. Heins. Cell. Ans. Arev. Obb. [vid. S. II, 292. 293], *rictusque* B W Rat. m u Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. 81. *Degere* Gif. Weitz.; *diae* I (pro div. lect.) P $\alpha$ a cum vetustioribus Heins. Cell. Ans. Arev. Obb., *divae* m u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Gif. Weitz. Grang. Chor. Poett. Amstr., *et* B W. 82. *struxit* P a.

62. Hygin. 72.
66. Hor. Od. III, 16, Hygin. 63.
69. Cfr. Ov. Met. X, 155, Hygin. Poet. II, 16.
70. Festus: *catamit. pro Ganymede dixerunt.* Cfr. Arnob. IV, p. 145, Barth. Adv. XXIII, 7.
71. Sen. Herc. fur. I, 1.
77. Hor. Od. IV, 4, 1 sqq.

nequitia, infelix facilem gens praebuit aurem.
Successit Iovis inperio conruptior aetas:
quae docuit rigidos vitiis servire colonos,
expertes furandi homines. Hac inbuit arte
Mercurius Maia genitus, nunc magnus habetur
ille deus, cuius dedit experientia fures.
Nec non Thessalicae doctissimus ille magiae
traditur extinctas sumptae moderamine virgae
in lucem revocasse animas, Cocytia leti
iura resignasse, sursum revolantibus umbris:
ast alias dampnasse neci penitusque latenti
inmersisse Chao: facit hoc ad utrumque peritus
ut fuerit geminoque armarit crimine vitam:
murmure nam magico tenues excire figuras
atque sepulcrales scite incantare favillas,
vita itidem spoliare alios ars noxia novit.
Artificem scelerum simplex mirata vetustas
supra hominem coluit, simulans per nubila ferri
aligerisque leves pedibus transcurrere ventos.
Ecce deum in numero formatus et aeneus adstat
Graius homo augustaque Numae praefulget in arce.
Strenuus exculti dominus quidam fuit agri
hortorumque opibus memorabilis: hic tamen idem
scortator nimius multaque libidine suetus
rusticulas vexare lupas interque salicta

84...101. inscribb. *De Mercurio* Rat m. 89. *thessaliae* T 1$\alpha$ (non Laur.) Cell. Teol., *thessalicae magiae doctissimus ille* priorib. abr. Rat. 93. *alia* A E P. 94. *paratus* a. 98. *idem* A P a, *item* u. 101. *Aligeros* a. 102...115. inscribb. *De Priapo* Rat. m. 102. *foratus* O, *tornatus* coni. Heins. 103. *Gravis* 1 A; *angusta* I a; *aste* A. 104. *quondam* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. 107 *Rusticulas* A I R m u Ald. Lugd. Weitz. Aus. Arev. Obb., *Rusticolas* Laur. Rat. $\alpha$ a Sich. tres Gis. I Chor. Poett. Heins. Cell., *Ruricolas* Fabr. Gis. Grang. Amstr., idem alicubi invenit Iuretus, *Lustricolas* coni. Barth. Adv. X, 2; *salictas* I a (non Laur.), *salecta* Weitz. cum E.

84...101. *de Mercurio* inscribb. edd. vett., cfr. varr. lectt.

90. Virg. Aen. IV, 242 *tum virgam capit; hac animas ille evocat Orco Pallentes, alias sub Tartara tristia mittit, dat somnos adimitque, et lumina morte resignat.*

102...115. *de Priapo* inscribb. edd. vett., cfr. varr. lectt.

103. *Graius*] Virg. Georg. IV, 110 *Et custos furum atque avium cum falce saligna Hellespontiaci servet tutela Priapi*, cfr. Broukh. ad Tib. I, 4, 7, Arnob. III, 105. Numae arcem Cham. Ianiculum intelligit, in quo Numae sepulcrum, vel domum Numae in Vestae templum mutatam. In hoc quippe Fascinus a Vestalibus colebatur. Malim cum Arev. accipere de Roma ipsa, in cuius plateis Priapi imagines frequentes erant. Vid. Heindorf. ad Hor. Sat. I, 8, 2.

et densas sepes obscaena cubilia inire:
indomitum intendens animum semperque paratum
ad facinus, nunquam calidis dabat otia venis.
Hic deus e patrio praenobilis Hellesponto
venit adusque Italos sacris cum turpibus hortos,
sinum lactis et haec votorum liba quotannis
accipit ac ruris servat vineta Sabini,
turpiter adfixo pudeat quem visere ramo.
Herculeus mollis pueri famosus amore
ardor et in transtris iactata efferbuit Argo.
Nec maris erubuit Nemea sub pelle fovere
concubitus et Hylan pereuntem quaerere caelebs.
Nunc Saliis cantuque domus Pinaria templum
collis Aventini convexa in sede frequentat.
Thebanus iuvenis superatus fit deus Indis,
successu dum victor ovans lascivit et aurum
captivae gentis revehit spoliisque superbus,
diffluit in luxum cum semiviro comitatu,
atque avidus vini multo se proluit haustu,
gemmantis paterae spumis mustoque falerno

109. *Indomito intendens animo semperque parato* coni. Heins., *Indomitum intendens nervum* coni. Gronov. 111. *et patrio* m u Weitz. 112. *sacris cultoribus* A E I P a, in quo fuit *sacros*. 113. *quodannis* Weitz. cum E. 115. *puderat* E P. 116...121. inscribb. *De Hercule* Rat. m. 116. *Herculeos* A. 117. *et* om. u (non Laur.); *iactata efferbuit Argo* B Laur. Prag. Rat. (supra *i ae*) a (*iacta*) m u Sich. tres Gis. I Weitz. (cum E *efervuit*) Grang. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev. Obb., *iactatae ferbuit Argo* α Ald. Lugd., *iactatae fervuit Argo* P, *iactata ferbuit Argo* T, *iactatae efferbuit Argo* Fabr. Gis., *iactatae efferbuit Argus* coni. Heins. 118. *efferbuit* o; *necmea* a, *nemaea* m, *Nemeaea* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr.; *foveri* O, *movere* 1 a. 119. *Hyla* R. 122...163. inscribb. *De Libero qui etiam Bachus* (sic) Rat. m. 125. *Defluit* Rat. 126. *hastum* 1 a, *haustum* 2 α. 127. *multoque* B W (supra *novo* quod *musto* respondet) m Ald. Lugd. Sich. tres Torn. Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr., *Gemmatis paterae sefumis: multoque* u.

116...121. *de Hercule* inscribb. edd. vett., cfr. varr. lectt. Vid. Apollod. I, 9, 19, II, 1, 3. 5, 1.

119. Vid. Serv. in Virg. Ecl. VI, 43.

120. Numa Marti Gradivo duodecim viros legit a solenni saltu, quo in sacris utebantur, Salii appellati, vid. Liv. I, 20, Min. Fel. XXV, 13, Fenestella (A. D. Fiochi de magistratibus, Sacerdotiisque Romanorum p. 21). Sed Salii sacerdotes Martis et Herculis erant, Serv. in Virg. Aen. VIII, 275: *secundum ritum pontificalem idem Hercules est, qui et Mars*. Cfr. Ambrosch. Studien u. Andeutungen im Gebiete des altrömischen Bodens etc. I, p. 153. Contra Macrob. Sat. I, 30.

122...163. *de Libero qui et Bacchus* inscribb. nonnullae edd. vett., cfr. varr. lectt. — *Thebanus iuvenis*] Bacchus, qui et Bromius (*βρέμειν*) v. 131. Vid. Virg. Aen. IV, 130, Plin. H. N. VIII, 2.

perfundens biiugum rorantia terga ferarum.
His nunc pro meritis Baccho caper omnibus aris
caeditur et virides discindunt ore chelydros,
qui Bromium placare volunt: quod et ebria iam tunc
ante oculos regis Satyrorum insania fecit,
et fecisse reor stimulis furialibus ipsas
Maenadas inflammante mero in scelus omne rotatas.
Hoc circumsaltante choro temulentus adulter
invenit expositum secreti in littoris acta
corporis egregii scortum, quod perfidus illic
liquerat incesto iuvenis satiatus amore.
Hanc iubet adsumptam fervens post vina neaeram
secum in deliciis fluitantis stare triumphi
regalemque decus capitis gestare coronam.
Mox Ariadnaeus stellis caelestibus ignis
additur, hoc pretium noctis persolvit honore
liber, ut aetherium meretrix inluminet axem.
Tantum posse omnes illo sub tempore reges,
indocilis fatui ducebat ineptia vulgi,
ut transire suis cum sordibus induperator
posset in aeternum caeli super ardua regnum.
Regia tunc omnis vim maiestatis et omnis,
parva licet, caeli inperium retinere potestas
credita: ture etiam ducibus parvoque sacello
inpertitus honos, quem dum metus aut amor aut spes
accumulant, longum miseris processit in aevum

128. *in iugum* 1 Rat. 130. *Creditur* Prag.; *chelindros* Prag., *chelindris* supra *o* Rat., *chelyndros* 2 m, *celindros* supra *chel.* B W. 131. *placere* 1 Rat. 1 m. 134. *rotatus* P. 135. *Hic* Prag.; *merulentus* coni. Barth. 137. *cortum* 1 A a; *perfidus illis* Ald. Lugd. 138. *ingesto* E. 139. *Neaetram* B, *neaerem* 1 α a, *neeram* u, *Neaeram* edd., sed est appellativum. 140. *in delicias* u. 142. *ariagneus* Prag., *ariadneus* Rat., *arianneus* α, *adriadneus* u. 143. *honorae* coni. Heins. [P. IV, 56], *hunc...honorem* Gronov. l. l. 144. *aethereum* u; *arcem* Prag. 145. *illo sed tempore* T. 146. *fatuique docebat* P, *fatuique dicebat* Prag. 148. *Possit* Rat. 151. *tura* E R W supra, *thura* u; *parvusque* E P 2 R, *parilisque* coni. Heins.; *thura et ducibus parvusque* I. 152. *Inperatus* 1 A, *impartitus* u; *metus aut honor* A I P a.

130. *chelydros*] Arnob. V, p. 169: *in quibus (Bacchanalibus) furore mentito ... vos circumplicatis anguibus... caprorum reclamantium viscera cruentatis oribus dissipatis* ib. Herald. V.

135 sqq. Theseum et Ariadnen tangunt: *neaera*, quaevis meretrix, hic Ariadne, Omphale P. X, 240.

mos patrius; coepit falsae pietatis imago
ire per ignaros nebuloso errore nepotes.
Tum quia, quae vivis veneratio regibus ante
contigerat, functis eadem iam munere lucis
cessit et ad nigras altaria transtulit urnas.
Inde puellarum ludibria, pignera, partus
et furtivus amor iuvenum et deprensa iugalis
conruptela tori, quoniam regalibus aula
fervere tunc vitiis solita est, nec perdita luxu
divorum soboles sancti meminisse pudoris.
Atque ut, Roma, tuos caelesti ex sede parentes,
quis te semideam iactant auctoribus ortam,
praestringam breviter, Gradivum vel Cytheream:
ille sacerdotem violat, contra illa marito
succumbit Phrygio: coitus fuit inpar utrique,
nec terrestre deam decuit mortalis obire
coniugium, nec caelicolam descendere ephebum
virginis ad vitium furtivoque igne calere.
Sed Venus augusto de sanguine femina vili
privatoque viro vetitum per dedecus haesit.
Et si Rhea sacram lascivi Martis amore
lusa pudicitiam fluviali amisit in ulva:
crediderim, generosae aliquem stirpis, sed eundem

156. *Tunc* α Ald. Lugd.; *quia* Laur. et supra *t quoque* m, *quoque* R Prag. Rat. a u Weitz. (non B) Arev. 159 sq. *raptus...defensa* coni. Gronov. l. l. 160. *deprehensa* a u Ald. Lugd. 163. *subolis* P α, *sobolis* A (non Laur.). 164...196. inscribb. *De Marte et Venere, iunone et Cybele* Rat. m. 164. *Romanos* supra *t Roma tuos* m. 165. *Queis* Gis. (non Gis. I) Arev.; *auctam* Weitz. cum W supra et Gif. p. 310 (non Laur.).
166. *Perstringam* Laur. Prag. α a u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. Aus.; *Cytherean* Heins. Cham. Cell.
168. *Succubuit* 1 W Prag. Rat. Fabr. Gis. (non Gis. I) Weitz. Arev. (non Laur. α a m u). 169. *mortalis obire* B (sed prius aliud quid adfuisse docet rasura) I uterque R W (supra) α Heins. Cham. Cell. Teol. Aus. Obb., *mortalis inire* Gis. Grang. Amstr., *mortali sobire* A, *mortale subire* T W Laur. Prag. Rat. a m u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. Gif. ex vet. lib. Arev. 171. *furtiuoue* Prag. m u. 174. *Et citherea* A P [et Prag. ap. Arev., sed nil notat Mariettus; intelligit, opinor. cod. u], *Et cytherea sacram laxiui* u. 175. *Nisa* W supra; *misit* a, ubi subinde *in uluam* a pr. man.

163...195. *de Marte, Venere, Iunone et Cybele* inscribb. nonnullae edd. vett., cfr. varr. lectt. De *Marte Gradivo Rheae sacerdotis violatore* Ov. Fast. III, 11, de *Venere Cytherea* (vid. de hoc verbo Peerlkamp. ad Hor. Od. I, 4, 5), et de *Anchise Phrygio* Ov. Trist. II, 299, Lact. I, 17, et de *matre deum Cybele* v. 187, Plin. VII, 3, Lact. II, 8.

moribus infamem, conpressa virgine per vim,
se dixisse deum, ne stuprum numinis ullus
obicere auderet turpi miseraeque puellae.
Haec Italos induxit avos vel fama vel error,
Martia Romuleo celebrarent ut sacra campo,
utque Palatinis Capitolia condita saxis
signarent titulo proavi Iovis atque Pelasgae
Palladis et Libyca Iunonem ex arce vocarent,
cognatos de Marte deos: Veneris quoque nudum
accirent proceres Erycino e vertice signum;
utque deum mater Phrygia veheretur ab Ida,
Bacchica de viridi peterentur ut orgia Naxo:
facta est terrigenae domus unica maiestatis,
et tot templa deum Romae, quot in orbe sepulcra
heroum numerare licet, quos fabula manes
nobilitat, noster populus veneratus adorat.
Hos habuere deos Ancus, Numitor, Numa, Tullus,
Talia Pergameas fugerunt numina flammas:
sic Vesta est, sic Palladium, sic umbra Penatum,
talis et antiquum terror servavit asylum.

179. *audiret* R. 185. *Cognatos det Sparta deos* coni. Barth. ad Claud. p. 380, *de Matre* coni Gis. prob. Cham. 186. *e* om. Weitz.
188. *Bacchia* R II, *Bacchida* A a. 190. *orbe* R II T 1 α 1 m cum suis omnibus Weitz. Heins. Cell. Ans Arev., *urbe* 2 α a 2 m u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. Teol. Obb. 191. *numerari* Sich. I II (non III), quod ediderat Ald., sed emend. in *numerare*; *quod* coni. Arev.; *manens* E, *inanes* Marietto esse videtur in Prag. 193. *tellus* a. 194. *fugierunt* Prag. 196. *antiquam* O; *terror servavit* Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. Obb. (ex quibus codd.?), *servavit terror* α a m u Weitz. Heins. Cell. Ans. Arev., *terra asservavit* Ald. Lugd., *reseravit terror* coni. Heins., *sacravit terror* Gronov.

181 sqq. *Rom.... campo*] Romam ipsam aut agrum Romanum significari apparet. *Sacra Martia* sunt *Equiria*, vid. Ov. Fast. II, 957, III, 517, Varron. L. L. v. p. 32. (Putsch.)

182 sq. *Capitolia...Iovis*] Haec verba Obb. de Iove Capitolino interpretatur. Sed accuratius Iovis Capitolini, Iunonis, Palladis templa intelliguntur, quippe quae in Capitolio aedificata extarent. Idem subinde ita minus feliciter disserit: „mons autem Capitolinus a Palatino foro interiacente [Ambrosch. l. l.] cum longe diversus fuerit, prolepsin, quam vocant, historicam in his vv. inesse arbitror, ita ut *Palat. saxa.* idem significet, quod *in colle Romano.* Sequitur igitur Prudentius Virgilium (Aen. IX, 9.), Propert. (V, (IV), 9, 3: *Venit ad invictos pecorosa Palatia montes*), Ovid. (met. XIV, 622) aliosque, qui *Palatin.* voce, quod, quae pars Romae circa Palatinum montem iacebat, antiquissima fuit, pro *Roman.* utuntur; vid. C. G. Iacob. Quaest.. epic. p. 188." Errat nimirum de *Palatinis saxis.* Rectum iam vidit Cham., etenim aedes Capitolinae saxis vicinissimi Palatini montis conditae sunt, nisi forte cum Cellario laxe hic nomen Palatini, unde Romae exordia, pro quovis colle Romano dictum accipere malis. Cfr. infra 551 *Evandria curia.*

Ut semel obsedit gentilia pectora patrum
vana superstitio, non interrupta cucurrit
aetatum per mille gradus: tener horruit haeres,
et coluit, quidquid sibimet venerabile cani
monstrarant atavi: puerorum infantia primo
errorem cum lacte bibit: gustaverat inter
vagitus de farre molae, saxa inlita ceris
viderat unguentoque lares humescere nigros.
Formatum Fortunae habitum cum divite cornu
sacratumque domi lapidem consistere parvus
spectarat matremque illic pallere precantem.
Mox humeris positus nutricis trivit et ipse
inpressis silicem labris, puerilia vota
fudit, opesque sibi caeca de rupe poposcit,
persuasumque habuit, quod quis velit, inde petendum.
Nunquam oculos animumque levans rationis ad arcem
rettulit, insulsum tenuit sed credulus usum
privatos celebrans agnorum sanguine divos.
Iamque domo egrediens, ut publica festa diesque
et ludos stupuit, celsa et Capitolia vidit,
laurigerosque deum templis adstare ministros,
ac sacram resonare viam mugitibus, ante

197...218 inscribb. *Unde error invaluit* Rat. m. 198. *Una* Prag. a. 201. *Monstrarent* Rat.; *prima* P Prag. Rat. m Sich. tres Gis. I Grang. (*prema*). 202. *gestaverat* 1 m. 204. *ungentoque* a m. 209. *Inpressit* A E I P a. 210. *opemque* Rat. Weitz.; *caesa* ex Heinsii coniectura Cell. Teol. (non α a m u). 211. *quid* B Sich. tres Fabr. (non Ald.) Chor. Poett. 212. *Non qui* Ald. Lugd. Sich. tres Torn. Fabr. Chor. Poett.; *animamque* E I P a. 215. *Namque* 1 m. 217. *Lanigerosque* 2 Rat.; *templi* 1 m. 218. *At* Ald. Lugd. Sich. II (non I III), *Ad* Amstr. Obb. (e codd.?).

197...218 *unde error invaluerit* inscribb. nonnullae edd. vett., cfr. varr. lectt.

203. *saxa inlita*] „Intelligo ob verba, quae sequuntur, et h. l. et H. 404. statuas sive osculando sive prehendendo sordidas factas et quasi cera obductas, vid. Rames. ad Martial. I, 92 (93), 7, VI, 53, Interpp. ad Ov. Met. VIII, 670. Sed adv. Symm. II, 42 ad picturam ceream refero (Plin. H. N. XXI, 14, XXXV, 11.), quam male Apoth. 457 Arev. indicari putat, ubi poeta Iuvenal. X, 55 imitatur: *fas est genua incerare deorum*. Schol. ad h. l. (Heinrich. p. 267) explicat: *in signis insignare, vota facere*, quoniam tabulae cereae, in quibus vota inscripta erant, deorum genubus adfigebantur, vid. Apul. Apol. p. 309, 12: *votum in alicuius statuae femore adsignasti*. Herald. ad Arnob. VI, p. 202. Aliter Lucian. Philopseud. 20: *νομίσματα ἔνια ἀργυρᾶ πρὸς τὸν μηρὸν κηρῷ κεχολλημένα καὶ πέταλα ἐξ ἀργύρου εὐχαί τινος*. Philostr. heroic. 11, 1: *οἱ ἁλείφοντές τε καὶ ἐπισφραγιζόμενοι τὰς εὐχὰς ἐξηλλάγασι τοῦ εἴδους*. Ian. Rutgers. Var. Lect. V, 4." *Obb.*

218. *Sacra via*, quae per forum Romanum in Capitolium ferebat, inter

Delubrum Romae — colitur nam sanguine et ipsa
more deae nomenque loci ceu numen habetur,
atque Urbis Venerisque pari se culmine tollunt
templa, simul geminis adolentur tura deabus —
vera ratus, quaecunque senatu auctore probentur,
contulit ad simulacra fidem dominosque putavit
aetheris, horrifico qui stant ex ordine vultu.
Illic Alcides spoliatis Gadibus hospes
Arcadiae fulvo aere riget: gemini quoque fratres
conrupta de matre nothi, Ledeia proles,
nocturnique equites, celsae duo numina Romae
inpendent retinente veru magnique triumphi
nuntia, suffuso figunt vestigia plumbo.
Adsistunt etiam priscorum insignia regum,
Tros, Italus Ianusque bifrons genitorque Sabinus
Saturnusque senex maculoso et corpore Picus,
coniugis epotum sparsus per membra venenum.

219...244 inscribb. *De simulacro Romae, et variis simulacris* Rat. m. 223. *senatu auctore probentur* A R T Ald. Lugd. Sich. tres Torn. Chor. Poett. Gall. Obb., *senatu auctore probantur* E I P W (supra) a, *fiant auctore senatu* R II W (*fuant* ad oram et Coler.) Prag. m (in quo *senatu*) u Fabr. Gis. Weitz. Grang. Amstr. Heins. Cell. Ans. Arev, *cluant* Cauch. ex scriptis, *fiant quaecumque* rec. man. Rat. Quamquam P. VI. 83. X, 815, 855. XIII, 59. syllabam primam verbi *fio*, a vett. poetis productam (vid. Schneider. Elementarlehre p. 100. Grotefend. lat. Gramm. §. 6. 21.) Prud. corripit (vid. Pseudo Tertull. adv. Marc. II, 228: *Saxa fiunt* etc. Arator. *Credite uera fiunt* etc. Dracont. de Deo III, 140: *Sin iactura fiat*, ubi Ar. *fuat* vel *siet* male coni., vid. C. E. Glaeser.: Carm. de Deo, quod Drac. etc. in progr. schol. Frideric. Vratislav. ad h. l.) nihilominus hoc et v. 504 optimi codd. sequendi. 224. *putabit* a. 226. *gradibus* 2 Rat. a 1 u. 227. *Archadio* Prag., *Arcadia* Rat. m, *Arcadii* coni. Gron. l. l., *Arcadis e* coni. Heins. 228. *de matre riget* cum gl. *in statuis aureis* Prag. 229. *auo* p. *duo* a; *nomine* 1 α, *nomina* 2 α. 230. *Inpendent retinente veru* A O R T α u Heins. Cell. Ans. Arev. Obb., *Inpendent retinentque veru* Prag. Rat. unus R ap. Heins. m cum gl. *hastam* Fabr. Gis. Weitz. cum suis, *Inpendent retinente solo* l a Ald Lugd. Sich. tres Gis. I Grang. Chor. Poett. Amstr., *Dependent retinente solo* alter R ap. Heins. [Plaut. Truc. II, 7, 66. Virg. Aen. VII, 665] 231. *suffulso* A, *suffosso* E P. 233. *Tros* E Rat a u Cauch. Gis. Heins. Cham. Cell. Ans. Obb., *Dros* O α supra pro div. lect., *ros* a, in quo quidem literae initiales abhinc desunt usque ad 422, *Dux* B W m Ald. Lugd. Sich. tres Gis. I Fabr. Weitz. Grang. Chor. Poett. Amstr. Arev. interpunctione oppressa; *italus* supra *salius* W m.

urbanas celeberrima. Etiam Athenis Eleusinem ὁδὸς ἱερά ferebat, alia Elide Olympiam, vid. Paus. I, 36, 3, V, 27, 4.

219...244 *de simulacro Romae* inscribb. nonnullae edd. vett., cfr. varr. lectt.

233. *Tros*] Aeneas Troianus, vid. Virg. Aen. VI, 52 *Cessas in vota precesque, Tros, ait, Aenea;*

234. *Picus*] Virg. Aen. VII, 189

Omnibus ante pedes posita est sua cuique vetusta
arula. Iano etiam celebri de mense litatur
auspiciis epulisque sacris, quas inveterato,
heu miseri, sub honore agitant et gaudia ducunt
festa Calendarum. Sic observatio crevit,
ex atavis quondam male coepta, deinde secutis
tradita temporibus serisque nepotibus aucta
traxerunt longam corda inconsulta catenam
mosque tenebrosus vitiosa in secula fluxit.
Hunc morem veterum docili iam aetate secuta
posteritas mense atque adytis et flamine et aris
Augustum coluit, vitulo placavit et agno.
Strata ad pulvinar iacuit, responsa poposcit:
testantur tituli, produnt consulta senatus,
caesareum Iovis ad speciem statuentia templum.
Adiecere sacrum, fieret quo Livia Iuno,
non minus infamis thalami sortita cubile,
quam cum fraterno caluit Saturnia lecto.
Nondum maternam partu vacuaverat alvum
conceptamque viri sobolem paritura gerebat
pronuba, iam gravidae fulcrum geniale paratur,
iam sponsus saliente utero nubentis amicos
advocat, haud sterilem certus fore iam sibi pactam.
Vitricus antevenit tardum praefervidus ortum

236. *sua cuique vetusta* A R T W ad oram 2 Laur. α m (supra pro div. lect.) u Ald. Lugd. Sich. tres Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr., quo spectat *sua cuique vetusto* a, *vetustas* E P 1 Laur., *sua cuique sordens* O W m Fabr. Weitz. Heins. Cell. Ans. Arev. [Cfr. S. II, 35]. 237. *Agna Ianoque* E P; *de mense ligatur* a. 239. *miseri...dicunt* u, *miseris... dicunt* A [Cfr. Burm. ad Prop. p. 47]. 240. *Kalendarum* Laur. u. 244. *Moxque* α. 245...250 inscribb. *De simulacro Augusti* Rat. m. 246. *mensae* A vetustiores Heinss., *mensa* P R Prag u Cauch. 251...270 inscribb. *De simulacro. Liuviae Uxoris Augusti* Rat. m. 251. *Adiacere* α Ald. Lugd.; *Libia* A. 256. *tam* W, *tum* u; *fulcrum et geniale* A O R T Laur. Prag. α m u Ald. Lugd. Weitz. (non B); *parantur* O Laur. α Ald. Lugd.

239. *sub honore*] „Sub specie publicae hilaritatis omnis generis lascivia et superstitiones Kalendis Ianuariis colebantur, qui mos ab ethnicis in Christianos transfusus fuit, a S. Maximo homilia de Kalendis Ianuariis acriter notatus.“ *Cell.*

245...250 *de simulacro Augusti* inscribb. nonnullae edd. vett., cfr. varr. lectt.

251...270 *de simulacro Liviae Augustae* inscribb. nonnullae edd. vett., cfr. varr. lectt., — *Livia*] Tiberii Claudii Neronis, dein Augusti post Scriboniam uxor a Claudio Caes. consecrata, vid. Dion. Cass. LX, 5, Suet. Claud. 11. De subsqq. cfr. Suet. Aug. 62, Herzberg. l. l. p. 44 sqq.

privigni nondum geniti, mox editur inter
Fescennina novo proles aliena marito.
Idque deum sortes, id Apollinis antra dederunt
consilium: nunquam melius nam cedere taedas
responsum est, quam cum praegnans nova nupta iugatur.
Hanc tibi, Roma, deam tituiis, et honore sacratam
perpetuo Floras inter Veneresque creasti.
Nec mirum: quis enim sapiens dubitaverit, illas
mortali de stirpe satas vixisse et easdem
laude venustatis claras in amoribus usque
ad famae excidium formae nituisse decore?
Quid loquar Antinoum caelesti in sede locatum?
illum delicias nunc divi principis, illum
purpureo in gremio spoliatum sorte virili
Adrianique Dei Ganymedem, non cyathos dis
porgere, sed medio recubantem cum Iove fulcro,
nectaris ambrosii sacrum potare Lyaeum,
cumque suo in templis vota exaudire marito?
Ergo his auspicibus Traianus, Nerva, Severus
et Titus et fortes gesserunt bella Nerones,
quos terrena viros inlustres gloria fecit
et virtus fragilis provexit in ardua famae

260. *aeditum* Sich. I II, *aedituum* Sich. III. 262. *Atque* A E P, *Utque deum sortes, sic Apollinis antra dederunt* Gif. p. 342, *et Ap.* p. *id Ap.* u Ald. Lugd. 263. *credere thedas* P a, *credere taedas* E W supra, *cederet aedes* Ald. Lugd. 264. *vocatur* W supra, *uocatur* supra *l iugatur* m. 266. *flores* m Ald. Lugd.; *Veneremque* Prag. 267. *dubitaverit* bini R u Cauch. Chor. Poett. Heins. Cham. Cell. Ans. Obb., *dubitaverat* α a m cett. Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Grang. Amstr. Arev. 270. *enituisse* Cauch. Weitz., ut videtur cum suis.

271...296 inscribb. *De cultu Adriani et catamiti eius* Rat. m. 271. *in* om. Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. 273. *morte* Fabr. 274. *non erat os* Ald. Lugd.; *diis* Laur a u Ald. Lugd. Fabr. Gis. (non Gis. I) Arev. 275. *Pergere* A Ald. Lugd. 276. *portare* Ald. Lugd. Sich. tres Gis. I Grang. 278. *aspicibus* Lugd. 281. *fragiles* T.

262. *Apollinis antra*] Non de Apollinis oraculo somniandum. Quomodo locus sit capiendus, Dion. Cass. docet XLVIII, 44 *καὶ πυθομένων τῶν ποντιφίκων ... ἀπεκρίνατο*, et Tac. Annal. I, 10 *abducta Neroni uxor, et consulti per ludibrium pontifices, an concepto necdum edito partu rite nuberet.*

271...296 *de cultu Hadriani et Catamiti eius* inscribb. nonnullae edd. vett., cfr. varr. lect., — *Antinous* Hadriani amasius Claudiopoli oriundus (Dion. LXIX, 11), cui post obitum in ipso lunae circulo sedes fuit adsignata, vid. Dion. l. l.

277. *vota exaudire*] Spart. Hadr. 14: *Antinoum suum dum per Nilum navigat, perdidit Hadr.... Graeci quidem volente Hadriano eum consecrarunt oracula per eum dari adserentes.*

adscitae terris sub religione iacentis.
Quam pudet hoc illis persuasum, talibus ut se
Romanasque acies censerent Martis amore
posse regi, dum se Paphiae male blandus adulter
venditat Aeneadasque suos successibus auget?
Felices, si cuncta Deo sua prospera Christo
principe disposita scissent, qui currere regna
certis ducta modis Romanorumque triumphos
crescere et inpletis voluit se infundere seclis.
Sed caligantes animas et luce carentes
in Iovis Augustique adytis templisque duarum
Iunonum Martisque etiam Venerisque sacellis
mactatas tetro leti inmersere barathro,
supremum regimen crassis in partibus orbis
esse rati mersoque poli consistere fundo.
Quidquid humus, quidquid pelagus mirabile gignunt,
id duxere deos: colles, freta, flumina, flammas.
Haec sibi per varias formata elementa figuras
constituere patres, hominumque vocabula mutis
scripserunt statuis vel Neptunum vocitantes
oceanum vel Cyaneas cava flumina Nymphas
vel silvas Dryadas, vel devia rura Napaeas.
Ipse ignis, nostrum factus qui servit ad usum,
Vulcanus perhibetur et in virtute superna
fingitur, ac delubra Deus et nomine et ore

282. *Adscitae...iacentis* E W Prag. m Weitz. Amstr. Heins. Aus. Obb., *Adscitae...iacentes* B Laur. Rat. a u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. (*iacenteis*) Grang. Chor. Poett., *Adscita e...iacentes* α Arev., *Adscita...iacentes* ex Heinsii coniectura Cell. Teol. 285. *cum* Rat. Weitz. cum B. 288. *deposita* u. 289. *triumphis* Prag. Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. 290. *se* exc. a. 292. *angustique* a. 294. *baratri* Prag. 295. *orbem* Ald. Lugd. 296. *Heserat immersoque* ad oram *t Esse rati* m. 297...308 inscribb. *De culturis elementorum sub specie quorundam non deorum sed demonum* Rat. m. 297. *gignit* W (supra *gignunt*) 2 α a Weitz. (non B P Laur.) Arev. 298. *Induxere* O R II Prag. Rat. m Coler. ad Val. Max. p. 568 Weitz., *dduxere* (lit. initiali omissa, cfr. ad v. 233) a, quod *Id duxere* vel *Adduxere* legi potest, *Id dixere* R, *Induxere deo* sive *deis* coni. Heins. 299. *tibi* u; *formant* A E I P W (supra) 2 α Ald. Lugd., *format* 1 α; post *figuras* puncto distinguitur in u. 303. *silvam* Ald. Lugd; *Napeas* m u Weitz., *napheas* Prag. a. 304. *Ignis ipse* inv. u. 305. *qui in* P, *qui* p. *et in* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. 306. *deis et nomine et ore Assimulatus* coni. Heins.

292 sq. *duarum Iunonum*] Vid. supra 251.

297..308 *de cultu elementorum sub specie quorundam non deorum, sed daemonum* inscribb nonnullae edd. vett. cfr. varr. lectt.

adsimulatus habet nec non regnare caminis
fertur et Aeoliae summus faber esse vel Aetnae.
Est qui conspiculs superos quaesivit in astris
ausus habere deum Solem, cui tramite certo
conditio inposita est vigilem tolerare laborem,
visibus obiectum mortalibus, orbe rotundo
praecipitem teretique globo per inane volantem,
et, quod nemo negat, mundo caeloque minorem.
Area maior enim, quam qui percurrit in illa,
et longe campi spatium diffusius, in quo
emicat ac volucri fervens rota volvitur axe.
Quamvis nonnullis placeat terram breviore
dicere circuitu, quam sit pulcerrimus ille
circulus et flammas inmensi sideris ultra
telluris normam porrecto extendere gyro.
Numne etiam caeli minor et contractior orbis,
cuius planitiem longo transmittere tractu
circinus excurrens meta interiore laborat?
Ille Deus verus, quo non est grandior ulla
materies: qui fine caret, qui praesidet omni
naturae, qui cuncta simul concludit et inplet.
Solem certa tenet regio, plaga certa coercet.
Temporibus variis distinguitur: aut subit ortu,
aut ruit occasu, latet aut sub nocte recurrens:
nec torquere facem potis est ad signa Trionum,
orbe nec obliquo portas Aquilonis adire,
nec solitum conversus iter revocare retrorsum.

307. *Assimilatus* u Ald. Lugd. Weitz. (non B) Teol.; *nec iam* supra *l non* Rat. m, *nec iam* Prag. Weitz. 308. *et Aeoliu...sub Aetna* Fabr., *et deolie* R. 309...353 inscribb. *De cultura Solis, quem putant Apollinem* Rat. m. 309. *conspicuus* A a. *conspicuos* P (non Laur.). 310. *tramite recto* u. 315. *procurrit* coni. Heins.; *illam* A. 317. *Emicat hic volucri* Prag., *Emicat avolucri* l m. 318 *breviore* A E P R α Ald. Lugd. Gis. ad oram Obb., idem exhibere videtur Rat., cum nil adnotaverit in Aldina sua Marietlus, *breviorem* T Laur. Prag. a m u Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Grang. Chor. Poett. Amstr. Heins. (cuius alii fere *breviore* praeter T) Cell. Ans Arev. 320. *Circinus* alt. supra P. 322. *Nonne* a; *caelo* cod. Cauch. 323. *cursu* supra *l tractu* Rat. 324. *interiora* a; *laboret* Prag. 325. *Nonne* fortassis A, nam cod. a ab Obbario citatus legit *Ille*. 327. *Natura* l α. 328. *Molem* a; *regia* Ald. Lugd. 329. *ortus* Prag. 331. *Non* Ald. Lugd. Sich. tres Gis. l Grang. Chor. Poett. Amstr.; *faciem* R; *potes* l m.

309...353 *de cultura solis, quem credunt Apollinem* inscribb. nonnullae edd. vett., cfr. varr. lectt.

331. *Triones* (septentriones, ἅμαξα) sidus ursae maioris seu plaustri, vid. Gell. N. A. II, 21.

Hic erit ergo Deus praescriptis lege sub una
deditus officiis? Libertas laxior ipsi
concessa est homini, formam cui flectere vitae
atque voluntatis licitum est, seu tramite dextro
scandere, seu laevo malit decurrere campo,
sumere seu requiem, seu continuare laborem,
seu parere Deo, sive in contraria verti.
Ista ministranti regimen sollempne dierum
haudquaquam Soli datur a factore potestas:
sed famulus subiectus agit quodcunque necesse est.
Hoc sidus currum rapidasque agitare quadrigas
conmenti, et radios capitis et verbera dextrae
et frenos phalerasque et equorum pectora anhela
aeris inaurati vel marmoris aut orichalci
iusserunt nitido fulgere polita metallo.
Post trabeas et eburnam aquilam sellamque curulem
cernuat ora senex barbatus et oscula figit
cruribus aenipedum, si fas est credere, equorum,
inmotasque rotas et flecti nescia lora
aut ornat redimita rosis aut ture vaporat.
Hoc tamen utcunque est tolerabile. Quid, quod et ipsae
dant tibi, Roma, deos inferni gurgitis umbrae?
Eumenidum domina Stygio caput exerit antro

334. *Ergo erit ille deus praescriptis lege sub una* Prag., *praescriptus* Rat. 341. *ministrante* 1 α (non Laur.). 343. *ait* Ald. Lugd. 345. *et capitis radios* u Fabr. Gis. (non Gis. I), *et rapidos capitis* a. 346. *Ut* a, sed prima lit. aliena man. apposita. 347. *inauratis* a, *inaurata* Ald. Lugd.; *auricalchi* α, *orichalchi* u. 350. *Cernuaque* 1 m u Ald. Lugd. Sich. tres Gis. Fabr. Grang. Chor. Poett. Amstr. 351. *aenipedum* B W vetustiores Heinss. α m u Sich. tres Fabr. Gis. (non Gis. I) Weitz. Grang. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Ans. Arev., *aeripedum* a Ald. Lugd. Gis. ad oram Obb. 353. *tura* a. 354...378 inscribb. *De lunae cultura, quam et Dianam dicunt* Rat. m. 354. *tolerare* Lugd.; *et ipse* P Rat., *et istos* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett., *et ipsa* Grang. 356. *Regina Eumenidum stygio* priorib. abr. Rat.

345. *verbera dextrae*] *flagello utitur* Iso, cfr. Macrob. Sat. I, 23, Artemid. Oneir. II, 36.

349. *Post trabeas* sqq.] summae apud Romanos dignitatis insignia: *trabea*, toga purpureis virgis trabium instar distincta, consulum, etiam equitum (Tac. Ann. III, 2, ibid. Lips. comment., Salmas. ad Vopisc. Car. p. 553, Serv. ad Virg. Aen. VII, 187, 612), — *aquila eburnea*, consularium scipio eburneus cum aquila insidente (P. X, 148, Iuven. X, 43, Isid. Orig. II, 18), — *sella curulis* propria Dictatoris, Consulis, Censoris, Aedilis Curulis, Isid. Orig. XX, 11 *Sellae cur. erant, in quibus magistratus sedentes ius reddebant.*

354...378 *de cultu lunae, quem et Dianam credunt* inscribb. nonnullae edd. vett., cfr. varr. lectt.

rapta ad tartarei thalamum Proserpina regis:
et si quando suos dignatur adire Quirites,
placatur vaccae sterilis cervice resecta
et regnare simul caeloque ereboque putatur:
nunc bigas frenare boves, nunc saeva sororum
agmina vipereo superis inmittere flagro,
nunc etiam volucres caprearum in terga sagittas
spargere terque suas eadem variare figuras.
Denique cum luna est, sublustri splendet amictu:
cum succincta iacit calamos, Latonia virgo est:
cum subnixa sedet solio, Plutonia coniunx
inperitat furiis et dictat iura Megaerae.
Si verum quaeris, Triviae suo nomine daemon
tartareus colitur, qui te modo raptat ad aethram
sidereoque deum venerandum suadet in astro:
per silvas modo mortiferi discurrere mundi
erroresque sequi subigit nemorumque putare
esse deam, quae corda hominum pavitantia figat,
quaeque feras perimat letali vulnere mentes;
depressos modo subter humum formidine sensus
obruit, inplorent ut numina lucis egena
seque potestati conmittant noctis opertae.
Respice terrifici scelerata sacraria Ditis,
cui cadit infausta fusus gladiator arena:

361. *bijugas* Gis. 362. *vipereo* vid. Heins. Adv. p. 118; *super his* O [Cfr. Hermae Past. Vis. II, 1 notulam 1 (ad *cumis*) in nostra Patrum App. Opp. ed. p. 414]. 365. *splendit* A E. 366. *calamis* P, *calathos* u. 367. *Dum* Prag., hunc versum excipit *Cum* (*Dum* Prag.) *rapitur Furia est et torvi Plutònis* [*et* R] *uxor* in B R W Prag. Rat. 2 m u Weitz., heic quidem uncis inclusus criticis. 369. *quaeritis* 1 a, *quaeras* Prag. m u Weitz. cum suis. 373. *Erroremque* E. 374. *pauentia* u. 375. *ferat* u; *funere* Prag. 376. *Deprensos* 1 m, *Depressas* Prag. 377. *Obruit* Prag.; *lumina* u. 379...405 inscribb. *Quod venerabatur in spectaculis* Rat. m.

359. *vaccae sterilis*] Virg. Aen. VI, 249 *Ipse ... ense ferit sterilemque tibi, Proserpina, vaccam.*

360. Vid. Virg. Aen. VI, 247.

369. *Triviae*] Diana (cfr. 365... 368), Hor. Od. III, 22, 4 *diva triformis*. Aliam explicationem habes ap. Varr. L. L. VI, 2, Min. Fel. XXI, 13.

379...405 *in spectaculis quos sint venerati* inscribb. nonnullae edd. vett., cfr. varr. lectt. — *sacraria Ditis*] „Ita munera gladiatoria vocantur, quod homines in iis occidebantur, cfr. Lips. Saturn. I, 5, non, quod Plutoni sacrata erant, ut ex h. v. Grang. male effici vult, vid. ad II, 1116, Tertull. de spect. 5, Ruhnken. Antiq. Rom. XX, ed. Eichstad. p. 7, Obbar. ad Hor. Ep. I, 1, 3.“ *Obb.* Ego a Prudentio haecce spectacula *Ditis sacraria* dici puto, quippe quibus gladiatores quasi perniciei dicati Plutoni pereant.

heu male lustratae Phlegethontia victima Romae!
Nam quid vesani sibi vult ars inpia ludi,
quid mortes iuvenum, quid sanguine pasta voluptas,
quid pulvis caveae semper funebris et illa
amphitheatralis spectacula tristia pompae?
Nempe Charon iugulis miserorum se duce dignas
accipit inferias placatus crimine sacro.
Hae sunt deliciae Iovis infernalis, in istis
arbiter obscuri placidus requiescit Averni.
Nonne pudet regem populum sceptrisque potentem
talia pro patriae censere litanda salute,
religionis opem subternis poscere ab antris?
Evocat, heu, paenis tenebrosa ex sede ministrum
interitus, speciosa hominum cui funera donet.
Incassum arguere iam Taurica sacra solemus:
funditur humanus Latiari in munere sanguis,
consessusque ille spectantum solvit ad aram
Plutonis fera vota sui. Quid sanctius ara,
quae bibit egestum per mystica tela cruorem?
Anne fides dubia est tibi, sub caligine caeca
esse Deum, quem tu tacitis rimeris in umbris?
ecce deos Manes cur inficiaris haberi?
Ipsa patrum monumenta probant, dis Manibus illic

381. *lustrante* Prag., *lustrata* u. 382. *Sed qui* E P, *Sed quid* A a, *Et* coni. Obb. 383. *mores* Ald. Lugd. Grang.; *parta* a, idem coni. Lips. l. l., *pacta* al. ap. Grang., sed cfr. C. III, 167. 387. *munere sacro* R pro div. script. Cauch., *sanguine sacro* a. 389. *obscuro... Averno* R Ald. Lugd. 390. *populum* T 1 α 1 m u Heins. Cell. Aus. Arev., *populis* 2 α a Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. Obb., *populi* 2 m, *populo* Prag. Rat. Weitz. 391. *patriae* u. 392. *sub terris* Weitz. pro div. lect. 394. *spaciosa* α (non Laur.); *funera donet* A E I P cod. Cauch. Laur. a u, *denset* coni Obb. 395. *manu taurica* Prag., *lamturica* 1 m. 396. *latiali* u Ald. Sich. tres Gis. I Fabr. Grang. Chor. Poett. Amstr., *laciali* Lugd. 397. *Concessosque* A, *Consessosque* E supra *Consessusque*, *Concessusque* P, *Confessusque* Lugd., *Consessus ille* Cell., *Illeque consessus* Rat. priorib. abr.; *spectatum* 1 α. 403. *diis* u.

390. Cfr. Virg. Aen. I, 21 *Hinc populum late regem belloque superbum.*

395. *Taurica sacra*] „quibus homo hospes Dianae Tauricae immolabatur. Ov. Trist. IV, 4, 63. Caesura in *arguere iam* exemplis nota." *Cell.*, adde Iuven. XV, 116, Min. Fel. XXX, 4, Hygin. 120, Cassiod. V, 42.

396. *Latiari*] Tertull. Apolog. 9: *Ecce in religiosissima urbe Aeneadarum Iuppiter est quidam (Latiaris), quem ludis suis humano proluunt sanguine*, de spectac. 6, Min. Fel. l. l., Lact. I, 21, 3, Cic. pro Milon. XXXI, 85.

marmora secta lego, quacunque Latina vetustos
custodit cineres densisque Salaria bustis.
Dic, quibus hunc scribis titulum, nisi quod trucis orci
inperium, verae ceu maiestatis, adoras?
En quibus inplicita squalebat regia summi
inperii, tractis maiorum ab origine sacris!
Cum princeps gemini bis victor caede tyranni
pulcra triumphali respexit moenia vultu,
nubibus obsessam nigrantibus adspicit urbem,
noctis obumbratae caligine: turbidus aer
arcebat liquidum septena ex arce serenum.
Ingemuit miserans et sic ait: „Exue tristes,
„fida parens, habitus; equidem praedivite cultu
„inlustrata cluis spoliisque insigne superbis
„attollis caput et multo circumfluis auro.
„Sed nebulis propter volitantibus obsitus alti
„verticis horret apex: ipsas quoque livida gemmas
„lux hebetat spissusque dies et fumus ob ora

404. *quaecunque* A Weitz. Chor. Poett. Amstr. Ans. Obb., *quaecunque* supra *t a* m, *quocunque* u. 406...466 inscribb. *Romam alloquitur* Rat. m. 406. *Hie* Prag.; *quibus hinc* A Ald. Lugd., *quibus inscribis* R a. 407. *verilo oeu* a, *ceu verae* u. 410. *gemini victor de caede* E (ex corr.) P a. Egmondani lectio secundum Weitz. esse quoque potest *gemini deuictor caede.* 412. *adspicit umbram* u. 413. *adumbratae* u Ald. Lugd.. 414. *Arcebit* a. 415. *exute* Sich. I II (non III). 417. *clues* E I; *superbum* 1 m. 421. *habetat* A 1 *α*, *hebitat* E, *hibetat* 2 *α*; *et fumus obumbrat* Prag.; *ab ora* Grang. Heins. Cham. Cell. Teol. mendose.

404. *Latina*] Quingentos passus post portam Capenam Appiam viam Latina relinquens montem Albanum secabat et sub Tusculo Beneventum ferebat. Porta Latina, quam hodie superstitem videmus, non Aureliani, sed Honorii opus est: unde monogramma Christi ☧ arcui fronti meridiem versus affixum. Vid. Sachse l. l. II, p. 441, Westphal. die Römische Campagne p. 17, Beschreibung der Stadt Rom von E. Platner, C. Bunsen etc. III. Bd. 1. Abthl. p. 611.

405. *Salaria*] Cfr. Sachse l. l. p. 436, Wesphal. l. l. p. 126, Strabon. V, p. 228: *Ἐστρωται δὲ δι' αὐτῶν ἡ Σαλαρία ὁδὸς οὐ πολλὴ οὖσα, εἰς ἣν καὶ ἡ Νομεντανὴ συμπίπτει κατὰ Ἠρητὸν τῆς Σαβίνης κώμην ὑπὲρ τοῦ Τιβέρεως κειμένην, ἀπὸ τῆς αὐτῆς πύλης ἀρχομένης τῆς Κολλίνης*, Mart. IV, 64, 18, V. Bartoluccius, qui de viis publicis fusius disserit in libello 1786 Romae edito.

406...467 *Romam alloquitur* inscribb. nonnullae edd. vett., cfr. varr. lect.

410. *princeps*] *Constantinus*, — *gemini tyranni*] *Maxentii et Licinii* Iso et al., qui orationem ad v. 507 progredientem cum v. 467 abrumpunt. Non favet v. 455 ad Theodosium spectans, neque vss. 4, 506. Intellige igitur cum Gis. Grang. Cell. Arev. Obb. *Theodosium*, qui idololatriam decretis coercuit. Vid. Socrat. V, 14, 14, August. C. D. V, 2, Theodoret. V, 24.

„suffusus rutilum frontis diadema retundit.
„Obscuras video tibi circumferrier umbras,
„caeruleasque animas atque idola nigra volare.
„Censeo sublimem tollas super aera vultum,
„sub pedibusque tuis nimbosa elementa relinquas:
„omne quod ex mundo est, tibi subiacet, hoc Deus ipse
„constituit, cuius nutu dominaris et orbi
„inperitas, et cuncta potens mortalia calcas.
„Non decet, ut submissa oculos regina caducum
„contemplere solum malestatemque requiras
„circa humiles rerum partes, quibus ipsa superstas.
„Non patiar, veteres teneas ut me duce nugas,
„ut cariosorum venereris monstra deorum.
„Si lapis est, senio dissolvitur aut crepat ictu
„percussus tenui: mollis si bractea gypsum
„texerat, infido rarescit glutine sensim.
„Si formam statuae lamnis conmisit aenis
„lima terens, aut in partem cava membra gravato
„pondere curvantur, scabra aut aerugo peresam
„conficit effigiem crebroque foramine rumpit.
„Nec tibi terra Deus, caeli nec sit Deus astrum,
„nec Deus Oceanus, nec vis, quae subter operta est,
„infernis triste ob meritum dampnata tenebris:
„sed nec virtutes hominum Deus, aut animarum
„spirituumve vagae tenui sub imagine formae.
„Absit, ut umbra Deus tibi sit geniusve locusve,

422. *frons* u. 423. *Obfusas* Prag.; *circumferier* A 1 B W. 424. *idolaque nigra volare* Rat. priorib. eras., *et nigra idola* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. 425. *aria* α. 431. *Contemplare* 2 α. 432. *superstes* Rat. 436. *Percussum* Lugd.; *brattea* m Lugd.; *bratea* u. 437. *Texerit* Ald. Lugd. Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr., *Texeris* Sich. tres; *glutini* 2 m. 438. *lammis* E a Gif. p. 450. Weitz., *lamis* u, *lamminis* Rat., *laminis* B R W α in Ald. Lugd. Sich. tres Gis. 1 Chor. Poett. Ans.; *avenis* E. 439. *Limata* 1 α; *aut inpartae* E ap. Weitz., *aut in parte* emend. man. sec. *aut inpacta* E ap. Heins., *aut in parte* A a, *aut sub partem* u; *grauata* 2 α Ald. Lugd. Sich. tres Torn., *cavato* B W margo trium Sich. Weitz. (Laur. versum exh. ut vulg. 441. *Contegit* I O a Gis. ad oram, *Contigiem* A E, *Contiguam* 2 E P (non Laur.); *foramina* Lugd. 442. *deus aurum* u. Post *caeli* commate disting. Ald. Lugd. 444. *Inferni* W (alt. supra) Prag. 445. *deus hominum aut animarum* Ald., sed corr. *deus aut hominum aut animarum*, quod exh. Lugd. 446. *vaga tenues* u, *vagi tenui* Ald. Lugd. 447. *genusve* Lugd., *lucus geniusve* Gis. ad oram.

436. *gypsum*] De gypseis imaginibus vid. Winckelmann Kunstgeschichte italice cum adnotationibus C. Fea VII, 1.

„aut Deus aerias volitans phantasma per auras.
„Sint haec barbaricis gentilia numina pagis,
„quos penes omne sacrum est, quidquid formido tremendum
„suaserit, horrificos quos prodigialia cogunt
„credere monstra deos, quos sanguinolentus edendi
„mos iuvat, ut pinguis luco lanietur in alto
„victima visceribus multa inter vina vorandis.
„At te, quae domitis leges ac iura dedisti
„gentibus, instituens, magnus qua tenditur orbis,
„armorum morumque feros mansuescere ritus,
„indignum ac miserum est, in religione tenenda
„hoc sapere, inmanes populi de more ferino
„quod sapiunt, nullaque rudes ratione sequuntur.
„Seu nos procinctus maneat, seu pace quietas
„dictemus leges, seu debellata duorum
„colla tyrannorum media calcemus in urbe:
„agnoscas, regina, libens mea signa necesse est,
„in quibus effigies crucis aut gemmata refulget,
„aut longis solido ex auro praefertur in hastis.
„Hoc signo invictus transmissis Alpibus ultor
„servitium solvit miserabile Constantinus.
„Cum te pestifera premeret Maxentius aula,
„lugebas longo dampnatos carcere centum,
„ut scis ipsa, patres: aut sponsus foedera pactae
„intercepta gemens diroque satellite rapta
„inmersus tenebris dura inter vincla luebat:

448. *aereas* Fabr. Gis. Arev. (etsi *aerias* Laur. α a m u). 450. *Quis* l m; *omnes* Ald. Lugd. 451. *honorificos* supra *i horrificos* m; *colunt* A. 453. *Vos* u; *lucu* E. 455. *et iura* Prag. 458. *tenendum* Prag. 459. *Id sapere* Ald. Lugd. Sich. tres Gis. I Fabr. Grang. Chor. Poett. Amstr. 460. *nullâ fidei ratione* Prag. 461. *vos* Ald. Lugd. Sich. tres Gis. I Grang. Chor. Poett. 464. *Agnoscat* Prag.
467...543 inscribb. *De potentia crucis* Rat. m. 467. *ultro* A E P Ald. Lugd., sed cfr. 494. 468. *mirabile* E. 469. *pestiferam* Prag.
471. *Ut sis* a. 473. *Inmersum* m; *vincla luebat* R Laur. 2 α a u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Grang. Chor. Poett. Amstr. Obb.,

449. *pagis*] Superstitio in pagis perquam inveterata, etiam cum religio christiana iam propagata esset, deorum cultui materiem suppeditabat. Quare pagorum incolae prae caeteris pagani dicti. Cfr. P. X, 296.

463. Cfr. supra 410, Oros. VII, 20 *Sciens* (*Theodosius*) *se non esse solum signo tuendum, sed et victoriam adepturum, signo crucis se muniens signum praelio dedit ac se in bellum etiamsi nemo sequeretur victor futurus inmisit.*

467...543 *de potentia crucis* inscribb. edd. vett., cfr. varr. lectt., Euseb. vit. Const. I, 21...25, 32, hist. eccl. IX, 8, 9.

Ut semel obsedit gentilia pectora patrum
vana superstitio, non interrupta cucurrit
aetatum per mille gradus: tener horruit haeres,
et coluit, quidquid sibimet venerabile cani
monstrarant atavi: puerorum infantia primo
errorem cum lacte bibit: gustaverat inter
vagitus de farre molae, saxa inlita ceris
viderat unguentoque lares humescere nigros.
Formatum Fortunae habitum cum divite cornu
sacratumque domi lapidem consistere parvus
spectarat matremque illic pallere precantem.
Mox humeris positus nutricis trivit et ipse
inpressis silicem labris, puerilia vota
fudit, opesque sibi caeca de rupe poposcit,
persuasumque habuit, quod quis velit, inde petendum.
Nunquam oculos animumque levans rationis ad arcem
rettulit, insulsum tenuit sed credulus usum
privatos celebrans agnorum sanguine divos.
Iamque domo egrediens, ut publica festa diesque
et ludos stupuit, celsa et Capitolia vidit,
laurigerosque deum templis adstare ministros,
ac sacram resonare viam mugitibus, ante

197...218 inscribb. *Unde error invaluit* Rat. m. 198. *Una* Prag. a. 201. *Monstrarent* Rat.; *prima* P Prag. Rat. m Sich. tres Gis. I Grang. (*prema*). 202. *gestaverat* 1 m. 204. *ungentoque* a m. 209. *Inpressit* A E I P a. 210. *opemque* Rat. Weitz.; *caesa* ex Heinsii coniectura Cell. Teol. (non α a m u). 211. *quid* B Sich. tres Fabr. (non Ald.) Chor. Poett. 212. *Non qui* Ald. Lugd. Sich. tres Torn. Fabr. Chor. Poett.; *animamque* E I P a. 215. *Namque* 1 m. 217. *Lanigerosque* 2 Rat.; *templi* 1 m. 218. *At* Ald. Lugd. Sich. II (non I III), *Ad* Amstr. Obb. (e codd.?).

197...218 *unde error invaluerit* inscribb. nonnullae edd. vett., cfr. varr. lectt.

203. *saxa inlita*] „Intelligo ob verba, quae sequuntur, et h. l. et H. 404. statuas sive osculando sive prehendendo sordidas factas et quasi cera obductas, vid. Rames. ad Martial. I, 92 (93), 7, VI, 53, Interpp. ad Ov. Met. VIII, 670. Sed adv. Symm. II, 42 ad picturam cereum refero (Plin. H. N. XXI, 14, XXXV, 11.), quam male Apoth. 457 Arev. indicari putat, ubi poeta Iuvenal. X, 55 imitatur: *fas est genua incerare deorum*. Schol. ad h. l. (Heinrich. p. 267) explicat: *in signis insignare, vota facere*, quoniam tabulae cereae, in quibus vota inscripta erant, deorum genubus adfigebantur, vid. Apul. Apol. p. 309, 12: *votum in alicuius statuae femore adsignasti*. Herald. ad Arnob. VI, p. 202. Aliter Lucian. Philopseud. 20: *νομίσματα ἔνια ἀργυρᾶ πρὸς τὸν μηρὸν κηρῷ κεκολλημένα καὶ πέταλα ἐξ ἀργύρου εὐχαί τινος*. Philostr. heroic. 11, 1: *οἱ ἀλείψοντές τε καὶ ἐπισφραγιζόμενοι τὰς εὐχὰς ἐξηλλάγασι τοῦ εἴδους*. Ian. Rutgers. Var. Lect. V, 4." *Obb.*

218. *Sacra via*, quae per forum Romanum in Capitolium ferebat, inter

Delubrum Romae — colitur nam sanguine et ipsa
more deae nomenque loci ceu numen habetur,
atque Urbis Venerisque pari se culmine tollunt
templa, simul geminis adolentur tura deabus —
vera ratus, quaecunque senatu auctore probentur,
contulit ad simulacra fidem dominosque putavit
aetheris, horrifico qui stant ex ordine vultu.
Illic Alcides spoliatis Gadibus hospes
Arcadiae fulvo aere riget: gemini quoque fratres
conrupta de matre nothi, Ledeia proles,
nocturnique equites, celsae duo numina Romae
inpendent retinente veru magnique triumphi
nuntia, suffuso figunt vestigia plumbo.
Adsistunt etiam priscorum insignia regum,
Tros, Italus Ianusque bifrons genitorque Sabinus
Saturnusque senex maculoso et corpore Picus,
coniugis epotum sparsus per membra venenum.

219...244 inscribb. *De simulacro Romae, et variis simulacris* Rat. m. 223. *senatu auctore probentur* A R T Ald. Lugd. Sich. tres Torn. Chor. Poett. Gall. **Obb.**, *senatu auctore probantur* E I P W (supra) a, *fiant auctore senatu* R II W (*fuant* ad oram et Coler.) Prag. m (in quo *senatu*) u Fabr. Gis. Weitz. Grang. Amstr. Heins. Cell. Ans. Arev, *cluant* Cauch. ex scriptis, *fiant quaecumque* rec. man. Rat. Quamquam P. VI, 83. X, 815, 855. XIII, 59. syllabam primam verbi *fio*, a vett. poetis productam (vid. Schneider. Elementarlehre p. 100. Grotefend. lat. Gramm. §. 6. 21.) Prud. corripit (vid. Pseudo Tertull. adv. Marc. II, 228: *Saxa fiunt* etc. Arator. *Credite uera fient* etc. Dracont. de Deo III, 140: *Sin iactura fiat*, ubi Ar. *fuat* vel *siet* male coni., vid. C. E. Glaeser.: Carm. de Deo, quod Drac. etc. in progr. schol. Frideric. Vratislav. ad h. l.) nihilominus hoc et v. 504 optimi codd. sequendi. 224. *putabit* a. 226. *gradibus* 2 Rat. a 1 u. 227. *Archadio* Prag., *Arcadia* Rat. m, *Arcadii* coni. Gron. l. l., *Arcadis e* coni. Heins. 228. *de matre riget* cum gl. *in statuis aureis* Prag. 229. *auo* p. *duo* a; *nomine* 1 $\alpha$, *nomina* 2 $\alpha$. 230. *Inpendent retinente veru* A O R T $\alpha$ u Heins. Cell. Ans. Arev. Obb., *Inpendent retinentque veru* Prag. Rat. unus R ap. Heins. m cum gl. *hastam* Fabr. Gis. Weitz. cum suis, *Inpendent retinente solo* I a Ald Lugd. Sich. tres Gis. I Grang. Chor. Poett. Amstr., *Dependent retinente solo* alter R ap. Heins. [Plaut. Truc. II, 7, 66. Virg. Aen. VII, 665] 231. *suffulso* A, *suffosso* E P. 233. *Tros* E Rat a u Cauch. Gis. Heins. Cham. Cell. Ans. Obb., *Dros* O $\alpha$ supra pro div. lect., *ros* a, in quo quidem literae initiales abhinc desunt usque ad 422, *Dux* B W m Ald. Lugd. Sich. tres Gis. I Fabr. Weitz. Grang. Chor. Poett. Amstr. Arev. interpunctione oppressa; *italus* supra *salius* W m.

urbanas celeberrima. Etiam Athenis Eleusinem ὁδὸς ἱερά ferebat, alia Elide Olympiam, vid. Paus. I, 36, 3, V, 27, 4.

219...244 *de simulacro Romae* inscribb. nonnullae edd. vett., cfr. varr. lectt.

233. *Tros*] Aeneas Troianus, vid. Virg. Aen. VI, 52 *Cessas in vota precesque, Tros, ait, Aenea.*

234. *Picus*] Virg. Aen. VII, 189 sqq.

Talibus edictis urbs informata refugit
errores veteres, et turbida ab ore vieto
nubila discussit, iam nobilitate parata
aeternas temptare vias Christumque vocante
magnanimo ductore sequi et spem mittere in aevum.
Tunc primum senio dociliis sua secula Roma
erubuit, pudet exacti iam temporis, odit
praeteritos foedis cum relligionibus annos.
Mox ubi contiguos fossis muralibus agros
sanguine iustorum innocuo maduisse recordans
invidiosa videt tumulorum milia circum,
tristis iudicii mage paenitet ac ditionis
effrenis nimiaeque sacris pro turpibus irae,
conpensare cupit teterrima vulnera laesae
iustitiae sero obsequio veniaque petenda,
ne tanto inperio maneat pietate repulsa
crimen saevitiae, monstrata piacula quaerit
inque fidem Christi pleno transfertur amore.
Laurea victoris Marii minus utilis urbi,
cum traheret Numidam populo plaudente Iugurtham,
nec tantum Arpinas consul tibi, Roma, medelae
contulit extincto iusta inter vincla Cethego,
quantum praecipuus nostro sub tempore princeps
prospexit tribuitque boni: multos Catilinas
ille domo pepulit: non saeva incendia tectis,
aut sicas patribus, sed tartara nigra animabus

506. *urbis* A. 507. *uigeto* B W Prag. Rat. m, *victo* a. 509. *vocantem* 2 B R Laur. α m u Sich. tres Fabr. Gis. (non Gis. I) Chor. Poett. Amstr. Arev. 510. *doctore* Ald. Lugd. 511. *primam* Ald. Lugd. 514. *Mox ubi contiguit* (supra *t os*) *muralibus, agros* Rat. 517. *magne poenitet ac editionis* a. 519. *uulnere* a. 520. *venia quae* l α; *petendae* E a, *petende* A ap. Obb. 522. *piacula solvit* E (ap. Weitz., Heins. nil reperit in E) Gis. I. 523. *veri* supra *t pleno* m, ad oram Rat. erat glossula *pro ueritatis*. 527. *Contigit* Ald. Lugd. 529. *Praescripsit* Ald. Lugd. Sich. tres Gis. I Grang. Chor. Poett. Amstr.

tummodo ornatus gratia. De ea Claud. in VI Cons. Honorii: *Iure paludatae iam curia militat aulae. Affuit ipsa suis ales Victoria templis, Romanae tutela togae, quae divite penna Patricii reverenda fovet sacraria coetus.* Cfr. S. II, 28, 29.

530. Non sermo fit de Constantino, qui a. 337 obiit, sed de Theodosio. Ex quo liquet, poetam omnes Theodosii conatus ad paganismum eliminandum variis temporibus repetitos hoc summatim comprehendere.

internoque hominum statui tormenta parantes.
Errabant hostes per templa, per atria passim,
Romanumque forum et Capitolia celsa tenebant,
qui coniuratas ipsa ad vitalia plebis
moliti insidias intus serpente veneno
consuerant tacitis pestem miscere medullis.
Ergo triumphator latitanti ex hoste togatus
clara tropaea refert sine sanguine, remque Quirini
adsuescit supero pollere in secula regno.
Denique nec metas statuit, nec tempora ponit:
inperium sine fine docet, ne Romula virtus
iam sit anus, norit ne gloria parta senectam.
Exultare patres videas pulcerrima mundi
lumina conciliumque senum gestire Catonum
candidiore toga, niveum pietatis amictum
sumere et exuvias deponere pontificales.
Iamque ruit paucis Tarpeia in rupe relictis
ad sincera virum penetralia Nazareorum,
atque ad apostolicos Euandria curia fontes,
Anniadum soboles et pignera clara Proborum.
Fertur enim ante alios generosus Anicius urbis
inlustrasse caput: sic se Roma inclita iactat.

532. *Internaque hominum strage tormenta parantes* Prag. cum gl., secundum aliquos produci *ge* in abl., *Internoque* supra *i a* Rat., *Internaque* 2 m; *homini* u; *stravit* m Weitz. (non B) Amstr., *statuit* A; *parantis* vel *paranti* m. 535. *Qui* supra *Quin* E; *plebes* A E. 538. *latitante* Rat. m Grang. Chor. Poett. Amstr. Cell. Obb.; *togatos* A, *cogator* supra *negator* E. 539. *remque* supra *resque* E. 541. *statui...poni* coni. Heins. 544...577 inscribb. *De senatus conversione* Rat. m. 546. *Candidiora togae* R II. 548. *retectis* Ald. Lugd. 549. *Noxa reorum* A 2 E P, *noxa uirorum* 1 E, *nazarenorum* 2 $\alpha$, *penetralia noxa reorum* cod. Iureti ex interpol. 551. *Ammadum* Prag. $\alpha$ a, *Aeneadum* 2 B W Rat. m Sich. I II (non III) ad oram Fabr.; *suboles* 2 $\alpha$. 552. *amicius* $\alpha$, *Anitius* Rat. m Ald. Lugd. Sich. tres Grang. Gis. I Fabr. Chor. Poett. Amstr.; *orbis* coniciat recte aliquis opinante Arev.

544...577 *Romanorum senatum conversum ad Christum* inscribb. edd. vett., cfr. varr. lectt.

550. *Euandria curia*] Romana ab Evandro Arcade denominata, Virg. Aen. VIII, 313. Sim. supra 182 *Palatina saxa*.

551 sqq.] „Qui vv. 410 sqq. ad Constantinum referunt, Anicium cum Probiano cos. a. 322., qui primus e senatoribus religionem christianam amplexus est, et Bassum a. 358. Christianum factum commemorari iudicant: sed cum illi vv. de Theodosio agant, Anic. Hermogenianus Olybrius, An. Probinus a. 395. coss.; Paullinus a. 394. ad fidem christianam conversus (Ambros. ep. 36), et An. Bassus a. 408. cos. (non Iun. Bassus, a. 359. mortuus) intellegantur necesse est." *Obb.*

Quin et Olybriaci generisque et nominis haeres,
adiectus fastis, palmata insignis abolla
martyris ante fores Bruti submittere fasces
ambit et Ausoniam Christo inclinare securem.
Non Paulinorum, non Bassorum dubitavit
prompta fides dare se Christo stirpemque superbam
gentis patriciae venturo attollere seclo.
Iam quid plebicolas percurram carmine Gracchos
iure potestatis fultos et in arce senátus
praecipuos simulacra Deum iussisse revelli,
cumque suis pariter lictoribus omnipotenti
suppliciter Christo se consecrasse regendos?
Sexcentas numerare domos de sanguine prisco
nobilium licet ad Christi signacula versas,
turpis ab idolii vasto emersisse profundo.
Si persona aliqua est, aut si status urbis in his est,
si formam patriae facit excellentior ordo,
hi faciunt, iuncta est quotiens sententia plebis,
atque unum sapiunt plures simul ac potiores.
Respice ad inlustrem, lux est ubi publica, cellam,
vix pauca invenies gentilibus obsita nugis
ingenia, obtritos aegre retinentia cultus,
et quibus exactas placeat servare tenebras

554. *oblibriaci* α, *Olibriaci* 2 u Ald. Lugd. Sich. tres Gis. I Fabr., *Olibryaci* Ans.; *numinis* Weitz. (non P). 555. *Adiectis* Sich. tres; *abaula* A W m Weitz., *abaulla* Amstr., *ab aula* Rat. Sich. tres Chor. Poett., *ab olla* Prag. [Cfr. Sueton. Vesp. c. 22]. 557. *Ambiet* Gis. ad orum; *securem* Laur. 1 α u Ald. Lugd. Heins. Cell. Ans. Obb., *securim* Prag. Rat. 2 α a m Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Grang. Chor. Poett. Amstr. Arev. 558. *bussor.* A; *dubitabit* α. 561. *poplicolas* E ap. Weitz.; *percurram nomine* u; *Graecos* A E I P et supra W, *graios* u. 563. *repelli* supra alt. B Sich. I II (non III) ad oram, *reuelle* 1 m. 565. *congregasse* A E P a Ald. Lugd. 566. *Sescentos* m; *domus* Prag. Rat. m u. 568. *idoli* Ald. Lugd.; *mersisse* Prag.; *profano* 2 A E P a. 571. *est* om. R II; *quoties* u Ald. Lugd. Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. Cell. Ans. Arev. 573. *est* om. 1 m. 575. *obtrictos* a, *obstrictos* A I R Ald. Lugd. Sich. tres in textu Gis. ad oram Grang. Chor. Poett. Amstr.

561. *Gracchos*] Hieron. ep. VII: *Ante annos paucos propinquus vester Gracchus nobilitatem, patriam sonans nomine cum Praef. gereret Urb.* (a. 383), *nonne omnia portentosa simulacra ... exussit, et iis quasi obsidibus praemissis impetravit baptismum Christi.* Descendebat quippe a C. vel Tib. Gracchis, qui legibus agrariis latis populo favere nitebantur.

573. *cellam*] In cella templi interiori simulacrum dei vel deae collocatum, in exteriori etiam senatores ad consulendum conveniebant. Cfr. Cic. Phil. II, 8, 19, Vitruv. IV, 5.

splendentemque die medio non cernere solem.
Posthinc ad populum converte oculos quota pars est,
quae Iovis infectam sanie non dispuat aram?
Omnis, qui celsa scandit caenacula vulgus,
quique terit silicem variis discursibus atram,
et quem panis alit gradibus dispensus ab altis
aut Vaticano tumulum sub monte frequentat,
quo cinis ille latet genitoris amabilis obses,
coetibus aut magni Laterani currit ad aedes,
unde sacrum referat regali chrismate signum.
Et dubitamus adhuc, Romam tibi, Christe, dicatam
in leges transisse tuas, omnique volentem

578...607 inscribb. *De credulitate plebis* Rat. m. 578. *quis in urbe est Qui* Ald. Lugd. Sich. tres (in contextu) Gis. I Grang. Chor. Poett. Amstr. 579. *dispuat* α [Cfr. A. 1085], *despuat* Laur. a m u cum relqq. mss. Ald. Lugd. Sich. I II (*despumat* Sich. III) Gis. I Grang. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Ans. Arev. Obb., *despuit* Rat. Fabr. Gis., *dispuit* Weitz., *disputat* A E I P T. 580. *celso* Prag.; *Omnis qui celsa scandit caenacula scalis* vel *Omnis qui scandit caenacula celsa domorum* coni. Heins. 581. *discussibus* E Ald. Lugd. 582. *suspensus* u. 583. *At* 1 m. 585. *magni Laterani currit* 2 α, *magnis Lat. curr.* 1 α, *magni Laterani accurrit* a, *magnis Lateranis currit* 1 m mutatum in *Lateranes*, *magnis Laterani adcurrit* A E P R Laur. u Ald. Lugd. Gis. Obb., *magnis Lateranas currit* T 3 m Sich. tres Gis. I Fabr. Weitz. Grang. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Ans. Arev. 586. *regale* a.

578...607 *Plebem Romanam in Christum credidisse* inscribb. edd. vett., cfr. varr. lectt.

580. *caenacula*] Varro L. L. IV, 33: *ubi caenabant caenaculum ... Postquam in superiore parte caenitare coeperunt, superioris domus universa caenacula dicta.* In summis aedibus sub tecto pauperculi iam tunc habitabant. Cfr. Obbar. ad Hor. ep. I, 1, 90, Rupert. ad Iuven. III, 201.

581. *terit silicem*] Iuven. VI, 349: *pedibus silicem quae conterit atram*, ib. Schol.: *quae lectica non gestatur, sed pedibus suis ambulat ac per hoc pauper.*

582. *panis alit gradibus*] „Hos, qui frumentum publicum accipiebant, *dispensum*, id est dispensatum ex altiore loco, gradibus adiri solito. Unde *panis gradilis* vocatur Lege III C. Th. de Annonis civicis: *Universi panem gradilem de gradibus accipiant.*“ *Cell.*

584. *genitoris amabilis*] Petri apostoli ecclesiae Romanae, ut tradunt, auctoris. Cfr. Clem. Rom. Ep. ad Iacobum: οὗτος αὐτὸς [Πέτρος] διὰ τὴν ἄμετρον πρὸς ἀνθρώπους στοργὴν σαγῶς δημοσίᾳ ἐπὶ τοῦ ἐνεστῶτος πονηροῦ τὸν ἐσόμενον ἀγαθὸν ὅλῳ τῷ κόσμῳ μηνῦσαι βασιλέα μέχρις ἐνταῦθα τῇ Ῥώμῃ γενόμενος, θεοβουλήτῳ διδασκαλίᾳ σώζων ἀνθρώπους κτλ., Baron. Ann. I, p. 862.

585. *Laterani ad aedes*] „aedes olim Plautii Laterani a Nerone interfecti, Tac. Ann. XV, 49 et 60, ex quibus basilica facta et ecclesia. Hieron. ep. XXX ad Oceanum, quae Fabiolae epitaphium dicitur, cap. 1: *ut in basilica quondam Laterani, qui Caesariano truncatus est gladio, staret in ordine paenitentium.*“ *Cell.* Sed cfr. Iuven. XIII, 147, Euseb. l. l., Beschreibung d. Stadt Rom von E. Platner, C. Bunsen etc. III. Bd., 1. Abthl. p. 505.

cum populo et summis cum civibus ardua magni
iam super astra poli terrenum extendere regnum?
Nec moveor, quod pars hominum rarissima clausos
non aperit sub luce oculos et gressibus errat.
Quamlibet inlustres meritis et sanguine clari,
praemia virtutum titulis et honoribus aucti
ardua rettulerint fastorumque arce potiti
annales proprio signarint nomine chartas,
atque inter veteres cera numerentur et aere:
attamen in paucis iam deficiente caterva
nec persona sita est patriae, nec curia constat,
et quodcunque fovent studii, privata voluntas
ac iam rara tenet, sed publica vota reclamant
dissensu celebri trepidum dampnantia murmur.
Si consulta patrum subsistere conscriptorum
non aliter licitum prisco sub tempore, quam si
ter centum sensisse senes legerentur in unum
servemus leges patrias, infirma minoris
vox cedat numeri parvaque in parte silescat.
Adspice, quam pleno subsellia nostra senatu
decernant infame Iovis pulvinar et omne
idolium longe purgata ex urbe fugandum:
qua vocat egregii sententia principis, illuc

592. *aperit sublime oculos* O Cell. Teol. 593. *Quamvis* Ald. Lugd. 596. *signarent* Rat.; *carchas* α. 597. *veteres charta* W supra, *veteres chartae* u. 599. *conflat* Rat. 600. *fuvent* A E O P T Laur. 1 α 1 m u Ald. Lugd. Obb., *fovet* 2 α a 2 m Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Grang. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Ans. Arev. 601. *Hoc iam* Prag. Rat. a m (pro div. lect.) Arev. (non Laur.); *ac publica* Ald. Lugd. 603. *Si* Prag. Rat. α a m u Gis. Ans. Arev., *Sic* Ald. Lugd. Sich. tres Gis. 1 Fabr. Weitz. Grang. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Obb.
605. *Tunc* Prag. 606. *patrias leges* inv. u. 607. *et partita* (punctis subnotatum, supra *t parua*) *in parte* Rat. 608. *plena* supra *t o* m. 608...657 inscribb. *Symmachum alloquitur* Rat. m.
609. *Discernant* A E P R Ald. Lugd., *Desternant* u. 610. *Idolum* Rat. Ald. Lugd.; *furandum* a (an *forandum* sensu foribus eiciendum?).
611. *Quo* Prog. 2 Rat., *Qui* a.

595. *fastorumque*] „consules ordinarii facti, quorum nomina in fastis annos signabant, primo loco scripta." *Cell.*

597. *cera numerentur et aere*] „materia statuarum, illa domesticarum, hoc etiam publicarum, quae signa antiquae nobilitatis erant." *Cell.* Cfr. Iuven. XII, 57, Virg. Aen. VII, 177, Hertzberg. l. l. p. 115.

605. *ter centum*] „i. e.: Si senatorum numerus *frequens* est, et omnes in unam sententiam eunt, senatus consultum *legitimum* fit." *Obb.*

608...657 *Apostrophe ad Symmachum* inscribb. nonnullae edd. vett., cfr. varr. lectt.

libera cum pedibus, tum corde frequentia transit.
Nec locus invidiae est, nullum vis aspera terret,
ante oculos sic velle patet, cunctique probatum,
non iussum, sola capti ratione sequuntur.
Denique pro meritis terrestribus aequa rependens
munera sacricolis summos impertit honores
dux bonus et certare sinit cum laude suorum,
nec pago inplicitos per debita culmina mundi
ire viros prohibet, quoniam caelestia nunquam
terrenis solitum per iter gradientibus obstant.
Ipse magistratum tibi consulis, ipse tribunal
contulit auratumque togae donavit amictum,
cuius religio tibi displicet, o pereuntum
adsertor divum, solus qui restituendos
Vulcani Martisque dolos Venerisque peroras,
Saturnique senis lapides Phoebique furores,
Iliacae matris Megalesia, Bacchica Nysi,
Isidis amissum semper plangentis Osirim,
mimica ridendaque suis sollempnia calvis,
et quascunque solent Capitolia claudere larvas.
O linguam miro verborum fonte fluentem,
Romani decus eloquii, cui cedat et ipse
Tullius, has fundit dives facundia gemmas!
Os dignum, aeterno tinctum quod fulgeat auro,
si mallet laudare Deum, cui sordida monstra

612. *compedibus tum* a, *tum pedibus tum* Ald. Lugd. Cell. Teol., *cum pedibus tunc* 1 W m. 613. *nullum ius* u. 614. *probatu Non iussu* Ald. Lugd. 615. *capitis* P, *capiti* esse videtur in Rat., idem ediderat Ald., sed corr. *capti*. 616. *promeritis* Rat. 617. *impertit* u. 619. *illicitos* a. 625. *Adsertor regum* Ald. Lugd.; *solis* A E, quae scriptura Arev. non displicet. 626. *quc* des. in *α*.
627. *Fybique* E. 628. *magalesia* Prag.; *Bacchia Nisi* R II; *Nisei* vel *Nisae* coni. Heins. Adv. I, p. 369, *Nysi* Prag. Rat. m Sich. tres Gis. I Fabr. Weitz. Grang. Chor. Poett. Amstr. Cell. Ans. Obb., *Nisi α* a u Ald. Lugd. Gis. Heins. Arev. 629. *Osirin* m Weitz. 630. *Mimicaque et ridenda* E Rat. priorib. nbr. Gis. Wouver ad Firm. p. 106. 634. *Tullius affundit* I *α*.

619. *pago implicitos*] Cfr. P. X, 296.
628. *Iliacae matris*] *Opis* Iso. — *Megalesia*] ludi in Cybeles honorem, quae prae caeteris Ilii summa veneratione colebatur. Cfr. Cic. ad Fam. II, 11, Liv. XXIX, 14.
629. *Isidis*] Min. Fel. XXI, 7: *Isis perditum filium cum Cynocephalo suo et calvis sacerdotibus luget, plangit, inquirit et Isiaci miseri caedunt pectora et dolorem infelicissimae matris imitantur: mox invento parvulo gaudet Isis, exultant sacerdotes* etc.; Ov. Met. XI, 692, Bünemann. ad Lact. I, 21, 21.

praetulit et liquidam temeravit crimine vocem:
haud aliter, quam si rastris quis temptet eburnis
caenosum versare solum, limoque madentes
excolere aureolis si forte ligonibus ulvas:
splendorem dentis nitidi scrobis inquinat atra,
et pretiosa acies squalenti sordet in arvo.
Non vereor, ne me nimium considere quisquam
arguat ingenique putet luctamen inire.
Sum memor ipse mei satis et mea frivola novi;
non ausim conferre pedem, nec spicula tantae
indocilis fandi conlecta lacessere linguae.
Inlaesus maneat liber excellensque volumen
obtineat partam dicendi fulmine famam:
Sed liceat tectum servare a vulnere pectus
oppositaque volans iaculum depellere parma.
Nam si nostra fides seclo iam tuta quieto
viribus infestis hostilique arte petita est,
cur mihi fas non sit, lateris sinuamine flexi
ludere ventosas iactu pereunte sagittas?
Sed iam tempus iter longi cohibere libelli,
ne tractum sine fine ferat fastidia carmen.

637. *liquido* Prag. 638. *Haut* a; *quam cum rastris quis temptat* R quattuor vetustiores libb. ap. Heins. Laur. u Ald. Lugd., *quam cum rastris quis tentet* m, *quam si rastris quis temptat* α, quod praestat; *rutris* coni. Heins. Adv. p. 135. 639. *verrare* E. 641. *Splendoris* u. 644. *luctamenti* Lugd. 645. Post *satis* commate disting. Ald. Lugd., post *mei* Sich. tres Gis. I Fabr. Chor. Poett. *et satis* inv. Sich. tres. 648. *manet* Ald. Lugd. 654. *mi* Ald. Lugd. 655. *sarissas* coni. Lips. Saturn. II, 20. 656. Vocc. *iter longi* vacat spatium in u.

Subscribb. *Explicit contra Symmacum Liber I.* α, *Explicit Liber Primus Contra Symmachum* u.

# CONTRA SYMMACHUM LIBER II.

## PRAEFATIO.

Simon, quem vocitant Petrum,
summus discipulus Dei,
lucis forte sub exitu
cum vesper croceus rubet,
curvam vulserat ancoram
captans flamina linteis
et transnare volens fretum:
nox ventum movet obvium,
fundo qui mare misceat,
iactatam quatiat ratem.
Clamor nauticus aethera
plangens atque ululans ferit
cum stridore rudentium:
nec quidquam suberat spei
mergendis prope naufragis,
cum Christum procul adspicit
pallens turba periculis
calcantem pedibus mare,
ac si per solidam viam
siccum littus obambulet.
Haec miracula caeteri

*Praefatio. Incipit liber. II. feliciter. am̃* : α, *Praef. Libri. II. aduersus eunde. Aurelii. Prudentii. Clementis.* m, *Incipit Prologus in LI Secundum.* u, Inscriptio Prooemii nulla in Rat. a, silet Mariettus de Prag.

5. *Curam* A; *vulnerat* R, *avulserat* Prag. Rat. m Gis. (non Gis. I) Arev. (non Laur.) 8. *Mox* Prag., *Mox* supra *l nox* Rat., *Mox* supra *n* m; *uidet* Prag., *movet* supra *uidet* Rat.; *obuiam* 1 Rat. 9. *qui misceat mare* Ald. Lugd. obnitente metro. 14. *superat* Prag. Rat., „omnino rectum" iudice Marietto. 17. *Psallens* Prag. 19. *per exc.* u. 20. *perambulet* 1 R, *obambulat* 1 R.

1. *Simon*] Dictio sacrae scripturae Matth. IV, 18. X, 2. 2. *summus disc.*] Cfr. Barth. Adv. XLIII, 8. 6. Matth. XIV, 22 sqq.

vectores pavidi stupent:
solus non trepidus Petrus
agnoscit Dominum poli
terraeque et maris invii,
cuius omnipotentiae est
plantis aequora subdere.
Tendit suppliciter manus,
notum subsidium rogat.
Ast ille placide adnuens,
puppi ut desiliat, iubet.
Iussis obsequitur Petrus,
sed vestigia fluctibus
summis tinguere coeperat
et lapsante gradu pedes
pessum mergere lubricos.
Mortalem Deus increpat,
quod sit non stabili fide,
nec calcare fluentia,
nec Christum valeat sequi.
Tum dextra famulum levat
sistitque et docet ingredi
tergum per tumidum freti.
Sic me tuta silentia
egressum dubiis loquax
infert lingua periculis:
non ut discipulum Petrum
fidentem et merito et fide,
sed quem culpa frequens levem
volvat per freta naufragum.
Sum plane temerarius,
qui noctis mihi conscius,

26. *Cuiusque omnipotentiae est* Gis. 1, *Cuius cunctipotentiae est* Gis. 30. *illi* l (i. e. cod. Iureti); *innuens* R. 31. *deseliat* l m. 32. *obtemperat Petrus* l R glossema puto. 34. *Summus* Lugd.; male Arev. post *coeperat* puncto disting. 38. *Quod* A R Cauch. α a m u Weitz. Heins. Cell. (ed. secunda *Quod si*) Arev. Obb., *Quid* E P supra *cur*, *Qui* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. 41. *Dum* l m, *Tunc* u. 42. *Sistit et docetque ingredi* Prag. 48. *et merito* B O R II α m Sich. tres Fabr. Chor. Poett. Heins. Cell. Arev., om. *et* A R Prag. a u Ald. Lugd. Gis. Weitz. Grang. Amstr. Obb. 50. *Soluat per freta naufragium* Prag.

43. *tergum ... freti*] Hom. Od. III, 142 ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης, Virg. Georg. III, 360 *Undaque iam tergo ferratos sustinet orbes.*

quam vitae in tenebris ago,
puppim credere fluctibus
tanti non timeam viri:
quo nunc nemo disertior
exultat, fremit, intonat
ventisque eloquii tumet;
cui mersare facillimum est
tractandae indocilem ratis:
ni tu, Christe potens, manum
dextro numine porrigas,
facundi oris ut inpetus
non me fluctibus obruat;
sed sensim gradiens vadis
insistam fluitantibus.

---

Hactenus et veterum cunabula prima deorum
et causas, quibus error hebes conflatus in orbe est,
diximus et nostro Romam iam credere Christo:
nunc obiecta legam, nunc dictis dicta refellam.
Unde igitur coepisse ferunt, aut ex quibus orsum,
quo mage sancta ducum corda illice flecteret arte?

53. *in* om. Prag. 54. *Puppem* u Ald. Lugd. Sich. tres Gis. I Chor. Poett. Heins. Cell. Cham. Obb. 56. *dissertior* m. 57. *Exultet* u. 58. *que* om. a. 59. *versare* α (non Laur.) Ald. Lugd. quod praestat. 63. *in* vel *ui* p. *ut* Prag. 64. *Nomine fluctibus* a. 65. *Sed sum gr.* A, *Sed sim gr.* a. Post 66: *Aurelii Prud. Clem. Aduersus Symmachum lib. II. incipit* Rat., *Explicit Praefatio* α, *Aurelii Prudentii Clementis* (nil aliud) m, *Explicit Praefatio. II Libri. Incipit liber II.* u, nulla inscriptio a. 3. *cedere* I Cham Cell. 5. *Inde* W ad oram.

66. *insistam*] firmo gradu incedens inhaerebo, cfr. Virg. Georg. III, 114 *rapidisque rotis insistere victor.*

6. Hunc vs. in codd. verba Relationis Symmachi excipiunt, quae in eius Ep. I, 61 ita leguntur: *Quis ita* [*ita* om. Sich. tres] *familiaris est barbaris, ut aram* [*arma* a] *Victoriae non requirat* [*quirat* α, *quaerat* Ald. Lugd.]? *Cauti* [*Aut* a] *in posterum sumus* [*simus* Prag. α a Ald. Lugd. Arev.], *et talium rerum ostenta vitamus* [*vitemus* α Ald. Lugd. Arev., *videmus* Prag., *ostentavimus* a, *ostentamus* supra *vite* m]. *Reddatur saltem nomini honor, qui numini denegatus est. Multa Victoriae debet aeternitas* [*dignitas* supra al. Rat., *dignitas* litura facta m] *vestra et adhuc plura debebit. Aversentur* [*Arceant* m] *hanc potestatem, quibus nihil profuit: vos amicum triumphis patrocinium nolite*

Armorum dominos, vernantes flore iuventae,
inter castra patris genitos, sub imagine avita
eductos, exempla domi congesta tenentes,
orator catus instigat, ceu classica belli
clangeret, exacuitque animos et talia iactat:
„Si vobis vel parta, viri, victoria cordi est,
„vel parienda dehinc, templum dea virgo sacrata
„obtineat vobis regnantibus. Et quis amicus
„hostibus, hanc vestro sancte negat esse colendam
„inperio, cui semper adest, quod laudibus inplet?“
Haec ubi legatus, reddunt placidissima fratrum
ora ducum: Scimus quam sit victoria dulcis
fortibus, Ausoniae vir facundissime linguae.
Sed quibus illa modis, qua sit ratione vocanda,
novimus: hac primum pueros pater inbuit arte;
hanc genitore suo didicit puer ipse magistro.
Non aris, non farre molae Victoria felix
exorata venit: labor inpiger, aspera virtus,
vis animi, excellens ardor, violentia, cura,

7. *veneranles* Prag. Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett., *vernantis* coni. Heins., *venantes* mendose Ans. 8. *patrum* Prag., *patres* 1 m; *uite* 1 α, *uitae* Prag. 2 Rat. a 9. *Edoctos* Rat (non Laur.) a Weitz. (*eductos* B supra) Amstr.; *calentes* O 1 T cod. Cauch. Laur. 1 Rat. α a m u Weitz. Heins. Cell. Arev. Obb., *colentes* 2 Rat., *tenentes* A P R W (supra) Prag. Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. (*tenenteis*) Chor. Poett. Amstr.; meo periculo legas *callentes*. 10. *Ortator* E supra. 14. *ecquis amicus* Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cham. Ans. Obb., *et quis magnus* Ald. Lugd. 15. *vestro sancte* α m u Weitz. Heins. Cell. Ans. Arev., *vestro sancto* a, *sancte vestro* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. Obb.; *neget* Prag. 2 m. 16. *quid* a.
17. *Haec ubi dicta dedit* Ald. Lugd. Sich. tres Grang. Chor. Poett. Amstr. 19. *lingua* u Ald. Lugd. 21. *ac primum* α. 23. *mola* ms. Barth. Adv. XX, 8, *sale* Ald. Lugd. 24. *inpigra et* ms. Barth.
25. *Vis animi excellens: ardor* interpung. u; *ardens* ms. Barth.; *violenta* R, *vigilantia* coni. Barth. prob. Cham.

*deserere. Cunctis potentia ista votiva* [*nociva* Prag., *cara* gl. m] *est. Nemo colendam neget, quam profitetur optandam.*

8. *inter castra patris genitos*] „Dubium, qui sint hi *armorum domini* seu imperatores, et (v. 17) *fratres*, in *patris* nati castris. Weitzius Constantini filios interpretatur, quam sententiam supra deseruimus. Chamillardo *pater* est Theodosius; sic fratres domini Arcadius et Honorius. At v. 10 Symmachus eos adloquio instigavit, ac v. 17 eidem *legato* responderunt fratres; Symmachus autem orationem suam ad Valentinianum II, cuius Roma erat, potissimum direxit. Huius tum vernans iuventa erat, etiam Arcadii, utriusque inter arma parentum nati: aut repetiit Symmachus ac postulare perseveravit sub Arcadio et Honorio, quod rei videtur propius.“ *Cell.* Vss. 10...16 et 723 sqq. potius Arcadium et Honorium indicant.

hanc tribuunt, durum tractandis robur in armis:
quae si defuerint bellantibus, aurea quamvis
marmoreo in templo rutilas Victoria pennas
explicet et multis surgat formata talentis,
non aderit versisque offensa videbitur hastis.

Quid miles, propriis diffisus viribus, aptas
inrita femineae tibimet solatia formae?
Nunquam pennigeram legio ferrata puellam
vidit, anhelantum regeret quae tela virorum.
Vincendi quaeris dominam? sua dextera cuique est,
et Deus omnipotens: non pexo crine virago,
nec nudo suspensa pede strophioque recincta,
nec tumidas fluitante sinu vestita papillas.

Aut vos pictorum docuit manus adsimulatis
iure poetarum numen conponere monstris;
aut lepida ex vestro sumpsit pictura sacello,
quod variis imitata notis ceraque liquente
duceret in faciem sociique poematis arte
aucta coloratis auderet ludere fucis.
Sic unum sectantur iter, sic inania rerum

26. *durum et* ms. Barth. 29. *Explices* Sich. tres; *forma* A; *metallis* Ald. Lugd. Sich. tres Torn. Gis. ad oram Grang. Chor. Poett. Amstr. Gall. 30. *aderint* P; *videbitur aliis* nonnullae schedae ap. Iuret. 31. *optas* ms. Barth. u Fabr. Gis. Weitz. (non P). 34. *anelantem* α, *anhelantem* l m Ald. Lugd., *hanelantem* u (non Laur.). 35. *sua dextera cuique est* R m Ald. Lugd. Sich. tres Gis. Weitz. Grang. Chor. Poett. Amstr. Obb., *sua dextera forti est* A E I P (ap. Weitz.) W (supra) a, *al. sua dextra forti est* α ad oram, *sua cuique dextra est* T Laur. P (ap. Heins.) α u Gif. p. 334. Fabr. Heins. Cell. Ans. Arev. [Cfr. H. 104. S. I. 236]. 37. *revicta* R, *revincta* Rat. supra pro div. lect. Cauch. Weitz. (non B) Heins. Ans. 38. *fluitantes investita* B W supra margo trium Sich., *fluitante sinu investita* Weitz. 39. *At* l m Ald. Lugd. Sich. tres Grang. Fabr. Chor. Poett. Amstr. Ans.; *assimulatus* l α, *assimilatis* u Ald. Lugd. Sich. tres Weitz. Grang. Chor. Poett. 40. *nomen* A B (supra) E P; *imponere* l B l W m Sich. I II (non III) ad oram Weitz.; *manus, assimilatis Iure poetarum monstris, componere numen* ms. Barth. 41. *prompsit* pr. man. ms. Barth.; *subello* α. 43. *faciiq.* R. 45. *sectatur* α; *sic inania rerum* A B (ad oram) O R T W (ad oram) α

28. *rutilas...pennas*] Claudianus Panegyr. de VI. consul. Honor. de Victoria in Curia Iulia: *Romanae tutela togae, quae divite penna Patricii reverenda fovet sacraria coetus.* Apud Graecos Victoria involucris fere effigiabatur, alata apud Romanos, quamquam in quibusdam Titi nummis Victoriae imago sine alis apparet.

37. *strophio*] *strophium* fascia brevis, quae virginalem tumorem cohibet papillarum, vid. Non. 14, 8. Saepius fasciola, qua flores nectuntur in serta, vel quodvis ligamen retortum. Cfr. P. IV, 25, Ps. 449, Böttiger Sabina I, p. 84, 184, 197; II, 114 translate C. III, 29.

sompnia concipiunt et Homerus et acer Apelles
et Numa, cognatumque volunt pigmenta Camenae:
idola conflavit fallendi trina potestas.
Haec si non ita sunt, edatur, cur sacra vobis
ex tabulis cerisque poetica fabula praestat?
cur Berecynthiacus perdit truncata sacerdos
inguina, cum pulcrum poesis castraverit Attin?
cur etiam templo Triviae lucisque sacratis
cornipedes arcentur equi, cum Musa pudicum
raptarit iuvenem volucri per littora curru,

(in quo gl. *et* supra *sic*) a Ald. Sich. tres Chor. Poett. Weitz. Cell., *sic segnia rerum* Laur. u, *et inania rerum* Aldi emend. Lugd. utraque Gis. Grang. Amstr. Arev., *sic cassa figuris* B W (alt. in utroque supra) R II m Torn. ad oram Fabr. Gis. ad oram Heins. Cham. Aus. Teol. [Cfr. Gif. p. 342]; *sic inrita rer.* coni. Obb. 46. *apellas* a. 47. *volunt* R T W (supra) Boh. I 1 $\alpha$ u Ald. Lugd. Gis. ad oram Gif. I l. Weitz. Obb., *vocant* A E I P 2 T a, *volant* 2 $\alpha$, *malum* p. *volunt* B O R II W (alt. supra) Rat. m Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett Amstr. Heins. Cell. Aus. Arev. (ut sit epexegesis); *figmenta* 2 B R 2 W Gif. l. l. Weitz. Amstr. Aus. [Cfr. H. 275]; *cognatumque malum, pigmenta, Camenas, Idola conflavit fallendi trina potestas* scribi vult Heins. 48. *Spectraque* priorib. abr. Rat.; *conflavit* a Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Aus. Obb., *convaluit* A I R T Bob. I a m u Gif. Weitz. Arev., *convolvit* coni. Obb.; *docta potestas* B W (alt. supra) Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. Cell. Aus.; *Trinaque conflavit fallendi Idola potestas* Aldi emend. Lugd. 50. *Ex fabulis* a; *praestet* B W Rat. m Sich. tres Fabr. Weitz. Grang. Chor. Poett. Amstr. 51. *perdat* 2 m. 52. *pulcher sese castraverit Atys* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr., heic *Atis; atin* scr. a m. 53. *a templo* R, *templis* u. 54. *Phaedra* 2 A P 2 R W (supra) 3 $\alpha$ a Gis. Chor. Poett. Amstr., *phedra* Ald. Lugd., *Phoedra* Sich. tres Fabr. Grang., *pu...a* 1 $\alpha$, *paedra* 2 $\alpha$, *Musa* cett.; *pudicam* E. 55. *cursu* Gif. l. l. Gis. ad oram Grang. Amstr.

48. *trina*] „Sensus tunc erit [si legas *docta*]: Cognatum malum conflavit idola; hoc autem cognatum malum sunt pigmenta (pictura, Apelles), camoenae (musae, Homerus), fallendi docta potestas (superstitio, Numa). Melius tamen est *trina potestas*, ut pictura, poesis et superstitio comprehendantur. Poesin autem cum pictura quandam inter se cognationem et similitudinem habere, nihil est, cur probemus, cum satis pateat. Hoc proprium est Prudentii, quod superstitionem his fingendi artibus ingeniose coniunxerit. Heinsii explicatio est, quod trina fallendi potestas conflavit (ita enim legit) pigmenta, camoenas et idola, quae sunt cognatum malum. Nostra magis ad codd. mss. et ad mentem Prudentii accedit, quod cognatum malum, trina fallendi potestas, videlicet pigmenta, camoenae, idola convaluit, hoc est: simul valuit, viresque mutua ope accepit; hoc enim pugnat Prudentius." *Arev.*

52 *Attin*] Attin ipsum se castrasse poetae mentiti sunt.

53. *Cur etiam*] Virg. Aen. VII, 778 *Unde etiam templo Triviae lucisque sacratis Cornipedes arcentur equi*, Hygin. fab. 47, Bach. ad Ov. Met. XV, 497, Valckenar. ad Euripid. Phoen. 1422, p. 368 ed. Lips. (1823), Mitscherl. ad Hor. Od. IV, 7, 26, Creuzer. Symbol. IV, p. 146.

54. *pudicum ... iuvenem*] Virg. Aen. VII, 761, Hor. Od. IV, 7, 25.

idque etiam paries tibi versiculorus adumbret?
Desine, si pudor est, gentilis ineptia, tandem
res incorporeas simulatis fingere membris:
desine, terga hominis plumis obducere, frustra
fertur avis mulier magnusque eadem dea vultur.
Vis decorare tuum, ditissima Roma, senatum?
Suspende exuvias armis et sanguine captas,
congere caesorum victrix diademata regum,
frange repulsorum foeda ornamenta deorum:
tunc tibi non terris tantum victoria parta,
sed super astra etiam media servabitur aede.
Talia principibus dicta interfantibus ille
prosequitur magnisque tubam concentibus inflat:
adlegat morem veterum, nil dulcius esse
adfirmat solitis populosque hominesque teneri
lege sua. Sicut variae nascentibus, inquit,
contingunt pueris animae, sic urbibus adfert
hora diesque suum, cum primum moenia surgunt,
aut fatum aut genium, cuius moderamine regnent.
Addit et arcanum rerum verique latebras
prosperitate aliqua deprendi posse secundi
per documenta boni, si sint felicia, quae quis
experiendo probet, cessisse parentibus omne
idolium semper feliciter et pede dextro.
Enumerat longi vim temporis, excitat ipsam
crinibus albentem niveis et fronte vietam,
ore reposcentem querulo sua numina, Romam.
Libera sum, liceat proprio mihi vivere more.

58. *similatis* Rat. [Cfr. supra 39]. 59. Post *frustra* punctum ponunt Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Weitz. Grang. Amstr., colon Chor. Poett. 60. *ab his* supra altera man. *auis* m; *magicusque* coni. Heins.; *ea dea* u. 62. *Suspendit* u; *raptas* E Gis. ad oram Grang. 64. *vetera* coni. Cauch. 65. *Nunc* mendose Teol. 67. *interfuntibus* 1 α, *in te fantibus* Ald. Lugd. 68. *Persequitur* T Heins. Cham. Cell. Ans. Teol. 69. *more* P, *more* supra *i morem* m; *veterem* E T Bob. I Laur. l α u Heins. Cham. Cell. Ans.; *isse* 2 m. 73. *suum* Rat. a m Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Grang. Chor. Poett. Amstr. Cell. Ans. Arev. Obb., *suis* Heins. cum solo T, *suus* E I P R forte Prag. relqq. Heinss. α u Ald. Lugd. 74. *regnet* A E, *regnant* a Luneb. 1648. 75. *variique* A. 76. *deprehendi* u; *secundis...bonis* E P, *secundis...boni* A Ald. Lugd. 78. *probat* l α. 79. *Idolum* Rat. Ald. Lugd. 81. *vigetam* W m, *vieta* Ald. Lugd. 82. *queruloso numina* l m.

74. Cfr. infra ad 277.

Et quis erit, qui mille meos reprehenderit annos?
Uno omnes sub sole siti vegetamur eodem
aere, communis cunctis viventibus aura.
Sed qui sit qualisque deus, diversa secuti
quaerimus atque viis longe distantibus unum
imus ad occultum: proprius genti cuique est mos,
per quod iter properans eat ad tam grande profundum.
His tam magnificis tantaque fluentibus arte
respondet vel sola fides, doctissima primum
pandere vestibulum verae ad penetralia sectae.
Nam cum divinis agimus de rebus et illum,
qui vel principio caruit vel fine carebit,
quique chao anterior fuerit mundumque crearit,
coniectare animo contendimus, exigua est vis
humani ingenii tantoque angusta labori:
quippe minor natura aciem si intendere temptet
acrius ac penetrare Dei secreta supremi.
Quis dubitet, victo fragilem lassescere visu,
vimque fatigatae mentis sub pectore parvo
turbari invalidisque hebetem succumbere curis?
Sed facilis fidei via provocat, omnipotentem
credere, qui bona non tantum praesentia donat,
sed ventura etiam longisque intermina seclis
promitit, ne totus eam resolutus inane
in nihilum pereamque brevem post luminis usum.
Muneris auctorem ipso de munere pendas,
aeterna aeternus tribuit, mortalia confert
mortalis: divina Deus, peritura caducus.
Omnia quae tempus peragit, quaeque exitus aufert,

84. *Ecquis* Fabr. Gis. Cham. Ans.; *reprehenderit* 2 m. 86. *communi* coni. Heins. 87. *quis sit* a u. 89. *proprius genti cuique mos* A E (ap. Heins.) P Rat. priorib. abr. α (pro div. lect. ad oram) a Ald. Lugd. Sich. tres Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. Obb., *Suus est mos cuique genti* R relqq. Heins. α m u Fabr. Weitz. Heins. Cell. Ans. Arev. [Vid. supra 35, S. I, 236]. 92. *Respondit* Laur. Rat. 1 α m u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett.; *solo* 1 α. 93. om. 1 A. 96. *creavit* R. 97. *concedimus* a. 98. *ingeni* 1 m. 99. *nature* 1 m.
101. *lassescere* Laur. 2 α m u Sich. I Fabr. Gis. Weitz. Grang. Amstr. Heins. Arev., *lascescere* 1 α, *lassessere* A, *lasessere* E P, *laressere* a Ald. Lugd. Chor. Poett. Cell. Ans. Obb metro obnitente, *lacescere* Sich. III; *visum* O α Ald. Lugd. (non Laur.). 102. *fatigantis* 1 α; *pectori* 2 m, *tempore* T prob. Salmasio. 107. *nec totus* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett.; *inanem* A. 109. *auctorem* A E P R 2 α a Ald. Lugd. Gif. p. 464 Weitz. Heins. Ans. Obb., *auctores* B W Rat. 1 α m u Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Amstr. Cell. Arev., *autores* Chor. Poett.; *pendes* 1 α, *pensa* R.

vilia sunt brevitate sui, nec digna perenni
largitore, cui propria est opulentia, nunquam
desinere idque homini dare, quod non desinat unquam.
Nam si conruptum conrumpendumve Deus quid
praestat habetque nihil, quod sit pretiosius istis:
pauper et infirmus et summo indignus honore
et non omnipotens, sed inanis numinis umbra est.
Hac ratione fides sapienter conicit, immo
non dubitat, verum esse Deum, qui, quod sumus et quod
vivimus, inlaesum semper fore, si mereamur,
nos sperare iubet: caelestia si placet, inquit,
scandere, terrenas animo depellite curas.
Nam quantum subiecta situ tellus iacet infra
dividiturque ab humo convexi regia caeli:
tantum vestra meis distant mundana futuris,
dira bonis, scelerata piis, tenebrosa serenis.
Quidquid obire potest, fugiatis censeo; quidquid
naturae ratione capit vitium atque senescit,
pro nihilo, in nihilum quia sunt reditura, putetis.
Cuncta equidem, quae gignit humus, quae continet, ipse
principio institui nitidoque insignia mundo
ornamenta dedi speciosaque semina finxi.
Sed tamen esse modum volui parcisque fruenda
moribus indulsi, quantum moribundus et aeger
corporis et vitae volucris sibi posceret usus:
non ut captus homo studiis et inaniter ardens
duceret omne bonum positum in dulcedine rerum
et specie tenui, quas currere tempore iussi

114. *proprium* R II. 115. *desidere* R, *desinerem* Ald. Lugd.; *atque* Gis ad oram (non Gis. I); *hominis* 1 m; *desinit* Rat., *desinet* m Sich. tres Fabr. utraque Gis. Weitz. (non E P) Grang. Chor. Poett. Amstr. 116. *corrumpendumque* R m Weitz. 118. *infirmus summoque* Fabr. Gis. 119. *et inanis* Laur. 1 α m u probo; *nominis* Rat. 122. *illaesam* Lugd. 124. *depellere* R. 125. *situ* A R Laur. α (cum gl. *suo*) a u Ald. Lugd Sich. tres Gis. I Grang. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cham. Cell. Ans. Teol. Obb., *polo* R II m Fabr. Gis. Weitz. Arev. 131. *quae* W (supra) m. 132. *equidem* praestantiores libb. ap. Heins. Laur. α (*Cuncta quidem* corr. *Cuncta equidem*) u Heins. Cell., *quidem* a m Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Grang. Chor. Poett. Amstr. Arev. Obb., *etenim* Ans.; *ipsa* 2 α a Ald. Lugd. Luneb. 1648 Heins Cham. Cell. Ans. Teol. 134. *sputiosaque* nonnulli vulg. ap. Arev. 135. *parcique* a. 136. *ager* 1 α, *aegri* Ald. Lugd. 138. *captus humo* offert Weitz. ex quodam vet. cod.; *inaniter usus* T. 140. *specie tenui* A B (ad oram) E O P R T α a 2 m u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett. Heins. Cell. Ans. Arev. Obb., *species tenues* B 1 m Gis. Grang. Amstr.

atque aevum statui, sub quo generosa probarem
pectora, ne torpens et non exercita virtus
robur inervatum gereret sine laude palaestrae.
Inlecebrosus enim sapor est et pestifer horum,
quae, dum praetereunt, miro oblectamine mentes
inplicitas vinctasque tenent. Vincenda voluptas,
elaqueanda animi constantia, ne retinaclis
mollibus ac lentis nexa et captiva prematur.
Luctandum summis conatibus, inter acerba
sectandum virtutis iter, ne suavia fluxae
conditionis amet, nimium ne congerat aurum,
ne varios lapidum cupide spectare colores
ambitiosa velit, ne se popularibus auris
ostentet pulcroque inflata tumescat honore:
ne natale solum, patrii ne iugera ruris
tendat et externos animum diffundat in agros:
et ne corporeis addicat sensibus omne
quod vult, aut quod agit; ne praeferat utile iusto,
spemque in me omnem statuat: nunquam peritura,

141. *At aeuum* u. 143. *Robur* seqq. E (ap. Weitz.) R II T W 2 $\alpha$ (*Robor* 1 $\alpha$) m Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Ans. Arev. Obb.; *inervatum* scripsi cum T $\alpha$ Obb. (non Laur.). [Cfr. C. VIII, 64. Salmas. ad Spartian. p. 61: „Non enim aliter tunc temporis scribebant *inormis*, *inorme* etc.“ et ita etiam codd. scriptorum seriorum, vid. August. C D. VI, 7. Pseudo-Tert. adv. Marc. p. 276. A. 16 ed. Fabr., Sedul. III, 264: *Pavit inorme virum*. Fulgent. mythol. I, 1. ib. Muncker.]. Post hunc versum inserunt *Enervare suum conrupta per otia robur Posset et in nullo luctamine pigra iaceret* A B E (ap. Heins.) I O R Boh. I 2 Rat. $\alpha$ pro div. lect. ad oram (scr. *Ineruare*) a u Ald. (qui in Emend. v. 143 deleri vult) Lugd. (versu 143 *Robur* seqq. omisso.) Sich. tres Fabr., non inprobante Obb. 144. *sopor* A. 147. *Et laqueanda* 1 m. 149. *Luctandum* $\alpha$ m u Fabr. Gis. Weitz. Grang. Heins. Cell. Ans. Arev., *Nitendum* A E I O $\alpha$ (pro div. lect. ad oram) a Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Amstr. Obb. 150. *nec* u.

151. Non ante sed post *nimium* commate interpungunt Sich. tres Fabr. Grang. Amstr., colon ponunt Gis. Chor. Poett. Heins. Ans., semicolon Cell.; *ne* P Laur. Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Ans. Obb., *nec* $\alpha$ a m u Weitz. Arev., quod non minus Prudentianum; *cogeret* 1 m, *congeret* 2 m Sich. tres, *congregel* u, *congerere* Fabr.

152. *Ne* A E u Ald. Lugd. Amstr. Lnneb. 1648 Obb., *Nec* relqq. scripti et edd. 153. *ne* A R $\alpha$ u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. Obb., *nec* relqq. scripti et edd. 154. *tumescit* 1 m.

159. *Spemque in me omnem* A P W $\alpha$ m Ald. Lugd. Sich. tres Gif. I. I. p. 467 Weitz. Chor. Poett. Amstr. (*meme*) Heins. cum plerisque suis Cell Ans. Obb. [De hiatu cfr. C. XII, 131], *In me spemque omnem* Gis. I Grang., *Spemque suam in me omnem* a Gis. Arev., *Spemque suam in me me omnem* Gis. ad oram, *Spemque omnem in me* R, *Spemque in me statuat omnem* R II Laur. u, *Omnem spemque in me statuat* Fabr.

159. *Spemque in me omnem*] cum hiatu poetae non insolito.

quae dedero, longoque die mea dona trahenda.
Haec igitur spondente Deo, quis fortis et acer
virtutisque capax, breve quidque perennibus in se
praetulerit, vel quis sapiens potiora putarit
gaudia membrorum, quam vivae praemia mentis?
nonne hominem ac pecudem distantia separat una,
quod bona quadrupedum ante oculos sita sunt, ego contra
spero, quod extra aciem longum servatur in aevum?
Nam si tota mihi cum corpore vita peribit,
nec poterit superesse meum post funera quidquam,
quis mihi regnator caeli, quis conditor orbis,
quis Deus, aut quae iam merito metuenda potestas?
Ibo per inpuros fervente libidine luxus:
incestabo toros, sacrum calcabo pudorem,
infitiabor habens aliquod sine teste propinqui
depositum, tenues avidus spoliabo clientes,
longaevam perimam magico cantamine matrem:
tardat anus dominum dilata morte secundum:
nec formido malum: falluntur publica iura,
lex armata sedet, sed nescit crimen opertum:
aut, si res pateat, iudex conrumpitur auro.
Rara reos iusta percellit paena securi.
Sed quid ego haec meditor? revocat Deus ecce severa
maiestate minax, negat interitura meorum
per mortem momenta operum: Non occidet, inquit,
interior qui spirat homo, luet ille perenne
supplicium, quod subiectos male rexerit artus.
Nec mihi difficile est liquidam circumdare flammis

160. *Quae dedero sunt, aeternum mea dona manebunt* Ald. Lugd. Sich. tres Gis. I Grang. Chor. Poett. Amstr., *Quae dedero, longoque die mea dona manebunt* Fabr. Gis. 161. *qui* A E 1 *α*; *acris* 1 m. 162. *quidue* Rat. 167. *seruetur* u. 169. *mei* 2 T. 171. *quo* T. 172. *luxos* 1 *α*, *fluxus* m. 174. *aliquid* A E. 175. *auidis* 1 Rat. 176. *longaevum* A; *maico α*, *longo* u. 177. *annus* A. 184. *monimenta* R Rat. m Sich. tres Weitz. (non E P, Grang. Chor. Poett. Amstr., *monumenta* Fabr. Gis.; *occidit* Rat. m Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Weitz. (non P) Chor. Poett. 185. *sperat* 1 a Ald. Lugd.; *luat* 1 m.

187. *liquidam*] „Male Baylius (dictionaire crit. III, p. 823) aliique ex hoc loco et ex C. X, 12 Prudentium animae corpus sive materiam adsignasse concludi voluerunt, quos bene refutat Middeldorpf. p. 167, not. 10. *Liquida* enim *anima* ea vocatur, quae est pura, spiritalis [Tertull. de an. 11 *anima flatus factus ex spiritu*], absoluta, a corpore, in quo habitat, distincta (C. III, 186, V, 35, X, 24, 38); similiter Deo liquorem tribuit A. 87, 694, 902, (411): et verbo *liquidi* iam vett. Romani si-

naturam, quamvis perflabilis illa feratur
more Noti: capiam tamen et tormenta adhibebo,
ipse incorporeus ac spirituum sator unus.
Quin et corporibus parilis consortia paenae
decernam, possum quoniam renovare favillas
antiquam in faciem: nec desperanda potestas,
qui potui formare novum, reparabo peremptum.
Non desunt exempla meae virtutis in ipsis
seminibus: natura docet revirescere cuncta
post obitum. Siccantur enim pereunte vigore,
quo vixere prius; tunc sicca et mortua, sulcis
aut foveis mandata latent et more sepulcri
obruta de tumulis redivivo germine surgunt.
Numquid nosse potes vel coniectare, quis istud
tam sollers opifex struat, aut quae vis agat intus?
Nil vos, o miseri, Physicorum dogmata fallant!
En, ego gignendi Dominus ac restituendi,
quod periit fluxitque, potens, arentia quaeque
in veteres formas aut flore aut fronde reduco:
idque ipsum quandoque homini facturus, inani
surgat ut ex cinere structuraque pristina constet,
quae mihi pro meritis vel per tormenta rependat
crimina, vel summae virtutis in arce coruscet,
non peritura dehinc, quacunque in sorte manebit.
Interea, dum mixta viget substantia in unum,
sit memor auctoris proprii, veneretur et oret
artificem submissa suum. Non condidit alter
halantis animae figmentum et corporis alter:
nec bona praesentis vitae numerosa gubernant

189. *adhibuntur* 1 Rat. teste Marietto. 190. *spirituus* T [Cfr. C. III, 1]. Fortasse *spirituis* quod est dat. 191. *parili consortia poena* Ald. Lugd. 193. *disperanda* m u. 194. *formare*, *nouum reparabo peremptum* male disting. Ald. Lugd. 198. *visere* A. 203. *Ad vos* E P, sim. A, *At vos* coni. Heins., *Ne vos* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Grang. Chor. Poett. Amstr.; *fallunt* A R; *At...fallunt* suspicatur Obb. 205. *siccissima quaeque* Ald. Lugd. Sich. tres Gis. I Grang. Chor. Poett. Amstr. Gall. 206. *flores* Ald. Lugd.; *fronte* 1 α. 208. *aut ex* A. 209. *promeritis* coniunctim α Gif.; *reprendat* E. 212. *mista* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. 213 sq. *artificis...Autorem* Sich. tres ad oram.

militer usi sunt, vid. Plaut. Epid. V, 1, 36, Catull. LXIII (LXI), 46: *Liquidaque mente vidit* etc., Cic. de Fin. I, 18, 58: *liquida et libera voluptas*. Vid. etiam Giselin. p. 438 ed. Weitz." *Obb.* Cfr. Arev. Proleg. c. XV.

numina: non alius segetes et spicea farra
suppeditat Deus, aut alius dat musta racemis
purpureumque gravi fundit de palmite sum.
Ipse ego sum, virides oleas pinguescere bacis
qui facio, Graia quas Pallade fingitis ortas,
et qui Lucinas tribuo nascentibus horas.
Duplex lege mea per mutua foedera sexus
gignere amat sobolem generisque propagine gaudet:
quem vos lascivis violatis amoribus ignem,
et stupra vestra deae Veneris praetexitis umbra.
Unus ego elementa rego, nec mole laboris
ut miser infirmusve aliquis fragilisve fatigor.
Lux inmensa mihi est, et non resolubilis aetas,
sensibus et vestris haud intellecta vetustas.
Inde ministeriis ad tot moderamina mundi
non egeo, nec participes sociosve requiro.
Porro autem angelicas legiones, quas mea fecit
dextera, nosse meum est, et quae natura creatis
subsistat qualesque mihi serventur ad usus.
Tu me praeterito meditaris numina mille,
quae simules parere meis virtutibus, ut me
per varias partes minuas, cui nulla recidi
pars aut forma potest: quia dum substantia simplex,
nec pars esse queo. Solis divisio rebus
conpositis factisque subest: me nemo creavit,

218. *aut* A E P R 2$\alpha$ a Fabr. Gis. Heins. Cell. Ans. Arev. Obb, *ast* supra *t aut* Rat., *ast* 1$\alpha$ m u Weitz., *haud* Ald. Lugd. Sich. tres Grang. Chor. Poett. Amstr. prob. Gall. [Cfr. Obb. ad Boeth. p. 182]. 223. *saevis* A. 224. *Gign. habet* supra *t amat* W m, *Gign. amat* supra *habet* B, *Gign. habet* Rat. Weitz.; *subolem* m. 226. *Stupraque vestra* Ald. Lugd. 227. *ego elementa* A Rat. scripti Heinss. $\alpha$ a m Ald. Sich. tres Chor. Poett. Heins. Cham. Cell. Ans. Obb., *ego elimenta* B E W Weitz., *ego etque elementa* R, *ego haec elementa* Laur. u Aldi emend. Lugd. Cauch. Gis. I Grang. Amstr. Arev., *ego ipse elementa* Fabr. Gis., sed cfr. 159.
228. *Et* A, *Aut* Grang.; *fragilisque* u. 229. *nec morte solubilis aetas* Rat. m Sich. III Fabr. Gis. Weitz. (non E P) Grang. Chor. Poett. Amstr. et fortassis R II, *nec morte resolubilis aetas* Sich. I II 230. *et nris* R. 234. *et quam natura creatis* O. 235. *seruatur* a.
236. *Te* 1$\alpha$; *nomina* A E I P R. 237. *simulas* supra W.
238. *minui* u. 240. *par* u, haud contempnendum.

221. *Pallade*] Virg. Georg. II, 181 *Palladia gaudent silva vivacis olivae*, Virg. Aen. VII, 154 *ramis velatos Palladis omnes*, Sil. It. I, 238.

222. *Lucinas horas*] quibus in lucem venimus. Ter. Andr. III, 1, Ov. Fast. II, 449, Hor. carm. sec. 15, Macrob. Sat. VII, 1.

ut scindi valeam cunctorum conditor unus.
Crede, quod ex nihilo formavi, pars mea non est.
Quare age, mortalis, soli mihi construe templum,
meque unum venerare Deum, caementa remitto,
et quae saxa Paros secat et quae Punica rupes,
quae viridis Lacedaemon habet maculosaque Synna:
nativum nemo scopuli mihi dedicet ostrum.
Templum mentis amo, non marmoris: aurea in illo
fundamenta manent fidei, structura nivali
consurgit pietate nitens, tegit ardua culmen
iustitia, interius spargit sola picta rubenti
flore pudicitiae pudor almus et atria servat.
Haec domus apta mihi est, haec me pulcerrima sedes
accipit, aeterno caelestique hospite digna.
Nec novus hic locus est, fluxit mea gloria in artus,
et lux vera Dei, Deus inlustravit alumpnam
materiem corpusque parens habitabile fecit
ipse sibi, placito ut possit requiescere templo.
Condideram perfectum hominem: spectare superna
mandaram, totis conversum sensibus in me,
recto habitu celsoque situ et sublime tuentem:
sed dispexit humum seque inclinavit ad orbis

242. *valeat* 1 Rat. 243 et tres vs. seqq. priorib. eras. rec. manu adscripti in Rat. 245. *remitte* A l. 246. *pharos* u; *rupis* A E l Laur. 1 α a u. 247. *Et quae viridis* u; *habes* Rat.; *Synnas* T pro div. script. Cauch. Heins. Cham. Cell. Ans.; *Quae maculosa tenet Synna, et uiridis Lacedaemon* Ald. Lugd. metro consulturae. 248. *didicet* A, *decidet* a. 253. *pudicitia* α Gif. p. 334 Arev. Prudentianum est, brevem haud raro ob caesuram producere. 255. *caelestile* A. 256. *locus hic* m; *in artis* m. 257. *Ut* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. 258. *Materiam* u; *parans* 2 α a Ald. Lugd.; *dubitabile* A E (gl. R) W (ad oram) a. 259. *placido* Grang. Teol.; *poscit* 1 Rat., *posset* 2 α a Gis. Arev. (non Laur.). 260. *Consideram* α. 261. *viribus in me* Fabr. Gis. Weitz. (non B nec ad oram W) Arev. (non Laur.). 262. *et* om. R; *tuendum* W supra. 263. *dispexit* A E O P a Obb., Plaut. Cist. IV, 2, 25 *hoc age, ad terram aspice et dispice* conferens, *respexit* Fabr., *despexit* α m u Ald. Lugd. Sich. tres Gis. Weitz. Grang. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Ans. Arev. Hic versus ultimus est exemplaris m, omnium optimi et correctissimi quae Mariettus vidit, ut ipse in Aldina asserit.

245. *caementa*] templa lapidibus exstructa cedo.

246. *Paros sqq.*] Ex quinque, quae Prud. memorat, marmorum generibus *Parium* candidum, *Punicum* flavum, *Synnadicum* (Phrygiae) maculis variatum, viride *Lacedaemonium*, *Aegyptium* purpureum. Multorum quoque aliorum marmorum fragmenta in ruinis Urbis adhuc miramur. Vid. Plin. H. N. XXXVI, 5...8, Isid. Orig. XVI, 5, Beschreibung d. Stadt Rom von E. Platner, C. Bunsen etc. I. Bd., p. 335.

divitias pepulitque meum de pectore numen.
Restituendus erat mihimet, submissus in illum
spiritus ipse meus descendit et edita limo
viscera divinis virtutibus informavit:
iamque hominem adsumptum summus Deus in deitatem
transtulit ac nostro docuit recalescere cultu.
Scire velim, praecepta Patris quibus auribus haec tu
accipias, Italae censor doctissime gentis.
An veterem tantum morem ratione relicta
eligis, et dici id patitur sapientis acumen
ingeniumque viri? potior mihi pristinus est mos,
quam via iustitiae, pietas quam prodita caelo,
quamque fides veri, rectae quam regula sectae.
Si quidquid rudibus mundi nascentis in annis
mos habuit, sancte colere ac servare necesse est:
omne revolvamus sua per vestigia seclum
usque ad principium, placeat dampnare gradatim,
quidquid posterius successor repperit usus.
Orbe novo nulli subigebant arva coloni:
quid sibi aratra volunt, quid cura superflua rastri?
illignis melius saturatur glandibus alvus.
Primi homines cuneis scindebant fissile lignum:
decoquat in massam fervens strictura securem
rursus et ad proprium restillet vena metallum.
Induvias caesae pecudes et frigida parvas
praebebat spelunca domos: redeamus ad antra,
pellibus insutis hirtos sumamus amictus.

264. *nomen* A. 268. *in deitate* u. 270. *Patris* exc. a. 272. *veterum* α Ald. Lugd. (non Laur.); *tantummodo rem* B W (alt. supra) Sich. tres Chor. Poett.; *mortem* A. 273. *id* cum solo T om. Heins. Cell. Cham. Ans. 284. *Lignis* A, *Ilingnis* 1 α. 285. *scendeb.* E, *findeb.* R; *fixile* u. 286. *Dequoquat* α; structura u; *securem* E Obb., *securim* A I P a, *secures* α u et relqq. edd. 288. *Indubias* E. 290. *hirsutis* 2 B R; *hircos* R a.

Vs. 277 in codd. haec Symmachi verba (cfr. Ep. l. l. ad v. 6) praecedunt: *Suus cuique mos, suus cuique ritus est* [*suum cuique ius* Rat. et margo trium Sich.; enuntiationem integram *Suus cuique mos ... ritus est* om. a]. *Iam* [*Nam* u] *si longa aetas auctoritatem religionibus* [*regionibus* u] *faciat, servanda est tot saeculis fides et sequendi* [*sequentes* ad oram *sequendi* α] *sunt nobis* [*nobis* om. Rat., *nobis sunt* inv. u] *parentes* [*sunt nobis feliciter parentes* a], *qui felicitus secuti sunt suos.* Simili modo Appion philosophus ad Clem. Rom. (Hom. IV, 7): λεγέτω μοι, ἐπειδὴ πρὸς τὸ εὐσεβεῖν ἑαυτὸν ἀποδεδωκέναι νομίζει, πῶς οὐχὶ τὰ μέγιστα ἀσεβεῖ, καταλιπὼν μὲν τὰ πάτρια, ἀποκλίνας δὲ εἰς ἕδη βάρβαρα.

Inmanes quondam populi feritate subacta
edomiti, iam triste fremant iterumque ferinos
in mores redeant atque ad sua prisca recurrant.
Praecipitet Scythica iuvenis pietate vietum
votivo de ponte patrem; sic mos fuit olim.
Caedibus infantum fument Saturnia sacra
flebilibusque truces resonent vagitibus arae,
ipsa casas fragili texat gens Romula culmo.
Sic tradunt habitasse Remum: regalia feno
fulcra supersternant, aut pelle Libystidis ursae

291. *condam* A. 293. *Immemores* a. 294. *vigetum* B W Rat. 295. *deponente* 1 α. 299. *habuisse* R ap. Heins., 1 R ap. Obb. 300. *Lybistid.* B, *Libytidis* E, *Lybistrid.* W.

294. *Scythica*] Tertull. Apolog. 9: *Aiunt apud quasdam gentiles Scytharum defunctum quemque a suis comedi.* Cfr. Lucian. Toxar. 8, ibid. Iacob., Io. Bochm. de moribus gent. II, 9, Plin. H. N. VI, 20, Clem. Rom. Hom. IV, 8.

295. „Duo hic quaeri possunt: an vere Scythae patres suos senes e ponte praecipitarent, et an hic mos aliquando apud Romanos invaluerit. De Scythis affirmat Fortunatianus lib. II artis rhetoricae *Mos*, ait, *apud Scythas fuit ut sexagenarii per pontem mitterentur. Scytha Athenis sexagenarium patrem per pontem deiecit; reus est parricidii. Hic enim se dicit gentis suae more fecisse.* Romanis proverbium erat *Sexagenarios de ponte deiicere.* Festus narrat ex Manilio: sexagenarios olim e ponte deiici, quod Aborigines, qui primi Romam incoluerint, hominem sexagenarium immolare quotannis Diti patri soliti fuerint; postea institutum, ut scirpeae hominum effigies de ponte in Tiberim mitterentur. Addit ex aliis: post Urbem a Gallis captam ob inopiam cibatus coeptos sexaginta annorum homines iaci in Tiberim. *Sed exploratissimum*, inquit, *illud est causae, quo tempore primum per pontem coeperunt comitiis suffragium ferre, iuniores conclamaverunt, ut de ponte deicerentur sexagenarii, ut ipsi potius sibi, quam illi deligerent imperatorem, cuius sententiae est etiam Sinnius Capito. Vanam autem opinionem de ponte Tiberino confirmavit Afranius in Repudiato.* Videtur Festus negare, vere e ponte in flumen sexagenarios fuisse deiectos, quod confirmant alii ex Varrone apud Nonium Marcellum. Prudentius innuit, sexagenarios e ponte, in quo ferebantur suffragia (nam ab ecclesiasticis scriptoribus suffragia *vota* dicuntur, unde *pons votivus*), in fluvium fuisse praecipitatos et respexit ad illud Ovidii Fast. v. 625 *Pars putat, ut ferrent iuvenes suffragia soli, Pontibus infirmos praecipitasse senes.* Ovidius aliam refert et sequitur opinionem.“ *Arev.* Vid. Fest. p. 259 (ed. Lindemann.), Dionys. Hal. I, 38, Macrob. Sat. I, 5, Weisk. ad Cic. pro Rosc. Am. XXXV, 100, I. Fr. Wagner: Quaeritur quid sit sexagenar. de ponte. Lunaeburg. 1831.

299. *Remum*] *Remus* pro *Romulo*, vid. P. II, 425, Propert. II, 1, 23 *Quo gradibus domus ista Remi se sustulit olim.* De isto Romuli habitaculo mentio fit ap. Val. Max. IV, 4, 11: *Per Romuli casam perque veteris Capitolii humilia tecta et aeternos Vestae focos fictilibus etiamnum vasis contentos, iuro* etc.

300. *Libystidis ursae*] Virg. Aen. V, 37, VIII, 368, I, 195, X, 164.

conpositam chlamydem villoso corpore gestent:
talia Trinacrius ductor vel Tuscus habebant.
Roma antiqua sibi non constat, versa per aevum,
et mutata sacris, ornatu, legibus, armis:
multa colit, quae non coluit sub rege Quirino:
instituit quaedam melius, nonnulla refugit.
Et morem variare suum non destitit et quae
pridem condiderat iura, in contraria vertit.
Quid mihi tu ritus solitos, Romane senator,
obiectas, cum scita patrum populique frequenter
instabilis placiti sententia flexa novarit?
Nunc etiam quotiens solitis decedere prodest,
praeteritosque habitus cultu dampnare recenti,
gaudemus conpertum aliquid tandemque retectum,
quod latuit: tardis semper processibus aucta
crescit vita hominis et longo proficit usu.
Sic aevi mortalis habet se mobilis ordo,
sic variat natura vices, infantia repit,
infirmus titubat pueri gressusque animusque,
sanguine praecalido fervet nervosa iuventa,
mox stabilita venit maturi roboris aetas,
ultima consiliis melior, sed viribus aegra,
corpore succumbit mentem purgata senectus.
His genus humanum per dissona tempora duxit
curriculis aevum mutabile: sic hebes inter
primitias mersumque solo titubavit, et instar

301. *villosam* P Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett.; *gestem* A, *vestent* E, *vestant* P. 302. *et ductor* p. *ductor, vel* u; *habebant* A E P R T α a u Ald. Lugd. Heins. Cell. Ans. Arev. Obb., *habebat* Rat. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Grang. Chor. Poett. Amstr. 303. *sibi antiq.* R, *sibi antiquum* coni. Heins. 304. *Emutata sacris* Sich. II (non I III).
307. *morem servare* a; *distrat et* A. 311. *Instabilis* A I R α a u Ald. Lugd. Sich. tres Gis. ad oram Grang. Chor. Poett. Amstr. Arev. Obb., *In tabulis* Rat. margo trium Sich. Fabr. Weitz. Heins. Cell. Ans; *novaret* A E P. 313. *recente* Obb. 322. *consilii* R. 324. *fluxit* Rat. Sich. tres Fabr. Gis. ad oram Weitz. (non P) Chor. Poett. 326. *titubavit, et instar Quadrupedis* etc. A B (ad oram) E (ap. Heins.) O uterque R Rat. (rec. man. priorib. abr.) α (pro div. lect. ad oram) a Ald. Lugd. (utrobi *uersumque*) Sich. tres Fabr. Grang. Chor. Poett. Amstr. Obb., *ceu quadrupes*

302. *Trinacrius ductor*] Acestes, vid. Virg. Aen. I, 195, V, 36 sqq., — *Tuscus*] Tyrrhenus forsan, frater Lydi, opinione Cellarii (Vellei. 1), non Evander, qui cis Tiberim coluerit Pallanteum. Iam Iso rectius Evandrum intelligit, quam interpretationem Virg. Aen. X, 164 confirmat.

326. *primitias*] Ad Sphingis aenigma allusio, quod Oedipus solvit, vid. Diod. Sic. IV, 6, Hygin. fab. 77.

quadrupedis pueri lactantia viscera traxit.
Mox tenerum docili ingenio iamque artibus aptum
noscendis varia rerum novitate politum est.
Inde tumens vitiis calidos adolevit in annos,
donec decocto solidaret robore vires.
Tempus adest, ut iam sapiat divina, serenae
mentis consilio, vivacius abdita sollers
quaerere et aeternae tandem invigilare saluti.
Quamquam, si tantus amor est et cura vetusti
moris et a prisco placet haud discedere ritu,
extat in antiquis exemplum nobile libris,
iam tunc diluvii sub tempore vel prius uni
inservisse Deo gentem, quae prima recentes
incoluit terras vacuoque habitavit in orbe;
unde genus ducit nostrae porrecta propago
stirpis et indigenae pietatis iura reformat.
Sed quia Romanis loquimur de cultibus, ipsum
sanguinis Hectorei populum probo, tempore longo
non multos coluisse deos rarisque sacellis
contentum paucas posuisse in collibus aras.
Innumeros post deinde deos virtute subactis
urbibus et claris peperit sibi Roma triumphis,
inter fumantes templorum armata ruinas
dextera victoris simulacra hostilia cepit,
et captiva domum, venerans ceu numina, vexit.

*egit. Mox tenerum* etc. B E (ap. Weitz.) T W uterque Boh. Laur. *a* u Gis. Weitz. Heins. Cell. Ans. Arev. 328. *aptus* Ald. Lugd. 335. *tantum studium* A E R W (supra) Boh. I a Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. Obb. [Cfr. Virg. Aen. II, 10]; *si tibi t. amor* coni. Gronov. l. l. 336. *ut...placeat* T. 340. om. I A. 341. *nostrae ducit* Ald. Lugd. 346. *Concentum* supra *t contentum* Rat.; *paucis* Gis. ad oram; *montibus* Rat. 347. *inde* Ald. Lugd. 348. *Viribus* A E W supra; *ex claris* Rat. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. (non E W supra) Grang. Chor. Poett. Amstr.

346. Tertull. Apolog. XXV: *Nam etsi a Numa concepta est curiositas superstitiosa, nondum tamen aut simulacris, aut templis res divina apud Romanos constabat. Frugi religio et pauperes ritus et nulla Capitolia certantia coelo, sed temeraria de caespite altaria et vasa adhuc [illegible] et nidor ex illis et deus ipse [illegible]am. Nondum enim tunc in[illegible] Graecorum atque Tuscorum fingendis simulacris Urbem inundaverant.* Cfr. August. Civ. Dei III, 12, IV, 31.

351. *captiva*] Tertull. Apolog. 10: *Nec ego per singulos decurram (deos), tot ac tantos, novos, veteres, barbaros — captivos, adoptivos,* Arnob. adv. gent. III, p. 122: *Cincius numina peregrina novitate ex ipsa appellata pronuntiat; nam solere Romanos religiones urbium*

Hoc signum rapuit bimaris de strage Corinthi,
illud ab incensis in praedam sumpsit Athenis.
Quasdam victa dedit capitis Cleopatra canini
effigies, quasdam domitis Ammonis harenis
Syrtica cornutas facies habuere tropaea.
Roma triumphantis quotiens ducis inclita currum
plausibus excepit, totiens altaria divum
addidit et spoliis sibimet nova numina fecit;
numina, quae patriis cum moenibus eruta nullum
praesidium potuere suis adferre sacellis.
Cernis, ut antiqui semper vestigia moris
gressibus incertis varie titubasse probentur,
adsciscendo deos maioribus inconpertos,
seque peregrina sub relligione dicasse,
nec ritus servasse suos? Quodcunque sacrorum est,
exulat externumque inimicam venit in urbem.
Frustra igitur solitis, prava observatio, inhaeres,
non est mos patrius quem diligis, improba, non est!
Sed solers orator ait: fataliter urbem
sortitam, quonam genio proprium exigat aevum.
Cunctis nam populis, seu moenibus inditur, inquit,

355. *Hammonis* Heins. Cham. Cell. Ans. 367. *Exultat* E (ap. Heins.) 1 $\alpha$; *aeternumque* Ald. Lugd. Sich. tres Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr., *aeternamque inimicum* Fabr., *externumque migrans devenit in orbem* E (ap. Weitz.) R Cauch. a u Gis. ad oram, unde *externamque migrans devenit in urbem* coni. Heins. *inimicam* (*meando* supra) *venit in orbem* P, *ext. micat* (*micam* E ap. Heins.) *venit in orbem* A E. 368. *inheret* u.
369. *improbe* u. 370. *Sed* A E I P R W (supra) Laur. $\alpha$ a u Ald. Lugd. Heins. Cell. Cham. Ans. Obb., *At* Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Grang. Chor. Poett. Amstr. Arev.; *factal.* A.

*superatarum partim privatim, partim publice consecrare.* M. Agrippa Pantheon omnibus diis colendis exstruxit: id adhuc Romae superstes. Idcirco P. II, 1 Roma dicitur *Antiqua fanorum parens.*

352. *bimaris*] Hor. Od. I, 7, 2 *bimarisve Corinthi.*

354. *capitis...canini*] Cfr. A. 195.

359. *nova numina*] Arnob. III, 38: *Novensiles Piso deos esse credit novem in Sabinis...Cincius numina peregrina novitate ex ipsa appellata pronuntiat; nam solere Romanos religiones* [*deos omnes* ed. pr. Bas., Cant. Urs., Elm. Oberth.] *urbium superatarum partim privatim, partim publice consecrare, ac ne aliqui* [*aliquid* cod. et edd. praeter Orell., quae *aliquis* (ex emend. Heraldi) et Hild., quae *aliqui* habet] *deorum multitudine aut ignorantia praeteriretur, brevitatis et compendii causa uno pariter nomine cunctos Novensiles invocari.*

360. Cfr. August. Civ. Dei III, 12, IV, 31,

366. Tertull. Apolog. VI: *Ubi religio? ubi veneratio maioribus debita a vobis? habitu, victu, instructu, sensu, ipso denique sermone provavis renuntiastis. Laudatis semper antiquitatem, et nove de die vivitis.*

aut fatum aut genius nostrarum more animarum,
quae sub disparili subeunt nova corpora sorte.
Iam primum, qui sit genius vel qui status illi
conpetat, ignoro, quid possit et unde oriatur,
spiritus informis sine corpore formave et ulla
sit species et quid sapiat, quae munera curet.
Contra animas hominum venis vitalibus intus
sic interfusas intelligo, sanguis ut ex his
accipiat motumque levem tenerumque vaporem:
unde pererratis vegetet praecordia membris,
frigida succendat, riget arida, dura relaxet.
Sic hominis vitam sibi temperat atque gubernat
vivida mens, quam tu ficto conponere temptas
membrorum genio, qui nusquam est nec fuit unquam.
Quin et corporibus versat mens viva regendis
summum consilium, fida ut tutacula nudis
invalidisque paret, metuenda pericula vitet,
utile prospiciat, varias agitetur ad artes,
consultet, cui se domino submittat, et orbis
quem putet auctorem, quem rerum summa sequatur.
At tuus hic urbis genius, dicas volo, quando
coepit adhuc parvae primum se infundere Romae,
fluxit ab uberibus nemorosa in valle lupinis,
infantesque aluit, dum nascitur ipse, gemellos?
an cum vulturibus volitans ignota per auras
umbra repentinam traxit de nube figuram?

375. *quis sit* α (non Laur.), *quid sit* a Lugd. 376. ***Suggerat*** **a**; *et quid* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. (qui quidem emendavit *quid*) **Grang.** Chor. Poett. Amstr. 377. *formane* Ald. Lugd. Gall.; *et* **A E I R Rat.** α **a u** Heins. Ans. Arev. Obb., *an* P Ald. Lugd. Sich. tres **Fabr. Gis. Weitz.** Grang. Chor. Poett. Amstr. Cell. Gall.; *illa* E P. 378. ***munere*** **A a.** 382. *Inde* **a.** 385. ***Mens ficto quam tu componere tentas*** **a.** 386. *Murorum* B W (supra *membrorum*) R II T cod. Cauch. **a Weitz.** Heins. Cham. Cell. Ans. 388. *Summum consilium fit, ut aut tutacula* B W obscure. 391. *Consulet et cui* B W Rat., *Consulte cui* Sich. tres. 392. *putat* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett.; *quae rerum* **1 T** α Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett.; *sequantur* 1 T. 396. ***gemellus*** **u.** 398. *repentini* A E, *repentina de nube* R II T Boh. I.

375. Cfr. Symm. Ep I. I.: *Varios custodes urbibus mens divina distribuit* [*Custodes urbibus mens divina varios distribuit* a]; *ut animae nascentibus ita populis fatales genti dividuntur* [*induntur* Ald. **Lugd.**]. Cfr. Herald. ad Arnob. I, p. 15.

386. *membrorum genio*] Cfr. infra 447.

culminibus summis sedet, an penetralia servans
instituit mores et iura forensia condit?
an castrorum etiam fossis intervenit, acres
cogit ad arma viros, lituis ciet, urget in hostem?
quae quis non videat sapientum digna cachinno?
Fingamus tamen esse aliquam, quae talia curet,
umbram sive animam, per quam respublica fatum
hauserit et calidis animetur tota medullis:
cur non haec eadem de religione colenda
consultat, cur non suspectat libera caelum,
cur sibi praescriptum non conmutabile fatum,
ut captiva, putat, genesis cur vincula fingit,
cui iam nolle licet, quod tunc voluisse licebat,
erroresque abolere suos ac flectere sensus?
Sic septingentis erravit circiter annis,
lubricaque et semper dubitans, quae forma placeret
inperii, quae regnandi foret aequa potestas.
Regius exortam iam tunc habuit status urbem,
non sine grandaevis curarum in parte locatis.
Mox proceres de stirpe senum tractasse videmus
clavum consilii: plebeias inde catervas
conlatas patribus mixtim ditionibus aequis
inperitasse diu belloque et pace regendis:
consule nobilitas viguit, plebs fisa tribuno est.
Displicet hic subito status et bis quina creantur
summorum procerum fastigia, quos duodeni

399. *servans* A Rat. u Sich. tres Torn. Fabr. Gis. ad oram *al. curans* Weitz. Chor. Poett. Gall. Obb., *servat* R α a et reliqq. edd. 402. *lituo* A R cod. Cauch. u, *lituos* E I O; *sciet* codd. aliquot ap. Obb. 406. *calidas animet curata medullas* Gis. ad oram. 407. *tenenda* Rat. Weitz. (non B). 408. *aspectat* B W, *prospectat* I Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. 409. *tibi* Ald. Lugd. 411. *Cui* R α a u Weitz. (W cum gl. ad oram *cui genio licet nolle*) Heins. Ans. Arev., *Cur* A Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. Cell. Obb.; *tum* Amstr. Obb. 415. *et quae* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Grang. Chor. Poett. Amstr., non codd. 416. *exortum* A. 417. *curatum in parte* Ald. Lugd. 420. *mistum* Ald. Lugd., *mistim* Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. 422. *plebs. fisa* disting. Ald. Lugd. Hunc vs. post 427 exhibent A E O R a.

413. *septingentis circiter ... annis*] „Paucis describit poeta imperii Romani statum (DCC ann. Flor. I, 1) a Romulo usque ad Caes. Augustum. V. 516 reges et centum senatores ab ipso Romulo instituti (Liv. I, 9) indicantur, vss. 418, 422 de coss. et plebis tribunis agunt (Liv. II, 1, 33), ad decemviros (Liv. III, 33), et v. 426 ad consulatum iterum institutum (Liv. I, 1) respiciunt.“ *Obb.*

circumstant fasces, simul et sua quemque securis.
Rursus se geminis reddit ductoribus omnis
publica res et consulibus dat condere fastos:
ultima sanguineus turbavit secla triumvir.
Fluctibus his olim fatum geniusve animusve
publicus erravit: tandem deprendere rectum
doctus iter, caput augustum diademate cinxit,
adpellans patrem patriae, populi atque senatus
rectorem, qui militiae sit ductor et idem
dictator censorque bonus morumque magister,
tutor opum, vindex scelerum, largitor honorum.
Quod si tot rerum gradibus totiens variatis
consiliis aegre tandem pervenit ad illud,
quod probet ac sancto reverentia publica servet
foedere, quid dubitat divina agnoscere iura,
ignorata prius sibimet tandemque retecta?
Gratemur, iam non dubitat, nam subdita Christo
servit Roma Deo cultus exosa priores.
Romam dico viros, quos mentem credimus urbis,
non genium, cuius frustra similatur imago.
Quamquam cur genium Romae mihi fingitis unum?
cum portis, domibus, thermis, stabulis soleatis
adsignare suos genios, perque omnia membra
urbis perque locos geniorum milia multa
fingere, ne propria vacet angulus ullus ab umbra?
Restat, ut et fatum similis dementia cunctis

426. *doctoris* E, *doctoribus* A. 427. *fasces* R. 430. *reprendere* R, *deprehendere* u. 431. *texit* Gis. ad marg. 432. *Appellaris* A. 437. *egrae* Ald. Lugd. 446. *tabulis* Rat. Iso. 447. *At sign.* A. 450. *clementia* Ald. Lugd.

428. Caesaris, Lepidi, Antonii triumviratus, de quo Flor. IV, 5: *cuius atrocitas nihil in se minus habet, quam numerum centum quadraginta senatorum* [proscriptorum]. *Exitus foedi, truces, miserabiles* etc.

432. *patrum patriae* sqq.] Vid. Suet. Aug. 58, Dion. Cass. LIII, 33, LIV, 1 sqq., Flor. IV, 12.

441. *Christo ... Deo*] Grangaeus utrumque arcte coniungit, ut saepius occurrit in Apoth. et Hamartigenia. Non assentior. Illic enim ob peculiarem causam Christi divinitas contra Arianos tuenda. Neque militare sacramentum (Veget. II, 5) a Grangaeo accurate laudatur, quippe quod in optimis libris ita sonet: *iurant autem per deum et* [*et* om. Grang.] *per Christum et per spiritum sanctum, et per maiestatem imperatoriam, quae secundum deum generi humano diligenda et colenda est.* Invenitur tamen et alibi eiuscemodi connexus, vid. Lupi ad Severae martyris epitaphium (Panormi 1734) p. 191, ubi in inscriptione antenicaena leg. ЄN ΘЄΩ KYPЄIΩ XPЄICTΩ.

aedibus inponat, paries ut quisque sub astro
fundatus structusque suo, qua sorte maneret:
quando autem rueret, primis acceperit horis.
Adscribunt saxis Lachesis male fortia fila,
tectorumque trabes fusis pendere rotatis
credunt atque ipsis tribuunt decreta tigillis:
ceu distet, cuius stellae sit fraxinus ortu
eruta, quae summum conscenderet ardua culmen.
Denique nulla hominum res est, nulla actio mundi,
cui non fatalem memorent incumbere sortem.
Quae quia constituunt, dicant, cur condita sit lex
bis sex in tabulis, aut cur rubrica minetur,
quae prohibet peccare reos, quos ferrea fata
cogunt ad facinus et inevitabile mergunt.
Quin et velle adigunt pravum insinuantia votum,
ne liceat miseris vetitum conmittere nolle.
Cedite, si pudor est, gladiumque retundite vestrum,
aspera nil meritos paenis plectentia iura,
antrum carcereum dissolvite, corpora sub quo
agminis innocui fato peccante tenetis.
Nemo nocens, si fata regunt, quod vivitur ac fit:
immo nocens, quicunque volens, quod non licet, audet,
alterutrum quia velle suum est, nec fata reatum
inponunt homini, sed fit reus ipse suopte
arbitrio placitumque nefas et facta rependit
inpia suppliciis merito non sorte peremptus.
Quisque putat fato esse locum, sciat, omniparentem

453. *oris* P. 455. *Rectorumque* Ald. Lugd. 456. *ipsi* u. 457. *cuius stille* a; *hortu* α Ald. Lugd. 464. *Ad facinus cogunt* Rat. Gis. 467. *recondite* coni. Heins. 468. *placentia* A. 474. *Impellunt* u; *suapte Arbitrio* A 2 E (veteri scriptura prorsus erasa) O P W (supra) Laur. α a u Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett., *suapte Ingenio* R, *suopte Ingenio* T uterque Boh., *suopte Ingenium* R II, *per amplum Ingenium* B W cod. Cauch. Fabr. Weitz., *suapte. Ingenitum* coni. Heins. 476. *suppliciis, et merito* Ald. Lugd.; *ne sorte* u. 477. *putet* u; *Quis putat esse fato locum, sciat omni patentem* Ald. in contextu, *Quis putat esse locum fato?* Ald. in Emend., *Quis putat esse locum fato, sciat omni patentem* Lugd.

462. *rubrica*] Leges rubricae dictae aut quia ipsae integrae minio rubro exarabantur, aut earum lemmata aut initiales litterae, vid. Iuven. XIV, 192, Quinctil. XII, 3, 11, Petron. Sat. 46, Iahn. ad Pers. V, 90, Chr. G. Schwarz. de ornamentis librorum, ed. Leuschner. (Lips. 1756) p. 34. — *minetur*] cfr. supra 179.

esse Deum, nulli vetitum fatalibus astris,
nec mathesis praescripto aliquo pia vota repelli.
Spirat enim maiora animus seque altius effert
sideribus, transitque vias et nubila fati,
et momenta premit pedibus, quaecunque putantur
figere propositam natali tempore sortem.
Huc ades omne hominum genus, huc concurrite et urbes;
lux inmensa vocat, factorem noscite vestrum.
Libera secta patet: nil sunt fatalia, vel si
sunt aliqua, opposito vanescunt inrita Christo.
Sed multi duxere dei per prospera Romam,
quos colit ob meritum magnis donata triumphis.
Ergo age, bellatrix, quae vis subiecerit, ede,
Europam Libyamque tibi: dic nomina divum.
Iuppiter ut Cretae domineris, Pallas ut Argis,
Cynthius ut Delphis, tribuerunt omine dextro.
Isis Nilicolas, Rhodios Cytherea reliquit;
venatrix Ephesum virgo, Mars dedidit Hebrum.
Destituit Thebas Bromius, concessit et ipsa
Iuno suos Phrygiis servire nepotibus Afros,
et quam subiectis dominam dea gentibus esse,
si qua fata sinant, iam tum tenditque fovetque,
iussit Romuleis addictam vivere frenis.

478. *Esse* R H Laur. Rat. u Sich. tres Fabr. Gis. ad oram Weltz. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Ans. Arev. Obb., *Nosse* A E O P T uterque Boh. α a Ald. Lugd. Gis. Grang., *Posse* R; *fallacibus* W Gis. (non Laur.).
479. *perscripto* E; *repellit* Laur. α u; *Nec praescripto aliquo pellit pia vota mathesis* Rat. priorib. abr. Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett.
482. *monenta* 1 α. 483. *Fingere* B uterque R T W Rat. 1 α margo trium Sich. Gis. ad oram (non Laur.). 484. *genus. huc huc concurrite* u. 485. *vacat* 1 Rat. 488. *Si* Rat.; *multa* u Ald. Lugd.; *dii* P u Gis. Grang. Amstr. 489. *coluit* α (ita edd. Ald., sed corr.); *magis* Ald. Lugd. Sich. I Π (non III). 490. *subiecerat* Rat. man. rec.
492. *agris* A. 493. *Cynthius* Sich. I II (non III) Fabr. Chor. Poett.
494. *cytharea* u.; *Venus Alma reliquit* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. 497. *suis* a. 500. *Issit romuleis adiectam* u.

488. Cfr. Symm. Ep. l. l.: *Accedit utilitas* [*hu tilitas* (sic) α], *quae maxime homini deos adserit* [*deos esse asserit* Rat.]. *Nam cum ratio omnis* [*omnis ratio* u] *in operto sit, unde rectius quam memoria* [*memoria* α Ald. Lugd. Obb., *de memoria* a u et reliqq. edd.] *atque documentis rerum secundarum cognitio venit numinum?*
492. *domineris*] Roma.
494. *Rhodios Cytherea*] interprete Cellario fabulam respicit, quae Rhodum dicit Veneris filiam, cfr. Pindar. Olymp. VII, 14 (ed. Boeckh.) *παῖδ' Ἀφροδίτας Ἀελίοῦ τε νύμφαν, Ῥόδον*, Schleusner. lexic. s. v.

Perfidiane deum indigenum cecidere tot urbes,
distructaeque iacent ipsis prodentibus arae?
O pietas, o sancta fides! traduxit alumpnos
maiestas infida locos, et creditur istis
numinibus, qui transfugio meruere sacrari?
an voluit servare suos luctataque multum
religio infestas temptavit pellere turmas,
Romanis obnisa globis? sed fortior illam
virtus luctifico camporum in pulvere fregit.
Immo ita est, armis et viribus indiga veri
victa superstitio est et inanem gloria fugit.
Sed nec difficilis fuit aut satis ardua genti
natae ad procinctus victoria frangere inertes,
molliaque omnigenum colla inclinare deorum.
Num cum Dictaeis bellum Corybantibus asper
Samnitis Marsusque levi sudore gerebat?
num mastigophoris oleoque et gymnadis arte
unctis pugilibus miles pugnabat Etruscus?
nec petaso insignis poterat Lacedaemone capta
Mercurius servare suas de clade palaestras.

501. *Perfidane* u; *indigetum* Cauch. prob. Heins., sed vid. 341. 502. *Distructaeque* Rat. 1 α Weitz. Obb., *Destructaeque* Laur. 2 α a u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Ans. Arev. 505. *quae* B 1 W u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. 508. *subnixa* u. Interrogandi signum Arev. reicit post *fregit* vs. seq., commate post *globis* reposito. 510. *ita id est* Gis. Grang. Amstr. Arev. (non Laur.). 511. *fugat* E (supra *inanis gloria fugit*) a. 513. *Late procinctus* B W R II Weitz., *Latae ad procinctus* Sich. tres Fabr. Chor. Poett., *Natae ad procinctos* A, *Natae ad procinctum* R cod. Cauch. Laur. a u Cell. Teol. 515. *Num* α, *Tunc* A I P W (supra) Laur. u Ald. Lugd., *Tum* R, *Nunc* relqq. scripti et edd. 516. *Samnites* a, *Sannites* u; *gerebant* Ald. (non Lugd.); *sudoris oleoque et gymn. arte Unctis* A E intermediis om. 517. *Num* R α, *Tum* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Cell., *Nunc* Laur. cum relqq. scriptis et edd.; *marrucaforis* B R II W Sich. I II (non III), *mafagoris* R, *masuco foris* u. 519. *pegaso* P supra.

513. *ad procinctus*] „Romanos intelligit, gentem ad bellicas expeditiones natam, cum quibus molles deorumque ministros componit." *Cell.* Cfr. P. I, 32.

515. *Dictaeis Corybantibus*] Cfr. infra 860, Min. Fel. XXI.

517. *mastigophori* varie intelliguntur: gymnasiarchae seu pugilibus praefecti, Mercurii palaestritarum dei exemplo virgam in manu tenentes ad compescendos luctantium procaces gestus nexusque dissolvendos; aut flagelliferi, qui agonothetas in sacris certaminibus praeibant ad turbam submovendam et ad ordinem tuendum. Vid. Cod. Theod. I, 18, 17 sq. *de muner. et honor.* de sqq. vss. Elmenhorst. ad Arnob. III, p. 114 consulas.

Apenninicolam peditem Cybeleius hostis
congressu excipiens Asiam defendere et Idam
qui potuit, cogente acies in praelia Gallo?
Idalias nisi forte rosas, laurum citharoedi
vatis, silvicolae calamos arcumque puellae
dedere servitio calcataque sacra domare
difficilis operis fuit inmensique laboris.
Fluctibus Actiacis signum symphonia belli
Aegypto dederat, clangebat bucina contra.
Institerant tenues cumbae fragilesque phaseli
inter turritas Memphitica rostra Liburnas:
nil potuit Serapis deus et latrator Anubis.
Stirpis Iuleae ductore exercitus ardens
praevaluit, gelido quem miserat Algidus axe.
Non armata Venus, non tunc clipeata Minerva
venere auxilio, non divum degener ordo
et patria extorris Romanis adfuit armis:
victus et ipse prius, inimica nec agmina iuvit,
si tamen antiquum norat retinere dolorem.
Sed dicis, legisse deos, ubi sanctior usus

521. *Appenninicolem* Rat.; *peditam* A; *cibilenis* 1 *α*, *cibilegas* 2 *α*. 525. *calamus* A. 527. *Difficilisque* u Fabr. Gis. 530. *Instarerant* 1 *α*, *Instabant* 2 *α* (non Laur.), *Insteterant* 1 a, *Instar erant* Fabr. Gis. Weitz. (non W ad oram); *cimbę* a; *cymbae* u Fabr.; *tenuis...fragilisque* 1 *α* Sich. tres Fabr. Chor. Poett, *tenues... fragilisque* Ald. Lugd. 533. *ductor* u Sich. tres Chor. Poett., *ductorem* coni. Heins. 534. *gelido... Algidus axe* A R Laur. u Weitzii et Heinsii codd. (non B R II) Ald. (in Emend.) Lugd. Fabr. Gis. Weitz. Amstr. Arev. Obb., *gelido... ulcidus axe α* a Ald. (in textu) Sich. tres Chor. Poett., *gelido... Arctos ab axe* Cauch., *gelidum... algidus axis* B, *gelido... algidus axis* margo trium Sich., *gelido... Algidus axi* Grang., *Boreae... algidus axis* R II Heins. Cham. Cell. Ans. De Algido monte nugas esse putat Heins.; sed imitatur poeta Hor. Od. I, 21, 6. III, 23, 10, ubi de monte Algido cfr. Orell. et Lübker. 536. *Vexere auxilium* margo trium Sich. Fabr. Gis. ad oram Weitz. (non B in marg.). 537. *Ex* P a.

523. *cogente.. Gallo*] Galli nimirum Matris magnae sacerdotes evirati, vid. P. X, 197, Elmenhorst. et Herald. ad Arnob. V, p. 167 sq., Lact. I, 17, 7, Hieron. ad Hos. 4, VI, p. 14 F., et de forma *Galla* Voss. lexic. etym. p. 162, Cort. ad Lucan. I, 566.

524. *Idalias*] Pervig. Ven. 22: *Ipsa* (Venus, quae in monte Ida Cretensi colebatur, Virg. Aen. V, 760) *iussit, mane ut udae virgines nubant rosae. Citharoedi* Apollinis, *puellae* Dianae. *Iso.*

528. Prop. III, 9, 43 *Romanamque tubam crepitanti pellere sistro*, Ov. Am. III, 9, 33 *Quid nunc Aegyptia prosunt Sistra.* Cfr. Ben. Bacchini de sistr. (Trai. ad Rhen. 1696) in Graev. thes. antiq. VI, 420, Böttiger Sabina I, 238.

531. *Liburnas*] Hor. Epod. I, 1, ibid. Lambin. et Orell. interpp.

532. *latrator Anubis*] Martyr. Ign. ined. nostrae PP. Apost. opp. ed. c. II *κύων*. Vid. P. X, 258.

533. *ductore*] Octaviano Caesare.

templorum cultu celebri sine fine maneret
Aeneadumque ultro victricia signa virorum
regis amore Numae nullo cogente secutos.
Num Diomedis item tentoria et acris Ulixi
castra volens Pallas caesis custodibus arcis
legit, ubi humenti sudaret maesta sigillo?
aut quotiens ductor Macetum fortissimus altos
templorum cineres victis cumulavit Amyclis,
optarunt praedis Domini se numina capta
misceri Assyriaeque vehi Babylonis ad arcem?
Non fero, Romanum nomen sudataque bella
et titulos tanto quaesitos sanguine carpi.
Detrahit invictis legionibus et sua Romae
praemia diminuit, qui, quidquid fortiter actum est,
adscribit Veneri, palmam victoribus aufert.
Frustra igitur currus summo miramur in arcu
quadriiugos stantesque duces in curribus altis
Fabricios, Curios, hinc Drusos, inde Camillos,
sub pedibusque ducum captivos poplite flexo
ad iuga depressos manibusque in terga retortis,
et suspensa gravi telorum fragmina trunco:

541. *celebris* Rat. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. 544. *Ulixi* α a u Ald. Lugd. Weitz. Heins. Obb., *Ulyxi* Sich. tres Chor. Poett. Cell., *Ulyssi* Fabr. Gis. Grang. Amstr. Arev., *Ulyssis* Cham. Ans. 545. *cust. astis* A, *cust. ultro* Boh. II R II Rat. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. (non P) Grang. Chor. Poett. Amstr. 546. *Legit, ut* Rat. margo trium Sich. Weitz.; *sugillo* a. 547. *ductae* Grang.; *Macetum* A O R relqq. vetustiores Heinss. α u Heins. Cell. Obb., *Macedum* Laur. a et relqq. edd., nisi quod *Macedonum* mendose ap. Ans.; [illud quidem a forma *Macetes*, *Maceta*, vid. Stat. Silv. IV, 6, 106. ib. Markland., Lucan. X, 28. Grat. Cyneg. 117. Drakenb. ad Sil. It. XVII, 633], *Macedonum* cett. 548. *Amiclis* E W Weitz., *ab Indis* B W (ad oram) Cauch. (non Gis. I) Fabr., *Aphidnis* coni. Heins. 549. *dominis* A E. 550. *Assyriaeque...ab arce* B, *Assyriaque...ab arce* Fabr. Gis. ad marg. 551. *que* exc. α. 554. *diminuit* A R Laur. a u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Weitz. Grang. Chor. Poett. Amstr. Ans. Arev. Obb., *deminuit* E α Gis. Heins. Cell. [Cfr. A. 28]; *fortius* Amstr. Obb. 556. *summa... arce* R II Rat. Weitz. [Cfr. A. 523]; *mirantur* I. 557. *Quadriiugo* E P. 560. *depressas* A ap. Obb., *depressus* A asserente mihi Ieepio, *depressis* I.

545. *castra...Pallas*] Virg. Aen. II, 163: *Tydides sed enim scelerumque inventor Ulixes Fatale aggressi sacrato avellere templo Palladium caesis summae custodibus arcis* sqq.

546. *sudaret*] Virg. Aen. II, 173 *salsusque per artus Sudor iit.*

548. *Amyclis*] „victa Macedonico bello Lacedaemone, cui proximae erant Amyclae. Sil. lib. II, 434 *Ledaeis veniens victor Xanthippus Amyclis.*“ *Cell.*

556. *in arcu*] triumphali.

si Brennum, Antiochum, Persen, Pyrrhum, Mithridatem,
Flora, Matuta, Ceres et Larentina subegit.
His tamen auspicibus successus dextra dederunt
omnia laetificos et felix adfuit ales.
Quid sibi vult virtus, quid gloria, si Corvinum
corvus Apollineus penna vel gutture iuvit?
sed tamen hic corvus cur defuit exitiali
forte die, infaustas tegerent cum funera Cannas,
oppeteretque super congesta cadavera consul?
Cur Cremerae in campis, cornice vel oscine parra,
nemo Deum monuit, perituros Marte sinistro
tercentum Fabios, vix stirpe superstite in uno?
nullane tristificis Tritonia noctua Carris
advolitans praesto esse deam praenuntia Crasso
prodidit, aut Paphiam niveae vexere columbae,
cuius inauratum tremeret gens Persica limbum?
Sed video, quae te moveant exempla vetustae
virtutis: dicis domitum terraque marique
orbem, res laetas et prospera quaeque retexis,
mille triumphorum memoras ex ordine pompas
ductaque per mediam spoliorum fercula Romam.
Vis dicam, quae causa tuos, Romane, labores
in tantum extulerit, quis gloria fotibus aucta

563. *Ceres, Matuta* Rat. u Arev.; *larrentina* a, *Larventina* A E (ap. Weitz.), *Laurentina* 2 α u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Grang. Chor. Poett. Amstr. 565. *Omnia* Fabr. Gis. 571. *partha* B W Rat. u Amstr., *parta* Sich. tres Torn. Fabr. Chor. Poett., *parrta* 1 a, *parrha* 2 a. 572. *monuit* α u Ald. Lugd. Sich tres Fabr. Gis. Weitz. Grang. Amstr. Heins. Cell. Ans. Arev., *novit* A E I P R Obb., *iuvit* a, *mouit* Chor. Poett. 573. *uir* u. 574. *charris* Rat, *carrhis* α. 577. *Parthica* coni. Arev.; *lembum* A 2 α u Ald. Lugd. Sich. tres Grang. Chor. Poett. *libum* Cauch., *nimbum* Fabr. Weitz. 579. *dicens* Rat., *dices* u Weitz. (non P). 584. *fortibus* A R α a Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. Cham. Ans. Obb., *fontibus* cod. Rittershusii ad ora. *fotibus* R H W uterque Boh. Laur. u Weitz. Heins. Cell. Arev.

562. *Brennum*] Liv. V, 38 sqq.
563. *Larentina*] Macrob. Saturn. I, 10: *Macer historiarum libro primo Faustuli coniugem Accam Larentiam Romuli et Remi nutricem fuisse confirmat.* De eius cultu vid. Ambrosch. l. l. p. 122, not. 76.
567. *corvus*] Lucret. V, 1081: *mutant cum tempestatibus una Raucisonos cantus cornicum et secla vetusta Corvorum greges*, quare *Apollin. corv.*, Arat. Phaen. 271 sq.
571. *parra*] vid. Hor. Od. I, 27, 1.
573. *Fabios*] Liv. III, 1, anony Lettera sopra l'uccisione dei Fabj, Roma 1784.
574. *Tritonia noctua*] Pal. sacra.
575. *Crasso*] Flor. III, 11.
577. *inauratum ... limbum*] Met. V, 51.

Nexuit et domitos fraterna in vincla redegit.
Vivitur omnigenis in partibus, haud secus ac si
cives congenitos concludat moenibus unis
urbs patria atque omnes lare conciliemur avito.
Distantes regione plagae divisaque ponto
littora conveniunt nunc per vadimonia ad unum
et conmune forum, nunc per conmercia et artes,
ad coetum celebrem, nunc per genialia fulcra
externi ad ius connubii: nam sanguine mixto
texitur alternis ex gentibus una propago.
Hoc actum est tantis successibus atque triumphis
Romani inperii: Christo iam tunc venienti,
crede, parata via est, quam dudum publica nostrae
pacis amicitia struxit moderamine Romae.
Nam locus esse Deo quis posset in orbe feroci
pectoribusque hominum discordibus, et sua iura
dissimili ratione tuentibus, ut fuit olim?
Sic inconpositos humano in pectore sensus,
disiunctasque animi turbato foedere partes,
nec liquida invisit sapientia, nec Deus intrat.
At si mentis apex regnandi iure potitus
pugnacis stomachi pulsus fibrasque rebelles
frenet et omne iecur ratione coerceat una,
fit stabilis vitae status et sententia certa
haurit corde Deum Domino et subiungitur uni.
En ades omnipotens, concordibus influe terris:

612. *conciliamur* E, *concilientur* R Gis. Grang. Amstr. 617. *Aeterni* I. 619. *auctum* u. 620. *iam tunc* α a u cum impr. praeter Arev. *iamtum*. 622. *Paci* mendose Teol. 623. *posset* a u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. Cell. Arev., *possit* α Weitz. Heins. Cham. Aus. Obb. 624. *Rectoribusque* Ald., *Principibusque* Aldi emend. Lugd. 627. *Disiunctaque* A. 629. *Aut* A, *Ut*. E 1 a 634. *Una ades* Ald. Lugd.

617. *externi ad ius connubii*] Romanorum quippe nullum antiquitus cum Latinis aut peregrinis connubium nisi a consule, postea ab imperatore concessum. Unde in Antonium odium, contemptus in Titum ob Cleopatram et Berenicen. Vid. Senec. de benef. IV, 35: *Promisi tibi filiam in matrimonium, postea peregrinus apparuisti. Non est mihi cum extraneo connubium. Eadem me lex defendit, quae vetat.* Vid. Ulpian. fragm. V, 4, 5, Liv. XXXVIII, 36, Gruter. inscr. n. 573. .75. Antoninus Caracalla legem quidem illam de peregrina Romano non ducenda abolevit, vid. Heinecc. antiq. Rom p. 117, 303. Sed Macrob., qui Prudentio aequalis fuit, cum Romanis peregrinos nullam habere consuetudinem reliquit. Prud. certe de externi iure connubii sicuti de re nova uti de Evangelii fructu loquitur.

628. Sapient. 1, 4.

iam mundus te, Christe, capit, quem congrege nexu
pax et Roma tenent: capita haec et culmina rerum
esse iubes, nec Roma tibi sine pace probatur:
et pax ut placeat, facit excellentia Romae,
quae motus varios simul et ditione coercet
et terrore premit. Nec enim spoliata prioris
robore virtutis senuit, nec secula sensit,
nec tremulis, cum bella vocant, capit arma lacertis:
nec tam degeneri venerandis supplicat ore
principibus, quam vult praenobilis ille senator,
orandi arte potens et callida fingere doctus
mentitumque gravis personae inducere pondus,
ut tragicus cantor ligno tegit ora cavato,
grande aliquod cuius per hiatum crimen anhelet.
Si vocem simulare licet, nempe aptior ista
vox Romae est, quam nunc eius sub nomine promam;
quae, quia turpe putat templorum flere repulsam
aegidaque in dubiis pro se pugnasse periclis
dicere, seque gravem senio inclinante fateri,
ductores conplexa suos, sic laeta profatur:
O clari salvete duces, generosa propago
principis invicti, sub quo senium omne renascens
deposui vidique meam flavescere rursus
canitiem: nam cum mortalia cuncta vetustas
inminuat, mihi longa dies aliud parit aevum,

635. *tenet* Rat. 638. *faciat* α. 647. *ossa* Sich. tres Fabr. Chor. Poett.; *caveto* a. 649. *aliquid* R. 651. *ferre rep.* R, *repulsa* A. 653. *fatetur* Rat. in marg., *profetur* Cauch. 659. *parat* Rat.

649. Cfr. Symm. Ep. l. l.: *Romam nunc putemus adsistere atque his vobiscum agere sermonibus: Optimi principes, patres patriae, revereminī* [*reverimini* a] *annos* [*canos* R. II] *meos, in quos me ritus* [*me ritus* om. a] *pius* [*prius* u] *adduxit: utar* [*ut utar* edd. Symm., *ut a* u] *ceremoniis avitis: neque enim paenitet: vivam* [*Et vivam* u] *meo more* [*more meo* Ald. Lugd. Gis. Grang. Heins. Ans. Arev.], *quia libera sum. Hic cultus in leges meas orbem redegit, haec sacra Hannibalem a moenibus, a Capitolio* [*et a capitolio* u] *Senonas repulerunt* [*reppulerunt* u]. [*Ad hoc ego servata sum, ut longaeva reprehendar? videam, quod instituendum putatur? Sera tamen et contumeliosa est emendatio senectutis. Ergo diis patriis, diis indigenis pacem rogamus*]. Vbb. uncis separata non extant in Rat. α a u Ald. Lugd. Sich. tribus Fabr. Weitz. Grang. Amstr., exhibet ea Gis.; in edd. Heins. Cham. Ans. Arev. uncis inclusa apparent.

652. *Aegida*] *capra nutrix Iovis, cuius pellem postea pro scuto habuit brevi* Iso.

655. *O clari...duces*] Arcadius et Honorius.

quae vivendo diu didici contemnere finem.
Nunc, nunc iusta meis reverentia conpetit annis,
nunc merito dicor venerabilis et caput orbis,
cum galeam sub fronde oleae cristasque rubentes
concutio viridi velans fera cingula serto,
atque armata Deum sine crimine caedis adoro.
Crimen enim, piget heu, crimen persuaserat atrox
Iuppiter, ut sacro iustorum sanguine tincta
adsuetum bellis scelerarem funere ferrum.
Illius instinctu primus Nero matre perempta
sanguinem apostolicum bibit, ac me strage piorum
polluit et proprium facinus mihi saevus inussit.
Post hunc et Decius iugulis bacchatus apertis
insanam pavit rabiem: mox et sitis arsit
multorum similis per vulnera tristia flagrans
extrahere insignes animas ac ludere paenis,
undantesque meum in gremium defundere mortes
et sub iure fori non noxia colla secare.
Hac me labe ream modo tempora vestra plarunt.
Vivo pie vobis auctoribus, inpia pridem
arte Iovis, fateor: quid enim non ille cruentum
tradidit, aut quid mite sibi placidumve poposcit?
qui dum praemetuit cultus inolescere Christi,
saeviit ac miserum foedavit sanguine seclum.
Et sunt, qui nobis bella exprobrare sinistra
non dubitent, postquam templorum sprevimus aras;
adfirmentque Libyn Collinae a cardine portae

660. *videndo* 1 a. 666. *persuaserit* Rat. 668. *belli* Ald. Lugd.; *sceleraret* P, *scelerare* a, *scelerare in* A, *scelerarem in* Ald. Lugd.; *fenere* 1 α. 673. *Insaniam* Chor. Poett.; *haec sitis* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. 675. *Et trahere* E Gis. ad oram, *Extraxere* a. 676. *defundere* A E α Weitz. Heins. Cell. Obb., *diffundere* B W a u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. Ans. Arev. 679. *vobis aucta mihi impia* A E P a. 680. *Aste uobis* A. 683. *Saevit* α a u Lugd. (forma perfecti contracta?). 684. *vobis* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Cell.; *exprobare* 1 α.

669. *Nero* etc.] Sulpit. Sev. II, 41: *interea abundante iam Christianorum multitudine accidit, ut Roma incendio conflagraret Nerone apud Antium constituto... Neque ulla re Nero efficiebat, quin ab eo tussum incendium putaretur: igitur vertit invidiam in Christianos actaeque in innoxios crudelissimae quaestiones.*

672. *Decius*] Sulpit. Sev. II, 46: *Decio regnante septima persecutione saevitum in Christianos* (a. 251). Cfr. Euseb. hist. eccl. VI, 38, 40.

686. *Collinae*] Cfr. Iuven. VI, 290 *proximus urbi Annibal, et stantes*

Hannibalem Iovis inperio Martisque repulsum,
victores Senonas Capitoli ex arce fugatos,
cum super e celso pugnarent numina saxo.
qui mihi praeteritam cladem veteresque dolores
inculcant iterum, videant, me tempore vestro
iam nil tale pati: nullus mea barbarus hostis
cuspide claustra quatit: non armis, veste comisque
ignotus capta passim vagis errat in urbe
Transalpina meam rapiens in vincula pubem.

Temptavit Geticus nuper delere tyrannus
Italiam, patrio veniens iuratus ab Istro,
has arces aequare solo, tecta aurea flammis
solvere, mastrucis proceres vestire togatos:
iamque ruens Venetos turmis protriverat agros
et Ligurum vastarat opes et amoena profundi
rura Padi Tuscumque solum victo amne premebat.

Depulit hos nimbos equitum non pervigil anser,
proditor occulti tenebrosa nocte pericli:
sed vis cruda virum perfractaque congredientum
pectora, nec trepidans animus succumbere leto
pro patria et pulcram per vulnera quaerere laudem.
Numquid et ille dies Iove contulit auspice tantum
virtutis pretium? dux agminis inperiique

688. *capitolii* u. 689. *e celso* A B E R W Laur. a u Heins. Cell. Ans. Obb., *excelso* [quod idem puto scriptura quidem diversa (continua), sed non rara] α et relqq edd. 692. *nullis* A a. 697. *hystro* a. 699. *mastrugis* Rat. Sich. tres Weitz. Chor. Poett. 700. *Namque* u; *prostraverat* B W (supra *protriverat*) Weitz. 703. *hos equitum nimbus* Ald. Lugd., *h. e. nimbos* Gis. Arev. 705. *perfractaque* B E P W Laur. α a u Ald. Lugd. Sich. tres Weitz. Heins. Cell. Obb., *praefractaque* Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. Arev., *perfectaque* Ans. 707. *mortem* in marg. *t laudem* Rat.

*Collina in turre mariti*, Westphal. Röm. Campagne p 123.

696. *Geticus...tyrannus*] *Radagisus vel Alaricus* Isoni. Fallitur de Radagiso. Gothi (*Γόθοι* et *Γότθοι*) dicebantur Getae (*Γέται*), unde Claudianus poema suum inscripsit *de bello Getico vel Pollentiaco*. Cfr. Zosim. V, 29.

697. *ab Istro*] Claud. bell. Get. 81 *patrii numen iuraverat Istri*.

699. *mastrucis*] eas Sardis tribuit Cic. pro Scaur.: *Quem purpura regalis non commovit, eum Sardorum mastruca mutavit*? Cfr. Quinctil. I, 5, 12. Sed Isidoro Orig. XIX, 23 est *vestis Germanica e pelliculis ferarum*. Vid. Barth. ad Claud. p. 56, Elmenhorst. Arnob. II, p. 59. Heic Getae *mastrucas* portant, alias *pelliti*. Prosp. Aquit. de providentia: *Quodsi forte lupos lyncasque ursosque creatos Displicet, ad Scythiae proceres regesque Getarum Respice, quis ostro contempto et vellere ferum Eximius decor est tergis horrere ferarum*.

Christipotens nobis iuvenis fuit et comes eius
atque parens Stilico, Deus unus Christus utrique.
Huius adoratis altaribus et cruce fronti
inscripta cecinere tubae: prima hasta draconcs
praecurrit, quae Christi apicem sublimior effert.
Illic ter denis gens exitiabilis annis
Pannoniae paenas tandem delecta pependit.
Corpora famosis olim ditata rapinis
in cumulos congesta iacent: mirabere seris
posteritas seclis inhumata cadavera late,
quae Pollentinos texerunt ossibus agros.

711. *Stilicho* Heins. Cham. Cell. 712. *adorantis* 1 α. 713. *draconis* Rat. Sich. I II (non III) Fabr. Weitz. (non E P) Grang. Chor. Poett. 714. *refert* Lugd., *offert* Sich. II III (non I) Gis. (heic *sublimiter effert* in marg. 717. 716 transp. Rat. 717. *dilata* Rat. 718. *coniecta* Gis. ad oram.

710. *Christipotens iuvenis*] Honorius. — *comes*] *medio aevo nomen dignitatis aulicae*, ut Cell. praepostere notat; heic *is qui comitatur* ob tutoris munus, quod Stiliconi a Theodosio traditum fuit, cum mortem sibi appropinquare videret.

711. *parens*] quia Stilico duas filias ex Serena, Theodosii fratris nata procreatas, Mariam primo et post eius mortem Thermantiam Honorio in matrimonium dederat.

720. *Pollentinos*] „Claudianus loc. cit. *O celebranda mihi cunctis Pollentia seclis.* Pollentia Liguriae urbs nunc *Polenzo* apud Tanarum. Multi scribunt *Polentia*. Alia est Pollentia in Piceno, nunc *Monte Melone*. Omitto aliam Pollentiam in Baleari maiori, nunc *Pollenza*. De Pollentia Liguriae bellum Pollentinum intelligitur. Et Claudianus quidem de bello Getico tradit Alaricum fusum *Ligurum regione suprema*. Sed cur Prud. v. 702 dixit: *Tuscumque solum victo amne premebat?* Puto, Alaricum ad Tusciam et Tiberim pervenisse, et postquam inde excessisset, ad Pollentiam victum. . . . . Cassiodorus et Iornandes narrant, Stiliconem cum exercitu Romano a Gothis Pollentiae victum fugatumque fuisse. Verum potius fides praestanda est scriptoribus aequalibus Prudentio, Claudiano et Orosio. Et Orosius quidem post Stiliconis scelus et obitum scribebat, neque gesta apud Pollentiam laudat; vicisse tamen Romanos concedit. Ita scribit lib. VII, cap. XXXVII de Rufino et Stilicone: *Gentes barbaras ille immisit, hic fovit. Taceo de Alarico rege cum Gothis suis saepe victo, saepe concluso, semperque dimisso. Taceo de infelicibus illis apud Pollentiam gestis, cum barbaro et pagano duci, hoc est, Sauli summa belli commissa est, cuius improbitate reverendissimi dies et sanctum pascha violatum est, cedentique hosti propter religionem, ut pugnaret, exortum est: cum quidem ostendente in brevi iudicio dei, et quid favor eius posset, et quid ultio exigeret, pugnantes vicimus, victores victi sumus. Taceo de ipsorum inter se barbarorum dilacerationibus, cum se invicem Gothorum cunei duo, deinde Alani atque Hunni variis caedibus populabantur. Rhadagaisus* etc. Pergit narrare stragem Rhadagaisi eiusque exercitus. Existimo Orosium in illis verbis *victores victi sumus* innuere, Romanos fovente Gothos Stilicone ab ipso Alarico victos fuisse, cum Urbem obsedit et irrupit; nisi malis accipere de aliqua levi victoria, quam Gothi victi contra Romanos

Si potui manibus Gallorum excisa levare
de cinerum squalore caput, redeunte Camillo
signa renidenti fumans si fronte recepi,
si potui miseras sertis redimire ruinas
et male pendentes lauro praecingere turres:
quo te suscipiam gremio, fortissime princeps,
quos spargam flores, quibus insertabo coronis
atria, quae festis suspendam pallia portis,
inmunis tanti belli, ac te stante sub armis
libera et aure tenus Geticos experta tumultus?
Scande triumphalem currum, spolisque receptis
huc Christo comitante veni: date vincula demam
captivis gregibus, manicas deponite longo
tritas servitio matrum iuvenumque catervae.
Dediscat servire senex laris exul aviti,
discat et ad patrium limen genetrice reversa
ingenuum se nosse puer, timor omnis abesto:
vicimus, exultare libet. Quid tale repulso
Poenorum quondam duce contigit? ille petitae
postquam perculerat tremefacta repagula portae,
Baianis resolutus aquis durissima luxu
robora destituit ferrumque libidine fregit.
At noster Stilico congressus comminus ipsa
ex acie ferrata virum dare terga coegit.

722. *caput*, *et* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Grang. Amstr. 723. *signa renitendi* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett., *signare nitendi* Lugd., *renitenti* Fabr. 724. *misera* E, *miserans* a. 725. *lauru* T. 729. *accestante* a. 730. *Alpetenus* E R W (supra alt.) Rat. Gis. [Claud. VI. cons. Hon. 264], *auretenus* scr. *α* u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Weitz. Grang. Chor. Poett. Amstr. Obb.; *tumultos* A a. 731. *repertis* W (supra *receptis*) Rat. Weitz. 732. *data* 2 R Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. 734. *caterva* 1 E. 735. *lares* u. 736. *genetrice α* Amstr. Heins. Obb., *genitrice* a u et relqq. edd. 737. *Ingenium* a. 740. *pertulerat* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. 741. *durissime* A. 742. *distit.* A. 743. *congressum* Laur. *α* a u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. 744. *virûm* Gis. ad oram.

victores ea post praelium Pollentinum negligentes obtinuerint, quod narrationi Claudiani minime consonat. Nam is in panegyr. de VI consul. Honorii aliam victoriam post Pollentinum praelium a Stilicone prope Veronam partam commemorat. *Ubi Roma periclo — Iam procul, et belli medius Padus arbiter ibat.* Cassiodorus et Iornandes sive ut alii vocant Iordanus fortasse decepti sunt, quod Orosium non bene intellexerint. Hi certe Prudentii versus aperte ostendunt, ita fuisse Pollentiae Gothos disiectos, ut Roma iam secura censeretur. Ex Orosio colligitur etiam, non ipsum Stiliconem praelio Pollentino affuisse, sed Saulem ducem, cui summa belli commissa fuit." *Arev.*

Hic Christus nobis Deus adfuit et mera virtus:
illic lascivum, Campania fertilis, hostem
deliciae vicere tuae: non Iuppiter acrem
protexit Fabium, sed iuvit amoena Tarentus,
quae dedit inlecebris domitum calcare tyrannum.
His ego pro meritis quae praemia digna rependam,
non habeo. Membra statuis effingere vile est:
virtutem nil vile decet: nam vile, quod aetas
eripit: aera cadunt aut fulvum defluit aurum,
aut candor perit argenti, si defuit usus,
et fuscata situ conrumpit vena colorem.
Viva tibi, princeps, debetur gloria, vivum
virtutis pretium, decus inmortale secuto.
Regnator mundi Christo sociabere in aevum,
quo ductore meum trahis ad caelestia regnum.
Nil te permoveat magni vox rhetoris, oro,
qui sub legati specie sacra mortua plorans,
ingenii telis et fandi viribus audet,
heu, nostram temptare fidem; nec te videt ac me
devotos, Auguste, Deo, cui sordida templa
clausimus et madidas sanie delecimus aras.
Unus nostra regat servetque palatia Christus,
ne quis Romuleas daemon iam noverit arces,
sed soli pacis Domino mea serviat aula.
Sic adfata pios Roma exoravit alumpnos,
spernere legatum non admittenda petentem,
legatum Iovis ex adytis ab aruspice missum,
at non a patria: patriae nam gloria Christus.
Persistit tamen adfirmans, iter esse viandi
multifidum variumque, Deus cum quaeritur unus.
Hinc alios, ast inde alios properare seorsum

745 *mea* Gis. Amstr. Obb. (e codd.?). 746. *laxiuum* u. 748. *vivit* A R (quod potius *iuvit* esse suspicor), *vicit* Ald. Lugd. Sich. tres Weitz. (non E) Grang. Chor. Poett. Amstr. 751. *statui* a. 753. *Eruit* Grang. Amstr.; *defluit usus* 1 a. 757. *secutum* Rat. Weitz. 760. *oris* 2 a. 765. *sane* u mendose. 768. *pacis soli* u. 769. *effata* Rat. Fabr. Gis. 772. *a patria patriae, nam* male disting. Ald. Lugd. Sich. tres Fabr., *patriae sua gloria* O. 775. *deinde* u; *seorsum* α a u Ald. Lugd. Weitz. Arev., *seorsim* Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cham. Cell. Ans. Obb.

748. *Fabium*] Flor. II, 6.

766. *palatia*] domus amplae atque splendidae, quales in monte Palatino primas scimus exstructas. Cum mons ille, unde Roma originem traxit, saepius pro tota urbe (cfr. S. I, 181) nominetur, nil obstat, quin de tota Roma eiusque aedibus intelligatur.

quemque per anfractus proprios: sed conpeta eodem
fine coartari simul et concurrere in unum.
Quin etiam caelum atque solum, ventos, mare, nubes,
omnibus in commune dari, vel qui colimus te,
Christe, vel exta litant sculptis qui tabida saxis.
Non nego conmunem cunctis viventibus usum
aeris, astrorum, pelagi, telluris et imbris.
Imo etiam iniustus pariter iustusque sub uno
axe habitant: unas capit inpius et pius auras;
castus et incestus, meretrix et nupta, nec alter
ore sacerdotis, quam mirmillonis anhelat
spiritus, aerio vitam qui temperat haustu.
Nubes verna pluit Zephyro inpellente, sed aeque
furis et innocui fecundat rura coloni.
Gurgitis aestivi sic pura fluenta viator,
ut latro, fessus adit: sic piratis mare servit,
ut mercatori, nec fluctus sectius hosti
obsequitur, quam cum licitae fert transtra carinae.
Ergo capax utriusque rei natura creandis
se praebet populis, nec habet discernere dispar
viventum meritum, quos tantum pascere iussa est.
Servit enim mundus, non iudicat: hoc sibi summus
naturae Dominus praescripta in tempora servat.

776. *amfractus* α, *anfractos* Rat.; *conpeta* A W Rat. α a Ald. Weitz. Heins. Obb., *compita* Laur. u Aldi emend. Lugd. et relqq. edd. [Cfr. A. praef. 7]. 777. *coaretari* u. 781. *commune ... ipsum* Ald. Lugd. Sich. tres. 783. *iniustusque* Sich. II III (non I). 787. *austu* 1 α, *hausto* E a. 790. *fluentia* Sich. II III mendose (non I). 791. *seruat* 1 Rat., *feruet* a. 792. *fluvius sevius* A; *sedius* E; vocc. *tus setius hosti* des. in a. 793. *licita fert* A, *dominae fert* Ald. Sich. tres Torn. Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. Gall.

781. Cfr. Symm. Ep. l. l.: *Aequum est, quidquid omnes colunt, unum putari. Eadem spectamus astra, commune caelum est, idem nos mundus involvit. Quid interest, qua quisque prudentia verum inquirat? Uno itinere non potest perveniri ad tam grande secretum.*

783. Matth. 5, 45.

786. *mirmillonis*] „Gladiatorum genus mirmillo, cum *Thrace*, alio genere, componi solitum. Ausonius Technopaegn. cap. Per interrog. et respons. *Quis mirmilloni contenditur? aequimanus Thrax.* Adde Cic. Philipp. VI, 5.“ *Cell.*, „Fest. p. 233 (ed. Lindem.) *murmillonicum genus armaturae Gallicum est, ipsique murmillones ante Galli* [qui toti in armis erant] *appellabantur, in quorum galeis piscis effigies inerat:* quare aliquot VV. DD. *murm.* nomen a pisce *mormulo*, alii a *Myrmidonibus* deducunt: vid. Schol. ad Iuven. VIII, 199, Vales. in Ammian. Marc. XXIII, p. 385, Lips. Sat. II, 2, 10.“ *Obb.*

Nunc adsunt homini data munera legibus isdem,
quis concessa semel: fons liquitur, amnis inundat,
velivolum ratibus mare finditur, influit imber,
aura volat tenuis, vegetatur mobilis aer,
et res naturae fit publica promptaque cunctis,
dum servant elementa suum famulantia cursum.
Sic probus atque reus capitalis criminis isdem
sideribus facilisque poli bonitate fruuntur.
Vivere conmune est, sed non conmune mereri.
Denique Romanus, Daha, Sarmata, Vandalus, Hunnus,
Gaetulus, Garamans, Alemannus, Saxo, Galaulas,
una omnes gradiuntur humo: caelum omnibus unum est,
unus et Oceanus, nostrum qui continet orbem.
Addo aliud: nostros potant animalia fontes:
ipso rore mihi seges est, quo gramen onagris,
spurca sues nostro amne natat, nostra intrat et ipsos
aura canes animatque levi fera corpora flatu.
Sed tantum distant Romana et barbara, quantum

799. *isdem* Rat. Laur. a u Weitz. Heins Cham. Cell. Ans. Obb., *hisdem* α Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett., *iisdem* Fabr. Gis. Grang. Amstr. Arev. 800. *Queis* scr. Gis. Grang. Amstr. Arev. invitis codd.; *loquitur* Sich. tres. 801. *impluit* coni. Heins. 802. *molibus* A. 803. *naturae* om. A. 805. *isdem* Laur. u Weitz. Grang. Heins. Cham. Cell. Ans. Obb., *hisdem* α a Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett., *iisdem* Gis. Amstr. Arev. 808 *Daha* A E α Weitz. Heins. Cell. Arev. Obb., *Dana* R W Rat. u, *deba* a, *Daca* Ald. Lugd. Sich. tres Grang. Chor. Poett. Amstr. Ans, *Dea* Fabr., *Dan* Gis.; *uuandalus* Rat., *Vandulus* Fabr.; *unus* α. 809. *Garamans* A R (*garramans* 1 R asserente mihi Iecpio contra Obbarium) scripti ap. Heins. α Ald. in contextu Weitz. Arev. Obb., *geramans* a. *Garamas* u Aldi emend. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cham Cell. Ans.; *Alemannus* A R (ap. Obb.) Ald. Lugd. Sich. I II Grang. Chor. Poett. Amstr. Obb., *Alemanus* Sich. III Fabr. Gis., *Alamannus* 2 A R (*alammannus* 1 A asserente mihi Iecpio contra Obbarium) scripti ap. Heins. α u Weitz. Arev., *Alamanus* 2 a Heins. Cell. Ans., *alamunus* 1 a [Cfr. Oros. I, 2]; *galaula* R T Rat., *gelaulas* 1 α, *golaudas* u, *Galaudas* coni. Grang. 811. *qui nostrum* u. 813. *inagris* W, sed glossa alteram stabilit lectionem, *in agris* supra man. aliena *i onagris* Rat., *honagris* u, *in agris* Gis. ad oram. 814. *Spurca sues* T α Heins. Cell. Aus. Arev., *Spurca suis* W (supra *Sordida sus*) uterque Boh. Rat. u Weitz., *Sordida sus* A E Rat. (supra pro div. lect.) a Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. ad oram Grang. Chor. Poett. Amstr. Obb. [Cfr. C. IX, 36], *Spurcaque sus* Gis. ad oram; *et ipsas* T prob. Heins., sed cfr. Obbar. ad Boeth. p. 125. Iacob. Quaest. epic. p. 180. 816. *distant tantum* u; *ac* u.

809. *Galaulas*] An Africae populus circa Senegalum flumen, ubi nunc Galonigritae? Oros. I, 2: *A meridie gentes Aulolum* (al. *Autolum*) *quas nunc Gaulales* (sic) *vocant, usque ad oceanum Hesperium contingentes. Hic est terminus universae Africae.*

quadrupes abiuncta est bipedi, vel muta loquenti,
quantum etiam, qui rite Dei praecepta sequuntur,
cultibus a stolidis et eorum erroribus absunt.
Non facit ergo pares in religione tenenda
aeris et caeli communio: corpora tantum
gignit, alit, reparat recidivaque semina servat.
Nec refert, cuius generis cuiusve figurae
aut cuius meriti: modo sint, ut corpora terra
edita, terrenis quibus est vigor ex elementis:
artificis quia Patris opus discrimine nullo
influit in medium, nec avaro munere currit,
ante datum quam primus homo sordesceret Adam.
Nec vitio utentum restrictum deficit, aut se
subtrahit indignis, nec foeda et turpia vitat.
Haud aliter solis radius, cum luminat omnes
diffuso splendore locos, ferit aurea tecta,
sed ferit et nigro sordentia culmina fumo:
intrat marmoribus Capitolia clara, sed intrat
carceris et rimas et taetra foramina clausi
stercoris et spurcam redolenti in fornice cellam.
Sed non illud erunt obscura ergastula, quod sunt
regia gemmato laquearia fulva metallo.
Nempe magis non illud erunt, qui numen in urnis
quaerunt ac tumulis et larvas sanguine placant:
quod sunt, qui summum caeli Dominum venerantur
iustitiamque litant et templum pectoris ornant.

817. *Quadrupides bipedi abiunctae, mutaere* (*mutaeque* E ap. Heins. O) *loquenti* A E (ap. Weitz ) O a Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. (bi quidem libb. impr. *Quadrupedes*) Obb., *Abiuncta est quadrupes* Rat. priorib. eros., *Quadrupes abiunctae* (fuit *abiuncta ẽ* = *abiuncta est*) *bipedi vel muta loquenti* α, *adiuncta* u et sic Gis., sed corr. *abiuncta*. 818. *Tantum* u Weitz. 820. *Nos* a; *tenenda* W (ad oram) α a u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Grang Chor. Poett. Amstr. Arev., *tuenda* A E O R Rat. Weitz. Heins. Cell Ans. Obb. 822. *redivivaque* W (supra alt.) Rat. Fabr. Gis. Gif. Ind. Luc. p. 474, *redicivaque* u. 829. *uitio uentum restr.* u; *ac se* u. 830. *aut turpia* Arev. absque ulla opinor codd. auctoritate (*et turpia* Laur. α a u); *retat* A. 831. *cum luminat* A R 2α a Ald. Lugd. Sich. tres Grang. Chor. Poett. Amstr. Obb., *columinat* 1α u Gis. Weitz. Heins. Cell. Ans. Arev., *cum illuminat* Fabr. 834. *Capitoli ut lara* a. 836. *redolenti in* A (ap. Obb.) potiores ap. Heins. Laur. u Gis. ad oram Heins. Cell. Ans. Obb., *redolent in* A (asserente mihi Ieepio contra Obbarium) E α Ald. Lugd. Sich. tres ed. Colon. 1701, *redolenti* om. *in* Rat. a Fabr. Gis. Weitz. Grang. Chor. Poett. Amstr. Arev.
841. *Quot* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. (non Rat.); *qui celsi dominum venerantur olympi* Rat., voce. *celsi dominum* man. rec. 842. *Iustitiumque* 1α.

Secretum sed grande nequit rationis opertae
quaeri aliter, quam si sparsis via multiplicetur
tramitibus et centenos terat orbita calles,
quaesitura Deum variata indage latentem.
Longe aliud verum est: nam multa ambago viarum
anfractus dubios habet et perplexius errat:
sola errore caret simplex via, nescia flecti
in diverticulum, biviis nec pluribus anceps.
Non tamen infitior, duplex occurrere nobis
semper iter, geminis mortalia partibus ire,
cum dubitant, quonam ferat ignorantia gressum.
Altera multifida est, at simplex altera et una:
una Deum sequitur, divos colit altera plures,
et tot sunt eius divortia, quot templorum
signa, quot aeriis volitant phantasmata monstris.
Aut hos thyrsigeri rapit ad Dionysia Bacchi,
inlicit aut alios ad Saturnalia festa,
aut docet, occultus quae sacra Diespiter infans
inter tinnitus solvi sibi poscat aenos.
Iamque Lupercales ferulae nudique petuntur

845. *Tramitibus, si* Fabr. Gis.; *obita* a. 846. *latenter* Rat. 847. *multa ambage* Heins. Cham. Aus. 848. *Anfractos* 1 Rat.; *perplexus* Lugd. Sich. II III (non I). 850. *diverticulum* A R Laur. a u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Grang. Chor. Poett. Amstr. Aus. Arev. Obb. [et ita codd. Rutil. Num. It. II, 61. Liv. IX, 17. Quinctil. IX, 2: *diverticula et anfractus et suffugia infirmitatis*, Donat. ad Ter. Eun. IV, 2, 7. Serv. ad Virg. Aen. IX, 379. Obbar. ad Hor. Ep. I, 15, 10. sim. *diversorium* H. 852], *deverticulum* potiores ap. Heins. *α* Heins. (qui def. ad Ov. A. II, 6, 9) Cell. 851. *Nec* u; *infitens* A, *infiteus* E W ad oram, unde *infiteor* coni. Weitz. 854. *multifidi* 1 Rat.; *una* A R *α* a u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. Arev. Obb., *unum* R II Gis. ad oram Weitz. Heins. Cham. Cell. Aus. Cum interpunctione post *altera*, post *unum* nulla. 857. *aeris* 1 *α*. 861. *tinnitus* Rat.

860. *Diespiter*] Cfr. supra 515, Min. Fel. XXI, 10: *avido patri* (*Saturno*) *subtrahitur infans* (*Iuppiter*), *ne voretur, et Corybantum cymbalis, ne pater audiat vagitus, tinnitus elicitur.*

862. *Lupercales*] Min. Fel. XXIV, 4: *Nudi* (*Luperci*) *cruda hieme discurrunt, pelles caedunt*, Schol. ad Iuven. II, 142: *steriles mulieres februantibus Lupercis se offerunt et ferula verberantur.* Ov. Fast. II, 267, V, 102, ib. Heins., P. II, 518, X, 162, Fenestella l. l. p 6: *De nomine vero Lupercalium non etiam satis convenit. Plerisque enim inditum hoc nomen, quod huius invocatione lupi a stabulis arcerentur, visum est. Alii templum ipsum, in quo hic deus colitur, Lupercal vocunt, quocirca Virgilius: et gelida, inquit, monstra sub rupe Lupercal; eique loco a Lupa Romuli nutrice, quod eo in loco Romulum et Remum parvulos educare reperta sit, factum nomen Lupercalis putant. Nec desunt, qui a Lycaeo Arcadiae monte, ubi praecipue ea religio perviguit*

discursus iuvenum, Megalesius hinc spado diris
incensus furiis caeca ad responsa vocatur.
Sunt, qui quadriviis brevioribus ire parati
vilia Niliacis venerantur oluscula in hortis,
porrum et cepe deos inponere nubibus ausi,
alliaque et Serapen caeli super astra locare.
Isis enim et Serapis et grandi Simia cauda
et Crocodilus idem, quod Iuno, Laverna, Priapus:
hos tu, Nile, colis, illos tu, Tibris, adoras.
Una superstitio est, quamvis non concolor error.
Hinc alia exoritur tenebrosis tecta frutetis
semita, quam pecudes et muta animalia carpunt,
quaeque latent silvis: operitur nescia caeli
mens hominum, saevo vivens captiva tyranno.
Haec putat esse Deum nullum: namque omnia verti
casibus et nullo sub praeside secla rotari.
Hoc iter haudquaquam magno discrimine distat

863. *magalesius* Rat. 866. *holuscula* Rat. u Ald. Lugd. Sicb. tres Fabr. Grang. Chor. Poett. Amstr. 868. *Serapen* A meliores ap. Heins. Laur. Rat. α a u Weitz., unde *Serapem* coni. Obb., *Serapin* Ald. Lugd. Sich. I II Fabr. Gis. Chor. Poett. Heins. Cell. Ans. Arev. Obb., *Seraphin* Sich. III, *Seraphim* Grang., *Serapim* Amstr.; in Rat. ex corr.: *Alliaque, et coeli super astra locare Serapin,* et post hunc versum, priorib. abr. *Et pastam colubris Ibin. redeunt sed eodem*, dein ad oram: *Ista Serapis enim, et praegrandi sinnia cauda.* 869. *et grandissima cauda* a corrupte. 870. *crocodillus* α Ald. Lugd. Weitz. (non Laur.), *crocodrillus* W; *idem est* O u, *id est* R Rat. Gis. Weitz.; *Lauena* Ald. Lugd. Sich. tres (non Laur.). 871. *Hos tu tibri colis, illos Nilus adorat* Rat. ex corr., *Hos tu Nile deos colis, et tu Tybris adoras* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. 873. *frutectis* u. 875. *latent silvis.* (, :) *operitur* W (supra) Rat. α a Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. Arev., *latet* Laur. u, *latens* A W Gis. Weitz. Grang. Amstr. Heins. Cell. Ans. Obb. (in quibus post *operitur* interpungitur), *Quaeque latens silvis operitur nescia caeli. Mens* legendum et distinguendum suspicatur Arev.

876. *ueniens* u.

(*eum, quem nos lupum, illi λύκον vocant*), *ipsum cognominatum esse arbitrentur. Praecipuam vero huic deo, dicatisque sacerdotibus venerationem ea ex parte tributam ferunt, quod quae mulieres ex suis viris vel concipere vel conceptos foetus edere nequirent, ad Lupercos confugiebant. Quae ubi loris ex tergore hirci sectis caesae fuissent, e vestigio gravidae aut effoetae efficiebantur. Haec solennia quinto decimo Cal. Febr. celebrari, ut Ovidius in Fastorum libris refert, moris fuit.*

863. *Megalesius*] Cfr. I, 629, Tert. Apolog. XVII: *Archigallus* [i. e. Cybeles sacerdos] *sanctissimus sanguinem impurum lacertos quoque castrando libabat*, P. X, 1061.

867. *porrum et cepe*] Iuven. XV, 9: *porrum caepe nefas violare* etc., Obbar. ad Hor. Ep. I, 12, 21, P. X, 259.

870. *Laverna*] Non. *dea, cui supplicant fures.* Hor. Ep. I, 16, 60, Arnob. III. p. 115. ib. Elmenh.

hisce viis, quas vos teritis, qui numina multa
et portenta, Deum summum, numerosa putatis.
Simplicis ergo viae dux est Deus: ille per unam
ire iubet mortale genus, quam dirigit ipse
sublimem dextro celsa ad fastigia clivo.
Prima viae facies inculta, subhorrida, tristis,
difficilis, sed fine sui pulcerrima et ampliis
praedita divitiis et abundans luce perenni,
et quae praeteritos possit pensare labores.
Multiplici dux daemon adest, qui parte sinistra
centifidum confundit iter: trahit inde sophistas
barbatos, trahit hinc opibus vel honore potentes.
Inlicit et volucrum linguis et aruspice fallit,
instigat bacchantis anus ambage Sibyllae,
involvit mathesi, magicas inpeliit in artes,
omine sollicitat, capit augure, territat extis.
Cernis ut una via est multis anfractibus errans,
talem passa ducem, qui non sinat ire salutis
ad Dominum, sed mortis iter per devia monstret?
devia picta bonis brevibus, sed fine sub ipso
tristia et in subitam praeceps inmersa charybdem?

882. *deus est dux* u. 884. *Sublime* Teol.; *celsam* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Teol.; *diuo* 1 α. 889. *Multiplici* A E (ap. Heins.) I O P R α a u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gif. p. 471 Chor. Poett. Heins. Cell. Ans. Arev. Obb., *Multiplicis* E (ad. Weitz.) W Gis. Weitz. Grang. Amstr.; *daemon sed adest qui morte sinister* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett., *Multiplicis Dux Daemon at est* Gis. Grang. Amstr. 891. *Barbatus* a. 892. *Inlicitat volocrum* Gif. p. 374. 893 *bacchatus* W (supra *bachantis*) Weitz.; *silla* a corrupte. 894. *mathesin* 2 α; *In mag. art. trahit involvitque mathesin* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett., *In magicas artes trahit involuitque mathesi* Rat. priorib. abr. 896. *Cernit* A. 898. *monstrat* E α a u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. 900. *Tristitiam et subita* a, *tristis* u, *Tristitia et in subditam* Sich. II; *Charybdem* E O T Heins. Obb., *caribdem* A a, *carybdem* 1 α, *carybdim* 2 α u, *charybdim* vel *Charybdim* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Cell. Ans. Arev., *caribdin* Weitz., *Charibdim* Grang.

886. Matth. 7, 13, 14.

894. *Involvit mathesi*] Cfr. Gell. N. A. XIV, 1 (Chaldaei), Tertull. Apolog. XXXV, Clem. Rom. Hom. IV, 12: ἄλλοι δὲ εἱμαρμένην εἰσηγήσαντο, τὴν λεγομένην γένεσιν, παρ' ἣν μηδὲν πάσχειν τις ἢ ποιεῖν δύναται. ὁμοίως οιν καὶ τοῦτο τῷ πρώτῳ ταὐτόν ἐστιν. νομίσας γάρ τις ὅτι παρὰ γένεσιν οὐδεὶς οὔτε πάσχειν οὔτε ποιεῖν τι δύναται, ῥᾳδίως ἐπὶ τὸ ἁμαρτάνειν ἔρχεται, καὶ ἁμαρτὼν οὐ μεταμελεῖται ἐφ' οἷς ἠσέβηκεν, ἀπολογίαν φέρων ὅτι ὑπὸ γενέσεως αὐτὰ ποιεῖν ἐξηναγκάζετο· καὶ ὡς τὴν γένεσιν κατορθῶσαι μὴ δυνάμενος, ἐφ' οἷς ἐξαμαρτάνει οὐδὲ τὸ αἰδεῖσθαι ἔχει. Lact. II, 16.

Ite procul, gentes: consortia nulla vlarum
sunt vobis cum plebe Dei: discedite longe
et vestrum penetrate chaos, quo vos vocat ille
praevius infernae perplexà per avia noctis:
at nobis vitae Dominum quaerentibus unum
lux iter est et clara dies et gratia simplex.
Spem sequimur gradimurque fide fruimurque futuris:
ad quae non veniunt praesentis gaudia vitae,
nec currunt pariter capta et capienda voluptas.
Ultima legati defleta dolore querela est,
Palladiis quod farra focis, vel quod stipis ipsis
virginibus castisque choris alimenta negentur,

904. *Praeuius infelix* Rat. 906. *Lux est iter* Rat. obnitente metro. 907. *Spem* I α a Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Weitz. Grang. Chor. Poett. Amstr. Obb., *Spe* Laur. u Gis. Heins. Cell. Ans. Arev.; *fides* l. 908. *Atque* A α, *Ad quam* u, *Ad quem* Sich. II III (non I). 910. *deleta* a; *querella* α. 911. *Pallidus* A; *stipes* W Weitz. 912. *toris* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett., *thoris* Grang. Amstr.

910. Cfr. Symm. Ep. l. l.: *Quanto conmodo aerarii* [*sacri aerarii* edd. Symm. Amstr. Heins. Ans.] *vestri, Vestalium virginum praerogativa detracta est? Sub* [*detracta est, sub* Ald., *detracta, sub* Aldi emend. Lugd.] *largissimis inperatoribus denegatur, quod parcissimi praestiterunt. Honor solus est in illo velut stipendio* [*velluti* u, *in illud* a] *castitatis. Ut vittae earum capiti decus faciunt, insigne ducitur sacerdotii* [*sacrificii* edd.] *vacare muneribus. Nemo me* [*Et nemo* om. *me* u] *putet tueri solam caussam relligionum. Ex eiusmodi* [*huiusmodi* edd. Symm. u Gis. Weitz. Heins. Ans. Arev., *Exuiusmodo* (sic) α] *facinoribus orta sunt cuncta Romani* [*humani* Rat. α a u Ald. Lugd. Sich. tres Weitz. Grang. Amstr.] *generis incommoda* [*incommodo* a]. *Honoraverat lex parentum Vestales virgines ac ministros* [*ministras* u] *deorum victu modico iustisque privilegiis. Stetit* [*privilegiis stetit* Ald. Lugd.] *muneris huius integritas usque ad degeneres trapezitas* [*trapazetas* a, *Trapezetas* Ald. Lugd. Sich. tres], *qui ad mercedem vilium baiulorum sacra castitatis alimenta* [*salimenta* Ald. Lugd. Sich. I II (non III)] *verterunt. Secuta est hoc* [*h. factum* edd.] *fames publica* [*publica fames* u] *et spem provinciarum omnium messis* [*messi* a] *aegra decepit. Non sunt haec vitia terrarum: nihil inputemus austris* [*astris* Rat. Aldi emend. Lugd. Grang. Amstr.]: *nec rubigo segetibus obfuit, nec avena fruges necavit* [*necuit* Rat.]: *sacrilegio annus exaruit. Necesse enim fuit perire omnibus, quod relligionibus negabatur* [*negatur* 1 α]. *Quid tale proavi* [*proavi* A E R α (pro div. lect.) Ald. Lugd. Sich. tres Grang. Amstr. Obb., *provinciae* edd. Symm. Rat. α a u Gis. Weitz. Heins. Cham. Ans. Arev.] *pertulerunt, cum relligionum ministros honor publicus pasceret.* Vocc. [*Commendabat enim terrarum proventus victus antistitum et remedium magis quam largitas erat. An dubium est, pro copia omnium datum, quod nunc inopia omnium vindicavit?*] non leg. in Rat. α a u Ald. Lugd. Sich. tres Weitz. Grang. Amstr., extant ap. Gis. Heins. Cham. Ans. Arev. uncis seclusa.

Vestales solitis fraudentur sumptibus ignes.
Hinc ait et steriles frugescere rarius agros,
et tristem saevire famem totumque per orbem
mortales pallere inopes ac panis egenos.
Quae tanta extiterit praesenti tempore tamque
invidiosa fames, quam Triptolemi Cererisque
moverit ira penu pro virginis ulciscendo,
non memini, nec tale aliquid vel fama susurrat.
Audio per Pharios Nilum discurrere campos
more suo viridisque sata stagnare Canopi.
Aut veniat, sicco qui flumine nuncius adfert
ieiunam squalere siti sub pulvere Memphim,
nec Pelusiacae limum sudare paludis.
Num fons arcano naturae tectus operto
aruit, et tenuem vix stillat vena liquorem?
num refugus nostras odit praestringere ripas
amnis, et exustos cursum deflectit ad Indos?
num tractu in medio bibulus vorat alveus undam
fluminis, et subito stagna absorbentur hiatu?
ne sulcos operire vadis neve arida possint
Aegypti per plana trahi glebasque rigentes
infusis ad pingue lutum mollire fluentis,
unde seges late crinitis fluctuet agris
densius et gravidis se vestiat aequor aristis.
Respice, num Libyci desistat ruris arator

913. *ignis* A. 914. *parcius* R II Rat. a u Gis. Weitz. (non E) Grang. Amstr. 915. *servire* Fabr. Gis. 917. *tamquam* A. 918. *qua* Ald. Lugd., *quae* Sich. tres Fabr., *qui* Chor. Poett.; *Treptolemi* α Ald. Lugd., *treptolemique cererisque* a. 919. *peno* T α (non Laur.). 921. *varios* supra *farios* W. 923. *Aut veniat sicco* A E R W Laur. Rat. α a u Ald. Gif. p. 471 Weitz. Chor. Poett. Arev. Obb., *Haud veniat sicco* Aldi emend. Lugd. Sich. tres Fabr., *Haud venit a sicco* Gis. ex coniectura, quod postea extare vidit in cod. Buslidiano, Grang. Amstr. Heins. (e quibus codd.?) Cham. Cell. Aus. 924. *sitis* Rat. Weitz. 925. *Nunc* u. 926. *Nunc* u. 929. *exustus* E. 930. *Nunc* u. 931. *arsorb.* A, *absorbentur* Rat. u. 932. *Nec* l α a u. 934. *adpingue solum* a. 937. *nunc* α.

913. *Vestales...ignes*] Gratianus Imp. a. 382 Vestalium agros fisco adsignavit (Zosim. IV, 33, Ambrosch. l. l. p. 18): subsequenti autem anno fames illa magnam Italiae partem desolavit. Symm. Ep. II, 7, Ambros. III, 7, Gibbon. hist. of. the decline cap. XXVIII, p. 933 sqq.

918. *Triptolemi*] Hygin. 147.

922. *Canopi*] opulentae Aegypti insulae cum oppido ad Nili ostium occidentale, quod inde nomen traxit Canopicum, cfr. P. III, 59, X, 255.

937. *Libyci*] Libya re frumentaria abundans, vid. Hor. Od. I, 1, 10.

frumentis onerare rates et ad ostia Tibris
mittere triticeos in pastum plebis acervos,
numne Leontini sulcator solvere campi
cesset frugiferas Lilybaeo ex littore cumbas,
nec det vela fretis, Romana nec horrea rumpat
Sardorum congesta vehens granaria classis?
Ergo piris mensas silvestribus inplet arator
Poenus et evulsas Siculus depascitur herbas?
iamque Remi populo quernas Sardinia glandes
suppeditat, iam corna cibus lapidosa Quiritum?
Quis venit esuriens magni ad spectacula Circi,
quae regio gradibus vacuis ieiunia dira
sustinet, aut quae Ianiculi mola muta quiescit?
Quantos quaeque ferat fructus provincia, quamque
ubere fecundo large fluat orbis opimus,
indicio est annona, tuae quae publica plebi,
Roma, datur, tantaeque manus longa otia pascit.
Sit fortasse aliquis paullo infecundior annus,
nil mirum, nec in orbe novum didicere priores

939. *acerbos* A. 940. *ne* om. A; *leantini* u. 941. *frugigeras* E; *cymbas* u. 942. *frangat* Rat. 943. *Sardonum* Rat. 944. *piris* Laur. α a Fabr. Weitz. Heins. Ans., *pyris* Ald. Lugd. Sich. tres Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. Cell. Arev. Obb. 947. *cibos* R Heins. Cell., *cibis* R II. 950. *Ianiculo* Ald Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr.; *muta* R (ap. Heins. idem Ieepius testatur contra Obbarium) T uterque Boh. α Heins. Cell. Ans. Arev. Obb., *mota* A R (ap. Obb.) a u Ald. Weitz., *nota* Aldi emend. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. 954. *tantasque...paseunt* R II T u Rat. Iso Gis. ad oram, Weitz. 955. *Si* cosi Heins. 956. *nec orbe* α cum gl. *in; novo* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. (qui corr. *novum*). Fortasse distinguendum: *nil mirum, nec in orbe novum: didicere priores Perpessi* sqq.

940. *Leontini*] Leontinorum in Sicilia orientali agri feracissimi, quorum oppida Leontini, Megaris, amnis Pantagies, Cic. Verr. III, 18, 47 *caput est rei frumentariae campus Leontinus*, ibid. Zumpt. interp. Cfr. Ptolem. III, 4.

949. *regio*] quatuordecim Romae *regiones*, nunc totidem *Rioni*, cfr. Bernardini Descrizione del nuovo ripartimento de' rioni di Roma, in Roma 1744. — De *pane gradili* vid. ad S. I, 582.

950. *Ianiculi mola*] Cfr. Vitruv. X, 10, ib. Rod. et Straticon., Plin. XVIII, 10, Procop. b. Goth. I, 19: *Τούτου δὲ ἀντικρὺ τοῦ χώρου, ἐκτὸς τοῦ Τιβέριδος, λόφον τινὰ μέγαν ξυμβαίνει εἶναι· ἔνθα δὴ οἱ τῆς πόλεως μύλωνες ἐκ παλαιοῦ πάντες πεποίηνται, ἅτε ὕδατος ἐνταῦθα πολλοῦ διὰ μὲν τοῦ ὀχετοῦ ἀγομένου ἐς τὴν τοῦ λόφου ὑπερβολήν, ἐς τὸ κάταντες δὲ ξὺν ῥύμῃ μεγάλῃ ἐνθένδε ἰόντος κτλ.*, Saehse l. l. p. 377, 401. Fere idem hodie videre est: in Tiberi Ianiculum praeterlabente molas aquarias veteri more, in Ianiculo easdem variae usui exstructas, motasque ingenti aquarum vi ex lacu Sabatino eo usque perductarum.

perpessi plerumque famem, si tabidus aer
siccavit tenues ardenti sidere nubes:
nec vernas infudit aquas creberrimus imber,
fruge nova et viridi si messis, adulta priusquam
conceptas tenero solidaret lacte medullas,
adflatum calido sucum contraxit ab Euro,
ieiunosque tulit calamos atque inrita vota
agricolae sterilis stipularum silva fefellit.
His, ni fallor, ager vitiis conruptus et ante
subiacuit, quam Palladium, quam Vesta Penates
sub lare Pergameo servarent igne reposto,
quam Priami genitor conductis moenia fabris
extrueret, quam virgo suas fundaret Athenas
Pallas: in his quoniam Vestalis origo favillae
urbibus, ut memorant, primo de fomite sumpta est:
sacraruntque focos aut Phryx aut Graius alumpnos.
Antiquis elementa labant erroribus, ac de
legitimo discussa modo plerumque feruntur
in casus alios, quam lex habet aut iter anni.
Nunc consumit edax segetem rubigo maligni
aeris ex vitio, nunc culpam vere tepente
post zephyros gelidi glacies aquilonis inurit
ambustumque caput culmi fuligine tingit;

959. *infundit* u Sich. II III (non I). 960. *viridis messis* A E a; *nova* (;) *et viridis si messis* R 2 $\alpha$ Ald Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Grang. Chor. Poett. Amstr., *viridis messis sed adulta* u, *Fruge nova et viridi: si messis adulta, priusquam* dist. Heins. 966. *Vesta Penates* Arev. recte, *Vesta, Penates* disting. relqq. edd. 969. *Extruerat* A, *Extruet* Lugd. Sich. II mendose. 970. *quo nam* Ald Lugd. Sich. tres Chor. Poett., *quomodo* Fabr. 971. *semine* u. 972. *Sacravitque* coni. Lips. syntagm. de Vesta cap. 2; *frixa aut gravis* A. 973. *arte* A. 975. *alias* a. 976. *Non* A. 977. *culmum* Laur. u bene; *in vere tepente* Rat., *vere repenti* u. 979. *tingit* 1 $\alpha$ u Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Arev., *tinguunt* Heins. (e quibus codd.?) Cham. Cell., *tingunt* Ans., *fulginit inquit* (sic) a.

966. Cfr. S. I, 195.

967. Virg. Aen. V, 743 *cinerem et sopitos suscitat ignes; Pergameumque Larem et canae penetralia Vestae.*

976. *rubigo*] Virg. Georg. I, 150: *... Mox et frumentis labor additus: ut mala culmos esset robigo*, ubi Servius: „Robigo autem genus est vitii, quo culmi pereunt. [Quod a rusticanis *calamitas* dicitur. Hoc autem genus vitii ex nebula nasci solet, cum nigrescunt et consumunt frumenta. Inde et Robigus deus, et sacra eius septimo Kalend. Maias Robigalia appellantur]. Sed [haec res] abusive robigo dicitur. Nam proprie robigo est, ut Varro dicit, vitium obscaenae libidinis, quod ulcus vocatur [id autem abundantia et superfluitate humoris solet nasci, quae Graece σατυρίασις dicitur]."

978. Virg. Georg. I, 93 *aut Boreae penetrabile frigus adurat.*

seminis aut teneri turgens dum germinat herba,
continuis nimiisque perit constricta pruinis,
nec potis est tenuem telluri adfigere fibram;
mox eiecta solo glacie sidente superfit
nudaque subducto radix avellitur arvo.
Ancipites tribuli subeunt et carduus horrens:
hos fert sicca sitis, hunc ebrius educat humor.
Temperies, effusa minus vel plus, agit istos
terrarum morbos et mundum vulnerat aegrum.
Non aliter nostri conruptus corporis usus
in vitium plerumque cadit nec in ordine recto
perstat et excessu moderaminis adficit artus:
unus enim status est mundique et corporis huius,
quod gerimus: natura eadem sustentat utrumque.
Edita de nihilo crescunt nihilumque futura
aut titubant morbis, aut tempore victa senescunt:
nec natura caret vitio, cui terminus instat.
Semper, crede, polus variis proventibus annos
texuit: hos multa ditavit fruge fluentes,
quosdam infelices astris dampnavit iniquis,
spe cassa et sterili curam frustratus agrestem.
Sed si Vestales ulciscitur ista puellas
pestis, ab infido quae gignitur inproba mundo,
cur non Christicolum tantum populatur agellos,
per quos virginibus vestris stata dona negantur?
Utimur et ruris reditu et ratione colendi
exercere manus non paenitet: et lapis illic

981. *Continuisque minus perit* a, *parit* Ald. Lugd. 982. *adfligere* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. 983. *adiecta* Sich. II III (non I), *erecta* Weitz. mendum puto; *glatiae* Rat.; *residente* Rat. u. 984. *evellitur* u. 985. *cardu...* A. 986. *crebrior educat* R. 991. *Perstat* 2 α (*Pestat* 1 α) a u Ald. Lugd. Sich. I Fabr. Gis. Weitz. Grang. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Ans. Arev. Obb.; *Praestat* E Sich. II III; *adfecit* A. 995. *victa senescit* A. 996. *carit* E. 997. *credo* E. 998. *multas* R; *fluentas* A, *latentes* u. 999. *austris* legisse videtur Iso. 1001. *Vestalis* Ald. Lugd. 1003. *christicolos...agros* R II; *pop. agrestos* A. 1004. *statuta* A E, *haec* u. 1005. *redita* 1 α. 1006. *manum* Laur. Rat. α a u Ald. Lugd. Sich. tres Grang. Chor. Poett. Amstr.

996. *term. instat*] Cfr. praef. opp. Prud. v. 4.

1006. *lapis*] „Plurimi critici hos Prudentii versus de Termino et ritibus, quibus eum pagani venerabantur, illustrant. Videri potest Petrus Pithoeus parte II. Advers. subsecisiuor. cap. XIV. Qui ritus in terminis defigendis servarentur, Siculus Flaccus libr. de condit. agrorum exponit:

si stetit, antiquus quem cingere sueverat error
fasciolis vel gallinae pulmone rogare,
frangitur, et nullis violatur Terminus extis,
et quae fumificas arbor vittata lucernas
servabat, cadit ultrici succisa bipenni.
Nec tamen idcirco minor est aut fructus agelli
aut tempestatis clementia laeta serenae,

1008. *Fasceolis* A O T α Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. (non Laur.); *rogare* A R W scripti ap. Heins. constanter Laur. α a u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cham. Cell. Ans. Obb., *rigare* I Gif. p. 366. Weitz. Arev., qui conf. Pers. II, 30. 1010. *lacernas* α u. 1011. *Servebat* W.

*Cum terminos disponerent, ipsos quidem lapides in solidam terram rectos collocabant proxime ea loca, quibus fossis factis defixuri eos erant, et unguento velaminibusque et coronis eos coronabant. In fossis autem, in quibus posituri eos erant, sacrificio facto hostiaque immaculata caesa, facibus ardentibus iniectis in fossa cooperti* (al. *cooperati*) *sanguinem instillabant, eoque thura et fruges iactabant; favos quoque et vinum, aliaque, quibus consuetudo est terminis sacrum fieri, in fossa adiiciebant, consumptisque omnibus dapibus igne, super calentes reliquias lapides collocabant, atque ita diligenti cura confirmabant, adiectis etiam quibusdam saxorum fragminibus circumcalcabant, quo firmius starent.* Haec aliaque Siculus Flaccus. Antiquis vero temporibus Numa vetuerat quidquam animatum sacrificari Termino, praesidi pacis et amicitiae custodi. Ex hoc Prudentii loco arguitur, non solum, cum terminus primum defigebatur, sed etiam aliis diebus, et fortasse quotannis die aliquo definito terminalia festa celebrari, de quibus accipio Horatii verba Epod. I. *Vel agna festis caesa terminalibus.* Erat autem terminus vel lapis, vel stipes, aut arbor. Ovidius II. Fast. *Termine sive lapis, sive es desertus in agris Stipes, ab antiquis tu quoque numen habes.* Ubi *desertus* est quasi *satus, defixus.* Alii legunt *defossus*, nonnulli *desectus:* nam termini sive lapides, sive stipites plerumque effigiabantur. Minucius in Octavio: *Ut tam luculento die in lapides eum patiaris impingere, effigiatos sane et unctos et coronatos.* Prudentius in Romano v. 381. *Deasciato supplicare stipiti.* Apuleius in Florid. *Truncus dolamine effigiatus.* Puto autem, nonnunquam arbores ipsas vicem terminorum supplevisse. Paulus I. C. lib. V. Receptar. sent. tit. 22 dicit *arbores terminales* Ita etiam in leg. I. §. 3. D. de Term. moto appellantur indiscriminatim *arbores, lapidesve terminales.* Aliquando etiam acervi lapidum pro terminis erant, qui Mercurii acervi dicebantur; ac fortasse sunt illi ipsi acervi, de quibus Proverb. cap. XXVI, v. 8: *Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurii, ita qui tribuit insipienti honorem.* Nonnullum vestigium huius superstitionis memini me videre in Hispania. Variam fuisse consuetudinem celebrandi terminalia, vel ex ipso Siculo Flacco patet: *Favos quoque et vinum aliaque, quibus erat consuetudo terminis sacrum fieri, in fossa adiiciebant.* Solus Prudentius, quod sciam, meminit pulmonis gallinae, quo videlicet Terminus rigabatur sive ungebatur: nam *rigare*, non *rogare* censeo legendum v. 1008. Terminos, aliosque omnes veterum deos sertis et coronis fuisse decoratos res nota est omnibus; quo fortasse pertinet illud Lucretii lib. V. *Non pietas ulla est velatum saepe videri Vertier ad lapidem.* Conf. Paschalium De coronis lib. IV, cap. IV." *Arev.*

temperet aut pluviis qui culta novalia ventus.
Sed nec magno opus est frugi viventibus, et cum
maxima proveniunt, non amplo in gaudia censu
solvimur inque lucrum studio exultamus avaro.
Nam quibus aeternum spes informatur in aevum,
omne bonum tenue est, quod praesens ingerit aetas.
O felix nimium, sapiens et rusticus idem,
qui terras animumque colens inpendit utrisque
curam pervigilem, quales, quos inbuit auctor
Christus et adsumptis dedit haec praecepta colonis:
semina cum sulcis conmittitis, arva cavete
dura lapillorum macie, ne decidat illic,
quod seritur: primo quoniam praefertile germen
luxuriat, suco mox deficiente sub aestu
sideris igniferi sitiens torretur et aret.
Neve in spinosos incurrant semina vepres,
aspera nam segetem surgentem vincula texunt
ac fragiles calamos nodis rubus artat acutis:
et ne iacta viae spargantur in aggere grana,
haec avibus quia nuda patent passimque vorantur,
inmundisque iacent foeda ad ludibria corvis.
His Deus agricolam confirmat legibus: ille
ius caeleste Patris non summa intelligit aure;
sed simul et cordis segetem disponit et agri,
ne minus interno niteant praecordia cultu,

1014. *Temperat* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Grang. Chor. Poett. Amstr.; *pluviis* A a u Gis. ad oram Weitz. Obb., *pluvius* R Rat. α Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. Heins. (Aldo, ut videtur, auctore, nec codd.) Cell. Aus. Arev. 1015. *venientibus* W ad oram alt. 1016. *censu* Boh. I Cauch. Gronov. (obss. eccl. 5) Chor. Poett. Heins. Cell. Aus. Arev., *sensu* A R codd. antiqui ap. Heins. paene omnes Laur. α a u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Grang. Amstr. Obb. 1017. *exultemus* A. 1020. *Quo fel.* A. 1025. *acie* A E W (supra) a Fabr. Weitz., *aciem* emend. *macie* Ald., *in acie* Lugd. Sich. tres, *facie* Chor. Poett., *maciae* scr. Rat. (non Laur.); *nec* u; *decidit* a. 1026. *primum* W (supra *primo*) Rat. u Weitz.; *quon....germ.* om. A. 1027. *deficientis ab aestu* a. 1031. *robur aretat* metro et sensu reluctante a. 1033. *sparsimque* u. 1035. *conformat* Meurs. crit. in Arnob. I, 10. 1036. *non sorda* T pro div. script., sed vid. Ps. 796. 692. 1038. *Nec* u; *internit.* A; *uultu* u.

1032. *viae...in aggere*] Virg. Aen. V, 273 *Qualis saepe viae deprensus in aggere serpens*, ubi Serv.: „*agger* est media viae eminentia, coaggeratis lapidibus strata; unde *viae aggerem* dixit.“ Ita imbres absque impedimento facile et leniter defluebant.

quam cum laeta suas ostentant iugera messes.
Extirpamus enim sentos de pectore vepres,
ne vitiosa necent germen vitale flagella,
ne frugem segetemque animae spinosa malorum
impediat sentix scelerum peccamine crebro:
glarea ne tenuis ieiunis siccet arenis
marcentem sub corde fidem, ne pectoris aestus
flagret et effetis urat charismata venis.
Denique ne iecoris detrita in parte relinquat
vilis cura Deum, ne spem, qua vescimur intus,
deserat obscaenisque avibus permittat edendam,
et proiecta fides hosti sit praeda volucri.
Talis nostrorum sollertia centuplicatos
agrorum redigit fructus, quibus acrius instat,
nec metuit, ne congestum populetur acervum
gurgulio vel nigra cavis formica recondat.
Sunt et virginibus pulcerrima praemia nostris,
et pudor et sancto tectus velamine vultus
et privatus honos, nec nota et publica forma
et rarae tenuesque epulae et mens sobria semper
lexque pudicitiae vitae cum fine peracta.
Hinc decies seni rediguntur in horrea fructus,
horrea nocturno non unquam obnoxia furi,
nam caelum fur nullus adit, caelestia nunquam
fraude resignantur: fraus terris volvitur imis.

1039. *ostendant* Sich. II III (non I). 1040. *Extirpemus* R II Rat.; *sentas* R 2 α; *nostro* W Rat. 1043. *Inpendiat* 1 α; *sentix* A E W Rat. α (praevia litura) a Gif. p. 367 Weitz. Arev. Obb., *sentis* R T u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cham. Cell. Ans. 1044. *Inglarea* A. 1045. *nec* α. 1046. *effectis* A, *affectis* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. 1049. *edendum* A α (supra) u (non Rat.) Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. 1051. *centiplicatos* 1 α. 1052. *rediget* A 2 α u Ald. Lugd. Sich. tres Grang. Chor. Poett. Amstr., *redit* W supra, *reddit* Fabr. Gis.; *acrius* Laur. α a u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cham. Cell. Ans. Arev., *acriter* Weitz. Obb. 1053. *nec congestum* 1 α. 1054. *Gurgulio* α u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Grang. Chor. Poett. Amstr. Obb., *gurculio* Weitz., *Curculio* Gis. Heins. Cell. Ans. Arev. 1058. *tenuisque* A 1 α (non Laur.). 1060. *seni* A I R α a Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Grang. Chor. Poett. Amstr. Obb., *deni* Laur. Rat. u Gis. Weitz. Heins. Cell. Ans. Arev. Dicendi modus *decies seni* haud infrequens. [Cfr. Tac. Ann. I, 36]. 1061. *nonnunquam* α, *non unquam nocturno* u.

1042 sq. *spinosa ... sentix*] Cfr. A. 58 *in artus spiniferos.*

1046. *charismata*] de primae quantitate cfr. P. XIII, 61, A. lemm. 11.

Quae nunc Vestalis sit virginitatis honestas,
discutiam, qua lege regat decus omne pudoris.
Ac primum parvae teneris capiuntur in annis,
ante voluntatis propriae quam libera secta
laude pudicitiae fervens et amore deorum
iusta maritandi condempnet vincula sexus.
Captivus pudor ingratis addicitur aris,
nec contempta perit miseris, sed adempta voluptas
corporis intacti, non mens intacta tenetur;
nec requies datur ulla toris, quibus innuba caecum
vulnus et amissas suspirat femina taedas.
Tum quia non totum spes salva interficit ignem,
nam resides quandoque faces adolere licebit
festaque decrepitis obtendere flammea canis,
tempore praescripto membra intemerata requirens
tandem virgineam fastidit Vesta senectam.
Dum thalamis habilis tumuit vigor, inrita nullus
fecundavit amor materno viscera partu:
nubit anus veterana sacro perfuncta labore

1066. *annos* A. 1069. *condemnat* 2 $\alpha$ (non u) Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett., *contemnat* Gis. ad oram, *contemnet* 1 A W Rat. 1071. *contenta* Ald. Lugd. 1072. *mens non* u Ald. Lugd. Gis. 1073. *celum* R. 1074. *amissa* u. 1079. *virgo sen.* R. 1080. *Cum* Weitz. (*dum* W ad oram), *Tum* B Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr.; *timuit* Ald. Lugd. 1081. *Fecunda* A; *vetera* $\alpha$.

1066. *teneris capiuntur in annis*] „A. Gell. I, 12: *Minorem quam annos sex, maiorem quam annos decem capi fas non esse*, ibidemque ritus capiundi describitur. Virgines Vestales plerumque tempus tricennale (Dion. Halic. II, p. 140, Symm. Ep. IX, 103), Albanas autem sive Maximas (Orell. inscr. n. 2240, Lips. et Doederl. ad Tac. Ann. XI, 322: *Vibidiam virginum Vestalium vetustissimam*) quinquaginta per annos castas et a nuptiis vacuas manere oportebat vid. Dion. Hal. I, p. 50: *πεντηκονταετοῦς* [*πενταετοῦς* codd., em. Lips.] *δὲ οὐκ ἐλάττω χρόνον δεῖ ἀγνὰς διαμεῖναι γάμων*. Tacit. Ann. II, 86: *rettulit Caesar capiendam virginem in locum Occiae, quae septem et quinquaginta per annos Vestalibus sacris praesederat*. Quare illam v. 1082: *n. anus vet.* indicari putant Grang. et Arev., sed cum apud Romanos feminarum pubertas a. iam duodecim peracto inciperet (Dio. Cass. LIV, p. 352: *δώδεκα καὶ ταῖς κόραις ἐς τὴν τοῦ γάμου ὥραν ἔτη πλήρη νομίζεται*, Iust. Iustin. I, 22: *Quibus modis tutela fin.*, Tertull. de velaud. virg. 11, Heinecc. Antiq. Rom. p. 163, A. G. Cramer de pubertatis termino etc., Kilon. 1804, Hugo Geschichte des röm. Rechts p. 758, Zimmern. Geschichte des röm. Privatrechts I, p. 426, Creuzer. röm. Antiq. p. 83, Obbarius ad Hor. Ep. I, 1, 22, ed. I. [Rudolstad. 1822], Rein. röm. Privatr. p. 185), non dubito, quin virgo, quae XXX per annos Vestalis fuit, intellegi queat. Cfr. Lips. de Vesta et Vestal. syntagm. cap. 7." *Obb.*

desertisque focis, quibus est famulata iuventas,
transfert emeritas ad fulcra iugalia rugas,
discit et in gelido nova nupta tepescere lecto.
Interea dum torta vagos ligat infula crines
fatalesque adolet prunas innupta sacerdos,
fertur per medias ut publica pompa plateas
pilento residens molli, seque ore retecto
inputat attonitae virgo spectabilis urbi.
Inde ad consessum caveae pudor almus et expers
sanguinis it pietas, hominum visura cruentos
congressus mortesque et vulnera vendita pastu
spectatura sacris oculis: sedet illa verendis
vittarum insignis phaleris fruiturque lanistis.
O tenerum mitemque animum! consurgit ad ictus
et quotiens victor ferrum iugulo inserit, illa
delicias ait esse suas pectusque iacentis
virgo modesta iubet converso pollice rumpi,
ne lateat pars ulla animae vitalibus imis,
altius inpresso dum palpitat ense secutor.

1083. *locis* Lugd.; *iuventas* A E α a Ald. Sich. I II Fabr. Gis. Heins. Cell. Arev. Obb., *iuventa* R T Weitz., *iuventus* B (supra) W Laur. u Aldi emend. Lugd. Sich. III Gis. ad oram Grang. Chor. Poett. Amstr. Ans.

1085. *ingelido* A I Gif. p. 365 (non α a), *in gelido* cum gl. *pp senectutem* α. 1088. *pompa sacerdos* a. 1090. *Implicat* Gis. ad oram ex cod. Pulmanni; *expectabilis* Rat. Sich. tres Gis. I Weitz. [Cfr. S. I, 54].

1092. *Sanguine sit.* A. 1094. *sed et* Ald. Lugd. Sich. tres Torn. Fabr. Chor. Poett. 1095. *lanistris* A. 1098. *agit esse* cum gl. *aestimat* Rat. 1099. *molesta* quidam codd. Iureti.

1091. *ad consessum caveae*] Suet. Aug. 44: *Feminis ne gladiatores quidem, quos promiscue spectari solenne olim erat, nisi ex superiore loco spectare concessit. Solis Virginibus locum in theatro separatim, et contra praetoris tribunal dedit,* Tac. Annal. IV, 16 extr., Calpurn. VII, 26, Salm. ad Tertull. de pallio p. 474. Nero etiam *ad athletarum spectaculum invitavit et Virgines Vestales, quia Olympiae Cereris sacerdotibus spectare conceditur* Suet. Nero 12. Athletae autem in Circo luctabantur.

1099. *converso pollice*] pollicem vertere id quod favorem denegare. Unde pollex ad pectus *conversus* signum occidendi gladiatorem laesum aut victum, *pressus* eundem conservandi. Iuvenal. III, 36 *Munera nunc edunt, et verso pollice vulgus Quemlibet occidunt populariter,* Plin. H. N. XXVIII, 2, 5 *pollices, cum faveamus, premere etiam proverbio iubemur,* ibid. Gesner. (p. 693), Ruhnken. Antiq. Rom. lection. acad. XX, p. 7 ed. Eichstad., Th. Echtermeyer: Proben einer Abhandlung üb. Namen u. symbol. Bedeutung d. Finger (Halae, 1834) p. 9...14, Lips. Saturn. I, 7, II, 22, Schmid. ad Hor. Ep. I, 19, 66.

1101. *secutor*] Isid. Orig. XVIII, 55: *dictus est ab insequendo retiarium: gestabat enim cuspidem et massam plumbeam, quae adversarii iaculum impediret, ut, antequam ille feriret rete, ipse superaret.* Suet. Calig. 30, Iuvenal. VIII, 209, Lips. l. l.

Hoc illud meritum est, quod continuare feruntur
excubias Latii pro maiestate Palati,
quod redimunt vitam populi procerumque salutem,
perfundunt quia colla comis bene vel bene cingunt
tempora taeniolis et licia crinibus addunt.
Et quia subter humum lustrales testibus umbris
in flammam iugulant pecudes et murmura miscent:
an quoniam podii meliore in parte sedentes,
spectant aeratam faciem, quam crebra tridenti
inpacto quatiant hastilia, saucius et quam
vulneribus patulis partem perfundat arenae,
cum fugit et quanto vestigia sanguine signet?
Quod genus ut sceleris iam nesciat aurea Roma,
te precor, Ausonii dux augustissime regni,
et tam triste sacrum iubeas, ut caetera, tolli.
Perspice, nonne vacat meriti locus iste paterni?
quem tibi supplendum Deus et genitoris amica
servavit pietas, solus ne praemia tantae
virtutis caperet: „Partem tibi, nate, reservo“

1102. *quos* A. 1103. *alatii* a; *palatii* Rat. 2 $\alpha$ u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Grang. Chor. Poett. 1106. *teniolis* $\alpha$; *litia* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr., *licis* Amstr. 1107. *tectibus* u, *tristibus* Fabr. Gis. ad eram. 1108. *pecudes te* Ald. Lugd. 1110. *cr. tr.* om. A; *tridente* 2 $\alpha$ Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. 1111. *quatiunt* W u. 1112. *perfundit* A; *harenae* $\alpha$, *arenis* a. 1113. *quando* 1 Rat. 1115. *precer* Lugd. 1119. *Seruabit* Ald. Lugd.; *ne solus* u.

1105. *comis*] Cfr. Plin. H. N. XVI, 44.

1108. *murmura*] Cfr. S. I, praef. 36, P. IX, 102, ubi *murmuro* = submissa voce eloquor.

1109. *podii*] Cfr. Suet. Aug. 44.

1110. *aeratam faciem*] „Erant enim gladiatores quidam, quibus continuum ferri tegimen. Tac. Ann. III, 43, qualis et mirmillo, Ammian. XXIII, 31.“ *Cell.* — *tridenti*] „fuscina, qua, cum rete, retiarius armatus erat. Iuven. Sat. VII, 203: *Nec galea faciem abscondit; movet ecce tridentem, Postquam librata pendentia retia dextra Nequidquam effudit.*“ *Idem.*

1116. *sacrum*] „Instituebantur in Martis et Saturni honorem, nam Diti, quem pro Saturno habuisse fertur Prudent. (vid. Lips. l. l. I, 5 nos ad I, 379), sacrata non erant munera gladiatoria. Quae quamvis Constantinus M. interdixisset (Cod. Iust. XI, tit. 43), tamen a serioribus impp. restituebantur, donec ab Honorio, fortasse his Prudentii versibus commoto, in Occidente penitus tollerentur, vid. Theodoret. V, 26, Bach. hist. iur. p. 509, ed. Stockm. Theodosius antea sanguinolenta sacrificia edicto vetuerat, vid. Cod. Theod. I, III, de pagan. ib. Gothofred. p. 298.“ *Obb.* Ast ludi gladiatorii diis inferis placandis instituebantur, quibus et homines, qui congrediebantur, dicati erant, et arma ipsa, quibus confligebatur, sacra. Cfr. [illegible] spect. XVIII, 16.

dixit „et integrum decus intactumque reliquit.“
Adripe dilatam tua, dux, in tempora famam,
quodque patri superest successor laudis habeto.
Ille urbem vetuit taurorum sanguine tingi,
tu mortes miserorum hominum prohibeto litari.
Nullus in urbe cadat, cuius sit paena voluptas,
nec sua virginitas oblectet caedibus ora.
Iam solis contenta feris infamis arena
nulla cruentatis homicidia ludat in armis,
sit devota Deo, sit tanto principe digna,
et virtute potens et criminis inscia Roma,
quemque ducem bellis sequitur, pietate sequatur.

1123. *patris* B 1 α Sich. tres Fabr. Gis. Grang. Chor. Poett. Amstr. (non Laur.). 1124. *verbum* 1 A. 1125. *Tu miserorum hostes hominum* u; *letari* A. 1126. *cadit* 1 α. 1132. *belli* 2 α u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Weitz. Grang. Chor. Poett. Amstr.

Epigraphe *Explicit liber secundus* Rat., *Aur. Prudentii Clementis V. C. finit contra Symmacum lib. II* α, nulla est a, *Explicit liber ·II· contra Symmachum de restituenda ara* u.

1124. *vetuit*] Ambr. in funere Theodosii, August. Ep. XLVIII.

1126. *voluptas*] *delectatio aliorum* Iso. Intellige autem *spectaculum*, cfr. Symm. XIX, 10 ad Theodosium et Arcadium: *Orat igitur clementiam vestram, ut post illa subsidia, quae victui nostro largitas vestra praestabit, etiam curules, ac scenicas voluptates circo, et Pompeianae caveae suggeratis.* Isid. l. l.: *Spectacula, ut opinor, generaliter nominantur voluptates, quae non per semetipsa inquinant, sed per ea, quae illic geruntur.*

# PERISTEPHANON LIBER.

## I. HYMNUS IN HONOREM SANCTORUM MARTYRUM EMETERII ET CHELIDONII CALAGURRITANORUM.

Scripta sunt caelo duorum martyrum vocabula,
aureis quae Christus illic adnotavit litteris,

*Incipit Lib. Peristefanon* α a (hic et Weitz. *Peristephanon*), *Incipit Liber II* ΠЄΡΙCTЄΦΑΝΩΝ b i (praecedit quippe Lib. Cathem., qui in utroque est Lib. I), primum folium cod. m discerptum, nec totius carminis neque primi hymni inscriptio p u, titulos q manus apposuit recens Gisclinianis fere consonantes, heic quidem: *S. S. Martyribus Hemiterio et Chelidonio Calaguritanis*, nil Mariettus notavit de Rat.

*Incipit Aur. Prudentii Clementis hymnus in laudem Sanctorum Martyrum Emeteri et Chelidoni Calagoritanorum* Ambr., *Ematerii et Cheledoni Calaguerritanorum* T, *Passio Hemetrii et Celedonii* R, *Hymnus in honorem SS. Martyrum Hemiterii* Altin., *In honorem sanctorum Martyrum Emeterii et Chelidonii Calagurritanorum* Put. Heins. (in reliquis Heinsii codd. nulla inscriptio), *Hymnus in honorem sanctorum martyrum Emiterii et chelidoni* α, *hymnus sanctorum martirum Emetri et chelidoni. cesaraugustanorum* a, *Umnus in honore martyr* [iam aliquid discerptum] *et celedonii Calagurritanorum* b, *ymnus in honore Martyrum Emeterii et Cheledonii Calagurritanorum* i, *Hymnus in honorem Sanctorum Martyrum Emiterii et Chaledonii Calagurritanorum* Ald. Lugd. (heic *Hemiterii*), Aldi emend. *Hemeterii*, *et Cheledonii*, *Passio Emeterii et Chelidonii Calagurritanorum Martyrum* Cell. Obb. (hic *Calaguritanorum*). 1. *in caelo* 1 a q Ald., *caelo* Aldi emend.; *in* glossa esse videtur, ni legeris *Scripta in caelo sunt* sqq. 2. *Aureisque* E p Ald. Lugd.

I. Martyris utriusque mentio fit IV, 31 nomine quidem oppresso. Sequiorum temporum scriptores de patria dissident, utrumque quidem civitate Legione med. sec. IV a patre Marcello centurione oriundos et Calagurri (coll. I, 116, 117 et IV, 31) Vasconum esse passos tradentes. Cfr. Eulog. memor. mart. I, 12, Gregor. Turon. de glor. mart. I, 93, Bolland. in AA. SS. ad 3 Martii, Risc. Hisp. sacr. Tom. XXXIII, p. 276, XXXIV, p. 315, Les Vies des Saints etc. Tom. III, p. II et 28. Ex v. 75 autem id certi colligitur, convixisse eos a. 303, quo libelli sacri Diocletiano imperante comburebantur. Fuisse eos draconarios seu legionarios milites, v. 34 innuit. Cfr. Baron. Ann. T. III. ad an. 325, n. 206. In Officio proprio SS. Hispanorum sicuti in Martyrol. Rom. d. 3 Martii eorum memoria celebratur.

sanguinis notis eadem scripta terris tradidit.
Pollet hoc felix per orbem terra Hibera stemmate:
hic locus dignus tenendis ossibus visus Deo,
qui beatorum pudicus esset hospes corporum.
Hic calentes hausit undas caede tinctus duplici:
inlitas cruore sancto nunc arenas incolae
confrequentant obsecrantes voce, votis, munere.
Exteri nec non et orbis huc colonus advenit:
fama nam terras in omnes percucurrit proditrix,
hic patronos esse mundi, quos precantes ambiant.
Nemo puras hic rogando frustra congessit preces,
laetus hinc tersis revertit supplicator fletibus
omne, quod iustum poposcit, inpetratum sentiens:
tanta pro nostris periclis cura suffragantium est.
Non sinunt, inane ut ullus voce murmur fuderit,
audiunt statimque ad aurem regis aeterni ferunt.
Inde larga fonte ab ipso dona terris influunt,
supplicum causas petitis quae medelis inrigant.

3. *Sanguincis* Amstr.; *notis eorum* u, *notis et idem* Gis. Amstr. metro consulentes, sed. cfr. Prolegg. 4. *stegmate* q. 7. *Hicalentes* E, *Hic alentes* l a, *Hic colentes* Sich. II III (non I); *cedet intus* q, *tineti* A. 8. *Inclitas* q; *arena* a. 9. *Cumfrequentant* a (forte *Cum frequentant...munere, Exteri*); *obsecrante* l α. 11. *percurrit* E, *praecurrit* Ald., *praecucurrit* Aldi emend. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr.; *perditrix* q. 15. *iustum est* A E. 16. *Tantam* A; *suffragantum* b q Ald. Lugd. 17. *sinant* N R a p q u Ald. Lugd. Nebr. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett.; *ut nullus* Ald. Lugd. 19. *Unde* Gis. ad oram. 20. *Supplicium* a; *ingerant* α (non Laur.). Post *supplicum* distinxerim commate, interpunctione post *influunt* versus praecedentis omnino sublata.

4. *terra Hibera*] *Hispania* Cellario, quippe quae a fluvio Ibero sit dicta, in inscriptionibus etiam Hibero. Vss. sqq. potius regionem Hispaniae eam innuunt, quae Hibero fluvio adluebatur, ubi Calagurris, nunc Calahorra. Cfr. Strab. III, 4, Wesseling. ad Itin. p 393, Ukert. Geographie der Griechen u. Römer I. P. I. 230 sqq., G. Parthey et M. Pinder Itinerarium Antonini Augusti et Hierosolymitanum s. v.

12. *patronos...mundi*] Ut qui mundo superato dominentur; patronorum mundi et patronus patronorum Christus.

16. *suffragantium*] martyrum pro ecclesia intercedentium votis.

17. *murmur fuderit*] voce submissa preces manifestaverit. Cfr. S. I, praef. 36, P. IX, 102.

19. *fonte ab ipso*] caelitus, a rege quippe aeterno, vid. 18.

20. *supplicum causas*] „Efficiunt, ut quarumcunque rerum causa venere exoratores abeant.“ *Gis.* Rectius iam Nebr., *causas* esse morbos adnotat, unde *causarii* dicuntur valetudinarii, et *causaria missio*, quae propter valetudinem laboribus militiae liberat. Cfr. Dig. XLIX, tit. 16, leg. 13, Tib. I, 9, 51, Senec. Ep. 68.

Nil suis bonus negavit Christus unquam testibus:
testibus, quos nec catenae, dira nec mors terruit,
unicum Deum fateri sanguinis dispendio:
sanguinis sed tale dampnum lux rependit longior.
Hoc genus mortis decorum, hoc probis dignum viris,
membra morbis exedenda, texta venis languidis,
hostico donare ferro, mortem et hostem vincere.
Pulcra res ictum sub ense persecutoris pati:
nobilis per vulnus amplum porta iustis panditur,
lota mens in fonte rubro sede cordis exilit.
Nec rudem crudi laboris ante vitam duxerant
milites, quos ad perenne cingulum Christus vocat:
sueta virtus bello et armis militat sacrariis.
Caesaris vexilla linquunt, eligunt signum crucis,
proque ventosis draconum, quos gerebant, palliis
praeferunt insigne lignum, quod draconem subdidit.
Vile censent expeditis ferre dextris spicula,
machinis murum ferire, castra fossis cingere,
inpias manus cruentis inquinare stragibus.
Forte tunc atrox secundos Israelis posteros

21. *bonis* H W supra. 22. *dira* A R a b p u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Obb. [i. e. ob cruciatus dira, Senec. Octav. 6], *dura* T Put. T2rr. α Gif. Heins. Cell. Arev.; *quos nec catena dura, nec mors terruit* Rat. Breviarium Mozarabicum. 24. *Testibus sed* u; *largior* Gis. ad oram. 25. *decorum hoc* A E N P R Altin. Put. a q Obb., *decorum est hoc* α b p u et relqq. edd., [*est,*] Cell.; sed tetrametri trochaici catal. sunt asynarteti, vid. Herman. Epit. doctr. metric. p. 48; *probum* cod. Cauch., qui *probrum* coni., idem invenerat Gis. in quibusdam mss. 26. *Membra mortis* a. 27. *Histico* A E; *domare* Prag. Rat. b Fabr. Gis. Weitz.; *mortem* A E R W Rat. α a b p q u Obb. [Defend. Burm. ad Anthol. I, p. 737], *morte* scripti ap. Heins. Ald. et relqq. edd. 30. *robro* 1 α. 31. *viam* Ald. Lugd. Sich. tres. Chor. Poett. 32. *cinguli* Aldi emend., *cingului* Lugd. 33. *nunc fidei militat* 1 Put. 34. *crucis signum* A 1 a p. 35. *Pro quo* 1 b, *Per que* q; *draconem* a; *quod* Sich. tres Fabr. Chor. Poett., *quae* coni. Arev. 36. *in signo* T; *ligno* R, *ligni* coni. Heins. 39. *manus* om. 1 α.

30. *in fonte rubro*] „baptismate sanguinis" Nebr.

32. *cingulum*] *coronam* Isoni, potius militiam, qua viriliter peracta corona paritur. *Cingulum* quippe militum insigne, unde Serv. ad Virg. VIII, 724 „Omnes enim qui militant cincti sunt." Add. Cell. „Vulcatius Gallicanus in Avidio Cassio c. VI: *programma in parietibus fixit, ut si quis cinctus inveniretur apud Daphnen, discinctus rediret.* Sulp. Sever. dialog. II, c. XI: *miles cingulum abiecerat*, id est valedixerat militiae."

35. *draconum*] *dracones depicti erant in vexillis* glossa codicis a, vid. ad C. V, 56.

40. *Israelis posteros*] „qui Iudaeis successerant, Christianos." *Cell.*

ductor aulae mundialis ire ad aram iusserat,
idolis litare nigris, esse Christi defugas.
Liberam succincta ferro pestis urgebat fidem,
illa virgas et secures et bisulcas ungulas
ultro fortis expetebat Christi amore interrita.
Carcer inligata duris colla bacis inpedit.
Barbaras forum per omne tortor exercet manus,
veritas crimen putatur, vox fidelis plectitur.
Tunc et ense caesa virtus triste percussit solum
et rogis ingesta maestis ore flammas sorbuit.
Dulce tunc iustis cremari, dulce ferrum perpeti.
Hic duorum cara fratrum concalescunt pectora,
fida quos per omne tempus iunxerat sodalitas,
stant parati ferre, quidquid sors tulisset ultima.
Seu foret praebenda cervix ad bipennem publicam,
verberum post vim crepantum, post catastas igneas:

42. *refugas* Sich. tres Fabr. Chor. Poett. et forte 1 α. 46. *bacis* E scripti ap. Heins. et Tlrr. Laur. α a p u Ald. Lugd. Heins. Obb., *baccis* q Sich. tres Chor. Poett. Amstr. Cell., *bagis* H b, *bogis* H (supra) Prag. Rat., *boiis* ex Nebrissae coniectura Gis. Weitz. Arev., *baïjs* Fabr. [Cfr. praef. Ps. 33]. 47. *Barbarus* Weitz. (non W supra). 49. *perculit* Gis. ad oram. 50. *ora* u. 51. iussit T Boh. I, *ius fit* coni. Heins. 52. *Sic* Laur. u; *conualescunt* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gif. Weitz. Chor. Poett. Amstr. [Cfr. H. 190]; *corpora* Rat b, idem alicubi invenit Weitz. cum alt. supra. 53. *Fida: quos* distinguit a, nulla ibi interpunctio in praecedentis versus fine; *uinxerat* Prag. 54. *attulit sors ultima* u. 56. *crepantem* a cum gl. *sonantium*, librarii errorem declarante; *ligneas* coni. Nebr.

41. *mundialis*] Cfr. C. I, 90.

44. *bisulcas ungulas*] *ungulae* forcipes ferreae in tortura adhibitae ferarum ungulis non dissimiles, vid. Cod. Theod. XV, 7. (*Etsi*): *Convictus sit equuleo deditus ungulisque sulcantibus latera perferat paenas* sqq. Huiuscemodi instrumenta in cymeteriis reperta Bibliothecae Vaticanae Museum Christianum asservat varia, quorum nonnulla Arev. tab. XXVI aeri incisa reproduxit. Verumtamen quaeritur, utrum martyrum instrumenta sint, an insignia artis, quam defunctus in vita exercitabat. Cfr. P. X, 484, V, 337, Bünem. ad Lact. V, 8, Ed. Schefferi de torquibus syntagm. (Holm. 1656) p. 150.

56. *catastas igneas*] lectus ferreus cum craticula ad torquendum simul ac comburendum apta, vid. II, 400, ad quem Arev. nummorum imagines exhibet, X, 467. Machinam quoque ligneam vocabant catastam, in qua dampnandi tenebantur (cfr. VI, 33), veteribus Romanis pegma (cfr. Ep. Barnabae XII: *Τίθησιν οὖν Μωσῆς ἓν ἐφ' ἓν ὅπλον ἐν μέσῳ τῆς πήγης* [al. codd. *πηγμῆς* et *ποιγμῆς*] ibid. nostram notulam crit.) ad servos venales nudos exponendos, quos emptores viderent atque tangerent. Cfr. Cypr. II, 5 *Ad pulpitum post catastam venire, illic fuisse conspicuum gentilibus, hic a fratribus conspici*, Tib. II, 3, 60, ib. Dissen. Mart. VI, 29, 1, IX, 29, 5, Iahn. ad Pers. VI, 77, p. 229 et 350, Böttiger Sabina II. 181. De *grabato* (V, 217) aliisque torquendi instrumentis consulas Ant. Gallon. de SS. martyrum cruciatibus, Romae 1594, 4, Casp.

sive pardis offerendum pectus aut leonibus.
„Nosne Christo procreati mammonae dicabimur,
„et Dei formam gerentes serviemus seculo?
„Absit, ut caelestis ignis se tenebris misceat.
„Sit satis, quod capta primo vita sub chirographo
„debitum persolvit omne functa rebus Caesaris.
„Tempus est Deo rependi, quidquid est proprium Dei.
„Ite, signorum magistri, et vos, tribuni, absistite:
„aureos auferte torques sauciorum praemia,
„clara nos hinc angelorum iam vocant stipendia.
„Christus illic candidatis praesidet cohortibus,
„et throno regnans ab alto dampnat infames deos,
„vosque, qui ridenda vobis monstra divos fingitis."
Haec loquentes obruuntur mille paenis martyres.
Nexibus manus utrasque flexus involvit rigor,
et chalybs attrita colla gravibus ambit circulis.
O vetustatis silentis obsoleta oblivio!
invidentur ista nobis, fama et ipsa extinguitur:
chartulas blasphemus olim nam satelles abstulit,

57. *ut* A. 58. *dicabitur* A. 59. *serviemus idolo* coni. Cauch. 60. *Absit ne* emend. Ald. Lugd. 61. *coepta* coni. Nebr.; *vitam* A; *cirographo* a. 63. om. *est* q; *proprium est* inv. u; *suum Dei* W (ad marg. *proprium*) b Cauch. Weitz. 64. *et* om. Gis.; *adsistite* u. 65. *Aureos* Laur. α b p q u et edd. omnes praeter Obb. *Aureas* cum A R a [Cfr. Non. III, 245]; *afferte* 1 a q. 68. *infantes deos* u (non Laur.). 69. *rinda* A ap. Obb. (sigium *rinda* usitatissimum = *ridenda*); *diues* p. 71. *ultrasque* a. 72. *calyps* H Weitz., *calips* W, *talybs* b; *artita* Grut. 1. susp. 2. Weitz., *astricta* W (ad oram) Prag. Rat. [Cfr. Ps. praef. 33], *asstricta* b, *atrita* H, *adtrita* Ald. Lugd.; *gravis* H W Weitz., *gruavis ... circulus* q; *circuit* p; *cyclis* Aldi emend., *cielis* Lugd. Sich. tres Chor. Poett. 75. *nunc* q; *satelles* 1 α.

Sagittarii de MM. cruciatibus in primitiva ecclesia (Ed. II), Lips. 1696, 4, Chr. Kortholt. de Persecutionibus Ecclesiae primaevae etc. Kilon. 1689, 4, p. 195 sqq., Arev., qui ad calcem secundi vol. XXVI tabulis varia cruciatuum genera ex vett. monumentis incidenda curavit.

58. Matth. 6, 21.

61. „chirographus non est sacramentum militum ipsum, ut intpp. volunt, sed inscriptio in catologum ante iusiurandum instituta, vid. Polyb. VIII, 18, p. 560." *Obb.*

75. *chartulas*] *Carnifices dicta et passiones martyrum scribebant, ut imperatoribus ea plenius referre potuissent: unde et exceptores vocabantur. Sed ne a Christianis rescriberentur aliquando, comburenda igni tradebantur* gl. a. Hic peculiare Diocletiani edictum notari videtur, de quo Arnob. IV, 36: *Quodsi haberet vos aliqua vestris pro religionibus indignatio, has potius litteras vos exurere debuistis olim, libros istos demoliri ... Nam nostra quidem scripta cur ignibus meruerunt dari? cur immaniter conventicula dirui* sqq., Hieron. in Zachar. II, 8, Tom. VI, p. 307, D. Euseb. VIII, 2.

Ne tenacibus libellis erudita secula
ordinem, tempus modumque passionis proditum
dulcibus linguis per aures posterorum spargerent.
Hoc tamen solum vetusta subtrahunt silentia,
iugibus longum catenis an capillum paverint:
quo viros dolore tortor, quave pompa ornaverit.
Illa laus occulta non est, nec senescit tempore,
missa quod sursum per auras evolarunt munera,
quae viam patere caeli praemicando ostenderent.
Illius fidem figurans nube fertur annulus:
hic sui dat pignus oris, ut ferunt, orarium:
quae superno rapta flatu lucis intrat intimum.
Per poli liquentis axem fulgor auri absconditur,
ac diu visum sequacem textilis candor fugit:
subvehuntur usque in astra, nec videntur amplius.
Vidit hoc conventus adstans, ipse vidit carnifex,
et manum repressit haerens ac stupore oppalluit:
sed tamen peregit ictum, ne periret gloria.
Iamne credis bruta quondam Vasconum gentilitas,
quam sacrum crudelis error inmolarit sanguinem?
credis, in Deum relatos hostiarum spiritus?
Cerne, quam palam feroces hic domentur daemones,
qui lupino capta rictu devorant praecordia,
strangulant mentes et ipsas seque miscent sensibus.
Tunc suo iam plenus hoste sistitur furens homo,
spumeas effans salivas, cruda torquens lumina,
expiandus quaestione non suorum criminum.

81. *quaeve* T α; *pompa* H W (supra) α a p q Gis. ad oram Heins. Cham. Cell. Obb., *paena* T Laur. b u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev. 85. *nubae* Ald. Lugd.; *anulus* Ald. Lugd. Sich. tres. 86. *sudat* p. 88. *Per* des. in Prag. 89. *uisus sequacem* 1 a, *uisus equacem* q (? *uisu sequacem*). 91. *vidit ipse carnifex* u. 92. *manus* a, *magnum* q; *palluit al. expalluit* Gis. ad oram. 94. *credes* T. 95. *immolaret* Rat. 97. *domantur* α b u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett, *domuntur* q. 98. *luporum* q; *rictu* A H W supra 2 α a b p Arev. Obb., *ritu* 1 α q u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cham. Cell. 99. *Stragulant* a q. 100. *Nunc* u Gis. ad oram; *nam* Gis. ad oram. 102. *Expiandis* 1 α.

86. *orarium*] *sudarium* Iso, cfr. Io. 11, 44; 20, 7, D. Macri Hierolexicon s. v. *orarium*.

94. *Vasconum*] *Vascones sunt gentes in Pyrenaeis montibus habitantes, qui montes dividunt Galliam et Hispaniam* gl. a.

97. *daemones*] Ad martyrum sepulcra daemonibus obsessos sacris obtestationibus liberatos aliaque miracula perpetrata, pia traditio. Cfr. Martyr. Clem. Rom. ap. Sim. Metaphr. 25 (nostrae Clementinorum geminae Epit. ed. p. 115, c. 173 et p. 233, c. 185).

Audias, nec tortor adstat, eiulatus flebiles:
scinditur per flagra corpus, nec flagellum cernitur,
crescit et suspensus ipse vinculis latentibus.
His modis spurcum latronem martyrum virtus quatit,
haec coercet, torquet, urit, haec catenas incutit:
praedo vexatus relictis se medullis exuit.
Linquit inlaesam rapinam, faucibus siccis fugit,
ungue ab imo usque ad capillum salva reddit omnia,
confitens ardere sese; nam gehennae est incola.
Quid loquar purgata longis alba morbis corpora?
algidus cum decoloros horror artus concutit,
hic tumor vultum relinquit, hic color verus redit.
Hoc bonum Salvator ipse, quo fruamur, praestitit,
martyrum cum membra nostro consecravit oppido,
sospitant quae nunc colonos, quos Hiberus adluit.
State nunc, hymnite matres pro receptis parvulis,
coniugum salute laeta vox maritarum strepat,
sit dies haec festa nobis, sit sacratum gaudium.

## II. PASSIO LAURENTII MARTYRIS.

Antiqua fanorum parens,
iam Roma Christo dedita,

103. *instat* N q Cauch. Cell. Teol. 107. *cohercit* a. Hinc cod. m exorditur. 113. *decoloros* A Laur 2 $\alpha$ a m p q u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Weitz. Heins. Cell. Arev. Obb., *decolores* E R Prag. 1 $\alpha$ b Gis. Chor. Poett. Amstr., sed. vid. X, 302. H. 818. S. II, 56. 114. *reliquit* E a q Lugd. Cell.; *verus* supra *versus* W. 117. *Sospitantque* 1 $\alpha$ b m, in hoc iterum ad oram *al. sospitantque; abluit* p. 118. *himnitae* P q, *ymnite* b m, *hinnite* u (*himnite* Laur.), *hymnistae* E Ald. Lugd. Nebr. Sich. tres Fabr. Gis. ad oram Chor. Poett. Amstr. Voss. de vit. serm. lat. III, 14. Gall. Grammat. sec. XII. in Class. Auctor. e Vat. cdd. editor. ab A Maio, Tom. VIII, p. 290; sed *hymnista*, ut recte adnotat Obb., masculini generis esse deberet, si in usu esset, cfr. Ruddiman. Instit. I. p. 14. ib. Stallbaum., Ramshorn. Grammat. lat. p. 41 (ed. II.). 119. *maritorum* W Prag. Rat. Gis. ad oram, *maritatarum* u; *strepet* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr., *crepet* Gis. ad oram.

*In honorem passionis Laurentii beatissimi martyris* A O Put, qui in inscriptionibus passim conveniunt, *Incipit passio Laurentii beatissimi Martyris* T, *Incipit passio Laurenti beatissimi martiris* $\alpha$, *Passio beatissimi Laurentii* a, *Incipit pasio sci. Laurentii* b, *Incipit passio sci. Laurentii martyris* m, titulus in p nullus, *Hymnus II in S. Laurentium* q, *Passio sancti Laurenti martyris* u. 1...3 om. R. 2. *dicata* Ald. Lugd.

116. *nostro*] Calagurri Vasconum. An Prudentii patriae, vid. Prolegg. II. Ex v. 46 huius hymni colligimus, Laurentium Valeriano imp. et

Laurentio victrix duce
ritum triumphans barbarum:
reges superbos viceras
populosque frenis presseras,
nunc monstruosis idolis
inponis inperii iugum.
Haec sola deerat gloria
urbis togatae insignibus,
feritate capta gentium
domaret ut spurcum Iovem;
Non turbulentis viribus
Cossi, Camilli aut Caesaris,
sed martyris Laurentii
non incruento praelio.

3. *ducem* u. 4. *triumphans* A scripti Heinss. (non Ambr. Put.) Laur. α b m p q u Weitz. Chor. Poett., *triumphas* B Ambr. Put. a Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Amstr. Heins. Cell. Arev. Obb.; *Ritus triumphas barbaros* Rupert. Tuitiens. de opp. spir. VI, 18. 6. *que* exc. Ald. Lugd. Sich. tres Rupert. 9. *dederat* R, *derat* Weitz. ex H, *aberat* α ad oram *deerat*, quod in Laur. et relqq. scriptis editisque. 12. *Donaret* q. 13. *turbo lentis* a, *turbolentis* H W b m Weitz. 14. *Cassi* A, *quos si* q. 15. *marturis* α. 16. *incruente* l α Gif. p. 434.

Cornelio Seculari Praef. Urbi haud ita multo post Sixtum II. Romanum episcopum fuisse passum. Quam quidem traditionem Euseb. chron. ad a. 263 non servat martyrium eius Decio Imp. evenisse memorans. Philip. Bergomens. (chron. VIII, p. 197), Ado et al. idem narrant. Aequo modo scriptores dissident de Laurentii patria, quam Prud. sicuti alii, qui eius mentionem faciunt, Cypr. Ep. 82 etc., August. (de divers. 37, Serm. 104), Ambr. (Offic. I, 41, II, 28), Fortunat. (carm. 18, 19, 37 etc.) silentio praetereunt. Philip. Bergomens. et qui cum eo faciunt, suo sibi iure eum ex Hispania oriundum asserunt; id vero Prud. vix reticuisset. Romanum eum fuisse, ex Leonis III. sanctuario argumentis non melioribus alii nobis persuadere conati sunt, ut anonymus auctor opusculi: Memorie della vita, del martirio, de' miracoli, del culto etc. di S. Lorenzo Martire e cittadino romano con vari sermoni de' SS. Agostino, Massimo, Leone, e di S. Pier Crisologo etc. Roma 1756. Martyris cruciatus profecto multiformis in martyrologiis ad d. 10. Aug. inque Aurea SS. Legenda cap. 122 pia traditione ultro multiplicatus. Cfr. Baron. Annal. eccl. II, p. 304, Tillemont. mémoires ecclesiastiques IV, p. 39, Mabillon. comm. in ord. Rom. cap. 3, Les vies des Saints V, p. 9, 148. De cultu Laurentii, Romanorum patroni, vid. Gregor. M. dial. IV, 31. Leon. serm. 83, Gregor. Turon. de glor. mart. I, 83, Les vies des Saints l. l., et dissert. (ab Arev. laud.) Perezii de Bayer (bibl. Hispan. praef.) de sanctitate S. Laur. Madr. *Marbodus* Prudentium imitatus est, cfr. Sigeb. Gemblac. de vir. ill. cap. 158, Leyser. histor. poetarum et poem. med. aevi p. 369.

14. Cossorum illustrissimus A. Cornelius Cossus dictator, qui Volscos devicit. Liv. VI, 20; Furii Camilli res gestas vid. apud Liv. V. VI.

Armata pugnavit fides,
proprii cruoris prodiga:
nam morte mortem diruit
ac semet inpendit sibi.
Fore hoc sacerdos dixerat
iam Xystus adfixus cruci
Laurentium flentem videns
crucis sub ipso stipite:
„Desiste discessu meo
„fletum dolenter fundere:
„praecedo, frater, tu quoque
„post hoc sequeris triduum.“
Extrema vox episcopi
praenuntiatrix gloriae
nihil fefellit, nam dies
praedicta palmam praestitit.
Qua voce, quantis laudibus
celebrabo mortis ordinem,
quo passionem carmine
digne retexens concinam?
Hic primus e septem viris,
qui stant ad aram proximi,
levita sublimis gradu
et caeteris praestantior,
claustris sacrorum praeerat
caelestis arcanum domus
fidis gubernans clavibus
votasque dispensans opes.

17. *pugnabat* u Ald. Lugd. 18. *prodita* E H 1 p. 20. *Et* u. 21. *haec* B H (supra) Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. 22. *Sixtus* A B a p u, *Xistus* m q Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr., *xpus fix.* 1 R. 25. *discessum eo* a. 26. *Fletus* Weitz. (non B P). 31. *Nichil* a p. 32. *Praedictam* a; *palam* T; *praetulit* N R Put. i. e. *prae se tulit* Heinsio explicante. 33. *Quo α.* 34. *Celebrando* p, *Celbrabo* Parrh. 35. 36. om. 1 R. 37. *sept. e vir* R, *ex VII viris* u, *e septemviris* Arev. 39. *Leuita sublimis, gradu* disting. Ald. Lugd. 44. *Votasque* m cum gl. *oblatas, Notasque* Amstr. Obb.; *dispensas* u.

22. *Xystus*] alter huiusce nominis Romanus episcopus a. 258 Romae crucifixus [etiam gl. a: *secundum vulgarem opinionem dicitur, Sixtum esse crucifixum*]. Unde parum accurate in Martyrol. ad d. 6. Aug. gladio percussus fertur. Cfr. Cypr. Ep. 82 (80), Euseb. hist. eccl. VII, 5 sqq., Les vies des Saints V, p. 108.

41. *praeerat*] thesauri ecclesiae custos.

Versat famem pecuniae
praefectus urbi regiae,
minister insani ducis,
exactor auri et sanguinis,
qua vi latentes eruat
nummos, operta existimans
talenta sub sacrariis
cumulosque congestos tegi.
Laurentium sisti iubet,
exquirit arcam ditibus
massis refertam et fulgidae
montes monetae conditos.
„Soletis“ inquit „conqueri,
„saevire nos iusto amplius,
„cum Christiana corpora
„plus quam cruente scindimus.
„Abest atrocioribus
„censura fervens motibus,
„blande et quiete efflagito,
„quod sponte obire debeas.
„Hunc esse vestris orgiis
„moremque et artem proditum est,
„hanc disciplinam foederis,
„libent ut auro antistites:
„argenteis scyphis ferunt

46. *urbi* duo vetustiores ex Heinss. *α* Fabr. Gis. Heins. Cell. Arev., *urbis* A R Heins. minus antiqui a b m p q u Ald. Lugd. Sich. tres Weitz. Chor. Poett. Amstr. Obb. 48. *Exauctor* p; *uari* A, *hauriet* Ald. (*auri*, *et* Aldi emend. Lugd.) Nebr. Sich. tres, *haurit* Chor. Poett., *hausti sanguinis* coni. Nebr. 54. *artam* m, *archam* p. 58. *Servire* u. 60. *cruenti* a; *scidimus* H (supra *scindimus*) Weitz. 63. *afflagito* Rat. b. 64. *Quo* E a, *Quos* Ald. Lugd.; *adire* Prag. b, *obedire t adire* m ad oram. 66. *proditum Est: hanc* u. 67. *Hanc esse disciplinam foederis* Rat., sed *esse* gl., quae irrepsit. 68. *Libent* (supra *t ut*) *auro* m. 69. *scyfis* H Weitz., *sciphis* W.

46. *praefectus*] Corn. Secularis [Aureae Leg. SS. 112 *Hippolytus*] Valeriano Imp. a. 258.

65. *orgiis*] *orgia sunt proprie sacra Bacchi, sicut caeremoniae sacra Cereris; sed indifferenter pro omni sacrificio ponitur orgium* gl. a, *sacrificia Baccho dicata: translato itaque nomine a sacrificiis ad sacrificia deridet impius iudex Christi mysteria, in quibus vinum offerri prodiderat iam fama* gl. Prag., Plin. Ep. X, 97, 7 *soliti* (*Christiani*) *stato die ante lucem convenire carmenque Christo quasi Deo dicere invicem.* Cfr. Min. Fel. VIII, 4, Elmenh. ad Arnob. IV, p. 152, Tertull. ad uxor. 4, Ignat. Martyr. XXVII (nostrae PP. Apost. ed. p. 367).

„fumare sacrum sanguinem
„auroque nocturnis sacris
„adstare fixos cereos.
„Tum summa cura est fratribus,
„ut sermo testatur loquax,
„offerre fundis venditis
„sestertiorum milia.
„Addicta avorum praedia
„foedis sub auctionibus
„successor exhaeres gemit
„sanctis egens parentibus.
„Haec occuluntur abditis
„ecclesiarum in angulis,
„et summa pietas creditur
„nudare dulces liberos.
„Deprome thesauros, malis
„suadendo quos praestigiis
„exaggeratos obtines,
„nigrante quos claudis specu.
„Hoc poscit usus publicus,
„hoc fiscus, hoc aerarium,
„ut dedita stipendiis
„ducem iuvet pecunia.

70. *Libare sacrum* a. 73. *Tunc* B p Sich. tres Fabr. Chor. Poett.; *summa est cura* Ald. (emend. *summa cura est*) Sich. tres Fabr. Chor. Poett. Weitz. (non B) Cell., *cura summa est* Amstr. 78. *actionibus* u. 80. *Satis* Prag. a. 86. *praestrigiis* 1 W Put. a Weitz. def. Heins. et Cham. [Cfr. C. VI, 140]. 87. *Exaggerandos* a. 91. *didita* Put. coni. Cauch. Heins. Cell., *debita* cod. Cauch. Parrh.; *suspendiis* q.

70. *fumare ... sanguinem*] Min. Fel. IX, 7 *huius* (infantis occisi) *vehementer sanguinem lambunt*, Tertull. Apolog. VII, 9. Otto ad Iustin. Mart. Apolog. II, 12, p. 310. Eo referas *flagitia* Christianis imputata, quorum in Plinii Ep. (X, 96) ad Traianum mentio fit. Notabilis est locus in processu illo contra *Fratres de opinione damnata* et ipse huc respiciens. Vid. Vier Documente aus röm. Archiven p. 34 (Leipzig. 1843): „Interrogatus, si vidit fieri pulveres de infantulo, dixit, quod non vidit, sed bene vidit, quando dabatur communio vel collatio de dicto vino. Interrogatus, quomodo fiebat, dixit, quod intellexit a maioribus fratribus dictae opinionis, quod fiebat isto modo, quod capiebant unum infantulum parvum; et dum essent multi de illa opinione in oraculo, in medio erat grossus ignis; tunc deducebatur puer de manu ad manum, quousque morlebatur, deinde desiccabatur et fiebat pulvis; et de illis pulveribus ponebatur in flascone et dabatur collatio loco communionis omnibus de opinione, quando communicabantur, et aliis volentibus ad ipsam opinionem venire; prout ipse bis bibit."

75. *fundis venditis*] Act. 4, 34.

91. *dedita*] Virg. Aen. VIII, 132 *tua terris didita fama*, ibid. Serv.

„Sic dogma vestrum est, audio,
„suum quibusque reddito:
„en Caesar agnoscit suum
„numisma nummis inditum.
„Quod Caesaris scis, Caesari
„da, nempe iustum postulo,
„ni fallor, haud ullam tuus
„signat deus pecuniam:
„nec, cum veniret, aureos
„secum philippos detulit,
„praecepta sed verbis dedit
„inanis a marsupio.
„Inplete dictorum fidem,
„quam vos per orbem venditis,
„nummos libenter reddite,
„estote verbis divites."
Nil asperum Laurentius
refert ad ista aut turbidum,
sed, ut paratus obsequi,
obtemperanter adnuit.
„Est dives" inquit „non nego
„habetque nostra ecclesia
„opumque et auri plurimum,
„nec quisquam in orbe est ditior.
„Is ipse tantum non habet
„argenteorum aenigmatum

94. *reddite* H supra. 95. *In* A. 96. *Numisma* A R α a Amstr. Obb., *Nomisma* Laur. b m p q u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Heins. Cell. Arev. [Cfr. Salmas. ad Lamprid. Alex. p. 218], *Aenigma* coni. Wouwer. ad Minuc. Fel. p. 148. 99. *haut* b Weitz, *aut* H Ruinart. 102. *philippus* A E H P p, *philippeos* Laur. 2 α u. 104. *marsuppio* α p. 106. *Quam* R 2 a b m q u Sich. tres Fabr. Gis. ad oram Weitz. Chor. Poett. Amstr. Cell. Arev. Obb., *Quo* A Put. T2rr. 1 α, *Quae* O 2 α 1 a p Ald Lugd. Gis. Heins. 113. *Praedives* Gis. ad oram. 115. *Opes* Gis. ad oram. 116. *est* om. B 1 m q u Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Amstr. 118. *emblematum* Parrh., idem coni. Nebr. et in nonnullis exempl. legi testatur Weitz. [Cfr. C. X, 136].

97. Matth. 22, 21.

102. *philippos*] Hor. Ep. II. 1, 234 *regale numisma philippos*, cfr. Plaut. Bacch. II, 2, 52, ibid. Taubm. Auson. Ep. XVIII. 5, 6, Eckhel doctr. num. II. P. 1, p. 90. Nummi fere omnes aurei vel argentei illis valore consimiles, quos Philippus Macedonum rex incudiendos curavit, *philippi* nuncupati.

117 sq. *tantum ... aenigmatum*] *figuras denariorum* Iso, i. e. pecuniam. Cfr. C. X, 136.

„Augustus arcem possidens,
„cui nummus omnis scribitur.
„Sed nec recuso prodere
„locupletis arcam numinis,
„vulgabo cuncta et proferam
„pretiosa, quae Christus tenet.
„Unum sed orans flagito,
„inducIarum paullulum,
„quo fungar efficacius
„promissionis munere:
„dum tota digestim mihi
„Christi supellex scribitur:
„nam calculanda primitus,
„tum subnotanda est summula.“
Laetus tumescit gaudio
praefectus ac spe devorat
aurum, velut iam conditum
domi maneret, gestiens.
Pepigere tempus tridui,
laudatus inde absolvitur
Laurentius, sponsor sui
et sponsor ingentis lucri.
Tribus per urbem cursitat
diebus infirma agmina,
omnesque, qui poscunt stipem,
cogens in unum et congregans.

119. *arcam* coni. Arev. 122. *archam* p; *minis* Prag. 1 b 1 m, *ninis* (? *nimis*) 2 b. 123. *Volgabo* Prag. 124. *Christi* Ald. Lugd. 129. *mihi digestim* R. 130. *Christus* p. 131. *calculandum* Parrh. 132. *Tunc* B Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heips. Cell. 134. *spe* P R α a b p 2 q Caucb. Weitz. Heins. Cell. Arev., *spem* A Ambr. cum al. antiquissimis Heinss. Rat. m 1 q u Ald. Lugd. Parrh. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Obb. 138. *Laudatur. inde absolvitur* Rat. 141. *orbem* H. 142. *infirma* p. 144. *ac* R; *in unum concregat* Fabr. Gis.

119. *Augustus arcem*] Valerianus Augustus; *arcem* = imperium, cfr. Ps. 642, S. I, 5, Cic. pro Lig. VII, 22, in Cat. VI, 6, 11.

120. *scribitur*] „cuius imago inprimitur et titulus circumscribitur.“ *Nebr.*, sic luveo. VI, 204 *scripto radiat Germanicus auro.* Sed posse quoque explicari *nummus omnis penditur*, iam notat Arev. Suffragatur ita interpretanti v. 129. De qua Ictorum formula vid. Plaut. Truc. I, 1, 53, Bentl. ad Hor. Ep. II, 1, 105, Dig. XII, 1, 40, XXVI, 7, 9, Brisson. de form. p. 510.

126. *inducIarum*] „in certum diem dilationem, quasi gesturus postea bellum cum praefecto *inducias* vocat.“ Nebr. cfr. Gell. N. A. I, 25 *Inducise sunt belli feriae.*

Illic utrisque obtutibus
orbes cavatos praeferens
baculo regebat praevio
errore nutantem gradum,
et claudus infracto genu,
vel crure trunco semipes
breviorve planta ex altera
gressum trahebat inparem.
Est ulcerosis artubus
qui tabe conrupta fluat;
est, cuius arens dextera
nervos in ulnam contrahat.
Tales platels omnibus
exquirit adsuetos ali
ecclesiae matris penu,
quos ipse promus noverat.
Recenset exin singulos
scribens viritim nomina,
longo et locatos ordine
adstare pro templo iubet.
Praescriptus et iam fluxerat
dies: furebat fervido
iudex avarus spiritu

149. *Est* Parrh.; *clodus* 1 α, *Claudius* Sich. II III (non I); *gradu* supra *genu* b. 150. *truncus* Rat. b, *truncus* supra *t o* m. 156. *unum* R; *contrahit* A E p def. Cort. ad Luc. IV, 426. 158. *asuetos* W Weitz.; *alii* A. 160. *promus* Put. Bob. 1 α (pro div. lect.) Heins. Cell. Arev., *primus* A R Laur. α a b m q u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Obb. [Vid. 37. 44], *primos* p. 165. *en iam* Gis. 166. *fervidus* O Put. Ald. Lugd. 167. *avarus* supra *t auro* α, *auaro* Ald. Lugd.

164. *pro templo*] „Ex hisce verbis et ex illis sequentibus strophae 44 *per patentes porticus* et strophae 45 *ventum ad sacratam ianuam* est evidens, aliquam publicam Christianorum Ecclesiam cum porticu Romae tunc temporis extitisse. Profecto ante Diocletianaeam persecutionem plures huiusmodi Basilicas Christianos praesertim Romae habuisse egregie evincit Ven. Baronius anno 57, num. 83 et 100, quod falsi insimulatur a Plondello in Apol. pro Hieronymo, sed irrito conatu, ut Valesius animadvertit annot. in l. 6, Hist. Eccl. Eus. p. 120. Huiusmodi praeclaram Prudentii testimonium ad veritatem magis magisque confirmandam Baronio ibidem esset addendum; sicuti alia plurima perutilia additamenta spuriis apocryphisque ex Annalium serie expunctis adhuc post Pagium facienda superessent, quod ipse Ven. et eruditissimus vir Baronius praestaret, si nunc in vivis ageret" [Memorie della vita, del martirio, de' miracoli, del culto etc. di S. Lorenzi p. 92 *di Francesco a Pateo*].

promissa solvi efflagitans.
Tum martyr: „Adsistas velim
„coramque dispositas opes
„mirere, quas noster Deus
„praedives in sanctis habet:
„videbis ingens atrium
„fulgere vasis aureis,
„et per patentes porticus
„structos talentis ordines.“
It ille, nec pudet sequi:
ventum ad sacratam ianuam,
stabant catervae pauperum
inculta visu examina.
Fragor rogantum tollitur:
praefectus horrescit stupens,
conversus in Laurentium
oculisque turbatis minax.
Contra ille: „Quid frendens“ ait
„minitaris, aut quid displicet?
„num sordida haec aut vilia,
„num dispuenda existimas?
„Aurum, quod ardenter sitis,
„effossa gignunt rudera,
„et de metallis squalidis
„paenalis excudit labor:
„torrens vel amnis turbidus

170. *dispositas* libb. castigatiores ap. Heins. α a p Amstr. Heins. Cham. Cell. Obb., *dispostas* Laur. b m q u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Arev. [Cfr. 268. 423. 511 etc.]. 177. *Ast* α. 180. *uultu* u. 181. *Fragor* supra *clamor* H. 183. *ad* Prag. 184. *que* om. Rat. a b m p q u Sich. tres Chor. Poett. 185. *furens* W, *frendens* supra *t furens* m. 186. *Minaris* emend. Parrh. 188. *dispuenda* A Put. 1 α Parrh. Weitz. Amstr. Obb., *despuenda* Laur. 2 α a b m p q u et relqq. edd. [Cfr. A. 1083]. 190. *Offossa* Ambr. prob. Heins., sed vid. Grammat. a Maio ed. l. l. p. 497; *stercora* margo trium Sich. 191. *squalidus* p. 192. *excludit* R Prag. 1 m u. 193. *Torrens et* B W Rat. m q margo trium Sich. Chor. Poett.; *turbidus* A E H (supra alt.) Laur. α a p u, *turbidis* b m q et edd.

190. *rudera*] *sunt proprie ruinae maceriarum* gl. a.

192. *paenalis labor*] *Rei enim mittebantur ad effodiendum aurum vel ad marmora incidenda* gl. a, cfr. Plaut. Capt. III, 5, 78, V, 1, 24, Plin. Ep. X, 66, Clementinorum Epit. alt. a nobis primum ed. c. 180: *Ἦνίκα δὲ κατέλαβεν τὸν τόπον τῆς ὑπερορίας, ἐν τῇ ἐργασίᾳ τῆς τῶν μαρμάρων λατομίας περαιτέρω δύο χιλιάδων χριστιανοὺς εὗρεν αὐτόθι μακροχρονίῳ γραφῇ καταδικασθέντας.*

„volvens arenis inplicat,
„quod terrulentum ac sordidum
„flammis necesse est decoqui.
„Pudor per aurum solvitur,
„violatur auro integritas,
„pax occidit, fides perit,
„leges et ipsae intercidunt.
„Quid tu venenum gloriae
„extollis et magni putas?
„Si quaeris aurum verius,
„lux est et humanum genus.
„Hi sunt alumpni luminis,
„quos corpus artat debile,
„ne per salutem viscerum
„mens insolescat turgida.
„Cum membra morbus dissicit,
„animus viget robustior,
„membris vicissim fortibus
„vis sauciatur sensuum.
„Nam sanguis in culpam calens
„minus ministrat virium,
„si fervor effetus malis
„clumbe virus contrahat.
„Si forte detur optio,
„malim dolore asperrimo
„fragmenta membrorum pati
„et pulcer intus vivere.
„Conmitte formas pestium
„et confer alternas lues:
„carnisne morbus foedior,
„an mentis et morum ulcera?
„Nostri per artus debiles
„intus decoris integri,
„sensum venusti innoxium

196. *dequoqui* A H Weitz. 200. *ipsae* exc. u. 202. *Extollens* p. 208. *turbida* R. 209. *Dum* Laur. u; *disicit* Laur. Rat. u, *dissecat* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Cham., *disiicit* Cell. Arev. 211. *Mentis* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. 213. *Iam... cadens* u. 215. *fervore* A; *effectus* H, *affectus* q. 222. *alteras* H; *luces* corr. *uicis* Parrh.

210. *Tale est illud Apostoli: cum enim infirmior, tunc fortior sum et potens* gl. e, II. Cor. 12, 10.

„languoris expertes gerunt.
„Vestros valentes corpore
„interna conrumpit lepra,
„errorque mancum claudicat
„et caeca fraus nihil videt.
„Quemvis tuorum divitum,
„qui veste et ore praenitent,
„magis probabo debilem,
„quam quis meorum est pauperum.
„Hunc, qui superbit serico,
„quem currus inflatum vehit,
„hydrops aquosus lucido
„tendit veneno intrinsecus.
„Ast hic avarus contrahit
„manus recurvas et volam
„plicans aduncis unguibus
„laxare nervos non valet.
„Istum libido fetida
„per scorta tractum publica
„luto et cloacis inquinat,
„dum spurca mendicat stupra.
„Quid ille fervens ambitu
„sitemque honoris aestuans,
„mersisne anhelat febribus

228. *Langoris* α q u, *Laboris* O Put. a (supra pro div. lect.) Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett.; *experti* q Weitz. (non P). 231. *mancum* supra *l mance* m, *manceus* Parrh. 233. *divitum* supra *l principum* W a, *principum* Ald. Lugd. Sich. tres Gis. f Fabr. Chor. Poett. 234. *Que* p; *oro* α = *auro* secundum huiusce cod. scribendi rationem; *praenitent* A E H P R scripti ap. Heins. α a m p q u Ald. Lugd. Weitz. Cell. Arev. Obb., *praenitet* b Sich. tres Fabr. Gis. in Emend. Chor. Poett. Amstr., *poenitet* ediderat Gis., unde mendum *poenitent* locum obtinuit ap. Heins. et Cham.
236. *est* om. B q Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Cell. 237. *Nunc* q. 238. *eurus* u. 239. *livido* Parrh., *lurido* Gis. ad oram.
242. *et volam* Laur. α a p q u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cham. Obb., *in volam* W Prag. Rat. b m Gronov. obs. eccl. p. 59. Cell. Arev., *et volas* Gramm. l. l. p. 611. 243. *aduncis* Laur. α a q u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cham. Cell. Obb., *et uncis* Prag. Rat. b m Arev., *Et plicans uncis* Gronov. l. l.; *ungulis* 2a A E P W supra; *ad uncas ungulas* p.
245. *faetida* α. 249. *ambitum* B W Rat. b m Sich. tres Chor. Poett. Cell. Teol. 250. *Sitemque* E Put. Heins. Obb., *Sitique* Parrh. Weitz. Amstr., *Sitimque* cett. 251. *Mersusne* Parrh. prob. Arev.; *habebat* H.

231. *mancum*] *curve adv.* Iso.
243. *unguibus*] „Avari mancorum more curvatas manus adhibent, volam sinuatam, aduncos ungues, ita ut nervos intendere nequeant.“ *Cham.*

„atque igne venarum furit?
„Quisquis tacendi intemperans
„silenda prurit prodere,
„vexatur et scalpit iecur
„scabiemque cordis sustinet.
„Quid invidorum pectorum
„strumas retexam turgidas,
„quid purulenta et livida
„malignitatum vulnera?
„Tute ipse, qui Romam regis,
„contemptor aeterni Dei,
„dum daemonum sordes colis,
„morbo laboras regio.
„Hi, quos superbus despicis,
„quos execrandos iudicas,
„brevi ulcerosos exuent
„artus et incolumes erunt.
„Cum carne conruptissima
„tandem soluti ac liberi
„pulcerrimo vitae statu
„in arce lucebunt Patris,
„non sordidati aut debiles,
„sicut videntur interim,
„sed purpurantibus stolis
„clari et coronis aureis.
„Tunc si facultas suppetat,
„coram tuis obtutibus
„istos potentes seculi
„velim recensendos dari.

256. *sordis* supra *i cordis* a, *sordis* q. 261. *Tu et* Prag. Rat. b m q Sich. tres Weitz. (non P) Chor. Poett.; *geris* q. 262. *aeterni regis* R. 263. *coles* Put. prob. Heins. Cbam. Cell. 265. *dispicis* 1 α. 268. *incolomes* m u. 269. *Quin* Weitz. (non B P), *Tum* u. 271. *pulcherrimae* 1 α. 272. *lucebat* 1 R, *lucebant* 1 α. 273. *sordidati ac debiles* Rat. b m q. 277. *Tunc* α a b m p Ald. Lugd. Weitz. Obb. [Cfr. Bach. ad Tib. I, 1, 21. Hauthal. ad Pers. p. 316], *Tum* B Laur. q u Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev. 279. *ponentes* 1 α; *saeculis* 1 m.

255. *iecur*] cupiditatum sedes atque foculus philosophis, cfr. C. III, 180.

264. *regio*] icterico, Cels. III, 24, cfr. interpp. ad Hor. A. P. 453.

276. *coronis aureis*] qui Christi militiam rite militaverint ad militum veterum similitudinem donabantur. Cfr. H. 927.

„Pannis videres obsitos
„et muculentis naribus,
„mentum salivis uvidum
„lipposque palpebra putri.
„Peccante nil est tetrius,
„nil tam leprosum aut putidum,
„cruda est cicatrix criminum
„oletque et antrum tartari.
„Animabus inversa vice
„corrupta forma infligitur,
„quas pulcer adspectus prius
„in corpore oblectaverat.
„En ergo nummos aureos,
„quos proxime spoponderam,
„quos nec favillis obruat
„ruina, nec fur subtrahat.
„Nunc addo gemmas nobiles,
„ne pauperem Christum putes,
„gemmas corusci luminis,
„ornatur hoc templum quibus:
„cernis sacratas virgines,
„miraris intactas anus,
„primique post dampnum tori
„ignis secundi nescias.
„Hoc est monile ecclesiae,
„his illa gemmis comitur:
„dotata sic Christo placet,
„sic ornat altum verticem.
„Eccum talenta suscipe,

282. *maculentis* A E u. 283. *vivid.* R. 285. *Nihil* A q Ald. Lugd. Parrh., *Nichil* a. 286. *ac* Rat. b m; *putidum* A B H P R potiores ap. Heins. α a u Gis. ad oram Heins. Cham. Cell. Obb., *putridum* Laur. Rat. b m p q Ald. Lugd. Parrh. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev. 289. *et uersa* u. 295. *Quod* H. 296. *n̄* R. *subtrahet* 2 α. 299. *numinis* Ald. Lugd. Sich. tres Gis. I Chor. Poett. 301. *Cerne* W Prag. b q, *Cerne* supra *t is* m, *Cernes* H; *uirginis* 1 α. 302. *Mireris* B Sich. tres Gis. I Fabr. Chor. Poett.; *inuiras anus* coni. Gothofred. ad Cod. Theod. IX, 25, 2. 305. *munile* 2 α p. 309. *Et cum* p q, *Haec cum* u, *Haec tu* Parrh.; *talentum* B Sich. tres Fabr. Chor. Poett. Amstr., *alenta* 1 α (? *alenda*).

296. Luc. 12, 33.

302. *intactas anus*] „post nuptias primas.“ *Nebr.* Sunt potius sacratae virgines (301), quae ad provectam usque aetatem castae vixerunt. His adduntur (304) viduae *secundi ignis nesciae*. Cfr. Hieron. Ep. 48.

„ornabis urbem Romulam,
„ditabis et rem principis,
„fles et ipse ditior.“
„Ridemur“ exclamat fremens
praefectus „ac miris modis
„per tot figuras ludimur,
„et vivit insanum caput?
„Inpune tantas, furcifer,
„strophas cavillo mimico
„te nexuisse existimas,
„dum scurra saltas fabulam?
„concinna visa urbanitas
„tractare nosmet ludicris?
„egon' cachinnis venditus
„acroma festivum fui?
„adeone nulla austeritas,
„censura nulla est fascibus,
„adeon' securem publicam
„mollis retundit lenitas?
„Dicis, libenter oppetam,
„votiva mors est martyri.
„Est ista vobis, novimus,
„persuasionis vanitas.

310. *romulum* 1 α (gen. contr.?), *Romulam* Laur. 2 α cum relqq. scriptis et edd. 313. *fremens* supra *t furens* Rat. α a, *furens* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. (non E H P) Chor. Poett. Amstr. 314. *et* Ald. Lugd. 316. *uicit* 1 α. 318. *capillo* T. 319. *nequisse* 1 α, *texuisse* p. 323. *Ergon'* Ambr. Parrh. Heins. Cham. Cell., sed vid. Beier. ad Cic. Off. II, 18, 63, *Ego* H; *chachinnus* B; *deditus* u.

324. *Ac Romae* a Parrh. [*acroama* def Gesn. in thes. s. v., et de verbi significat. vid. Ernest. ad Suet. Aug. 74], *Ac roma festiuum fuit* q, *Romaeque festiuus fui* u. 325. *ulla* p Ald. Lugd. 326. *est* om. u.

327. *Adeone* b m, *Adeo nec* q; *securem* Laur. α a 1 m u Parrh. Weitz. Heins. Cham. Cell. Obb., *securim* b 2 m p q Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Arev. 328. *retudit* a p Ald. Lugd. Parrh.

331. *Est ita* p.

316. *insanum caput*] Laurentius, ut 47 Valerianus *insanus dux*.

318. *strophas*] captionum laqueos, elusiones, Plin. Ep. I, 18 *Ego aliquam strophan invenio*.

321. *concinna*] *Concinnum est genus potionis ex diversis mixturis confectum; hinc concinnare dicitur componere* gl. a.

326. *censura*] *Censura, dignitas, aestimatio* Salmas. Nil impedit, quin praecedens *austeritas* amplietur *censura* i. e. severitate, cui opponitur lenitas.

332. „Vanum et ineptum credebant ethnici in Christianis velle mori spe futurae vitae. Min. Fel. VIII, 9: *Proh! mira stultitia et incredibili audacia spernunt tormenta praesentia, dum incerta metuunt et futura;*

„Sed non volenti inpertiam,
„praestetur ut mortis citae
„conpendiosus exitus:
„perire raptim non dabo.
„Vitam tenebo et differam
„paenis morarum iugibus,
„et mors inextricabilis
„longos dolores protrahet.
„Prunas tepentes sternite,
„ne fervor ignitus nimis
„os contumacis occupet
„et cordis intret abdita.
„Vapor senescens langueat,
„qui fusus adflatu levi
„tormenta sensim temperet
„semiustulati corporis.
„Bene est, quod ipse ex omnibus
„mysteriarches incidit:
„hic solus exemplum dabit,
„quid mox timere debeant.
„Conscende constratum rogum,

333. *impartiam* u. 338. *moratam* P Semestr. III, 8. 339. *Ut* Prag. 2 m. 340. *protrahat* W (supra) b m 1 u. 343. *Hos* 1 A. 348. *Semustulati* b q u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. 350. *Misteriarces* q; *incidat* Sich. tres Fabr. Chor. Poett. 352. *Quod* Prag. b m Gis. ad oram Weitz. (non B) Amstr. 353. *constructum* b m p q margo trium Sich. Gis. ad oram Weitz. (non P).

*et dum mori post mortem timent, interim mori non timent*, Lact. VII, 5: *Ita necesse est, sapientem pro stulto haberi, qui dum adpetit bona, quae non cernuntur, dimittit e manibus, quae videntur ... Quod accidit nobis, cum neque cruciatum neque mortem pro fide recusamus.* Nota vocem *persuasionis*, quae pro opinatione vana et inepta sumi solebat, et praesumptio etiam dicebatur. Min. Fel. IX, 4: *Audio, eos turpissimae pecudis caput asini consecratum inepta nescio qua persuasione venerari.* Ammianus, quamvis ethnicus [Obbar. ad Boeth. p. XXXV], hanc constantiam in Christianis laudare videtur XXII, 11: *Qui deviare a religione compulsi pertulere cruciabiles paenas adusque gloriosam mortem intemerata fide progressi et nunc martyres appellantur.*" *Arev.*

336. Arnob. II, 77: *Itidem et vos flammis, exiliis, cruciatibus, beluis, quibus corpora lancinatis et divexatis* [*diu vexetis* Cod., *diu vexatis* ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. L B. Ja cett. *divexatis* ex emend. mg. U *nostra.*

337. August. tract. XXVII in Io. de S. Laurentio: *Non enim occisus est cito, sed cruciatus est in igne. Diu vivere permissus est; immo non diu vivere permissus est, sed tarde mori compulsus est.*

350. *mysteriarches*] Diaconorum primus, quorum erat fideles fidei mysteria docere.

„decumbe digno lectulo.
„Tunc, si libebit, disputa,
„nil esse Vulcanum meum.“
Haec fante praefecto truces
hinc inde tortores parant
nudare amictu martyrem,
vincire membra et tendere.
Illi os decore splenduit
fulgorque circumfusus est,
talem revertens legifer
de monte vultum detulit:
Iudaea quem plebs aureo
bove inquinata et decolor
expavit et faciem retro
detorsit inpatiens Dei.
Talemque et ille praetulit
oris corusci gloriam
Stephanus per imbrem saxeum
caelos apertos intuens.
Inluminatum hoc eminus
recens piatis fratribus,
baptisma quos nuper datum
Christi capaces fecerat.
Ast inpiorum caecitas,
os oblitum noctis situ
nigrante sub velamine
obducta clarum non videt:
Aegyptiae plagae in modum,
quae cum tenebris barbaros
dampnaret, Hebraeis diem
sudo exhibebat lumine.

355. *licebit* Prag. Rat. b m. 356. *Volcanum* Prag. 358. *tortentes* H. 359. *amictum* A Rat. b m q u Parrh.; *mart. amictu* R. 360. *Vincere* l α, *Vinciri* a. 362. *que* om. α (forte *Fulgore* scripturus erat). 366. *inquinat* p. 374. *fluctibus* supra alt. W. 375. *ratum* coni. Heins. [Adv. I, 6]. 379. *levamine* R asserente Ieepio contra Obbarium, qui ex eodem affert *levam*. 384. *exhibebant* u.

363. Exod. 32. 34, Act. 6. 7.
369. Vid. ad v. 363.
374. *recens piatis fratribus*] Continuatur de Laurentio narratio post 362 interrupta. Cfr. 385. Nebr. dubius haeret, utrum de Stephani fulgore agatur an de Laurentii. Cell. quoque de Stephano cogitasse videtur hisce vbb. sententiarum nexum indicans: „Christianos omnes, qui adstabant, caelum apertum vidisse, non autem paganos, indignos tanta luce.“

Quin ipsa odoris qualitas,
adusta quam reddit cutis,
diversa utrosque permovet:
his nidor, illis nectar est.
Idemque sensus dispari
variatus aura, aut adficit
horrore nares vindice,
aut mulcet oblectamine.
Sic ignis aeternus Deus:
nam Christus ignis verus est,
is ipse conplet lumine
iustos et urit noxios.
Postquam vapor diutinus
decoxit exustum latus,
ultro e catasta iudicem
conpellat adfatu brevi:
„Converte partem corporis
„satis crematam iugiter
„et fac periclum, quid tuus
„Vulcanus ardens egerit.“
Praefectus inverti iubet.
Tunc ille: „Coctum est, devora
„et experimentum cape,
„sit crudum an assum suavius.“
Haec ludibundus dixerat,
caelum deinde suspicit
et congemiscens obsecrat
miseratus urbem Romulam.
„O Christe numen unicum,
„o splendor, o virtus Patris,
„o factor orbis et poli
„atque auctor horum moenium!
„qui sceptra Romae in vertice

387. *Diverse* Rat. b (heic praevia literae ultimae litura). 390. *Variatur* Ald. Lugd. 394. *verus ignis* l R. 396. *uret* A E P, *arcet* supra *t urit* p. 399. *castasta* q. 400. *affectu* supra alt. H. 402. *crematum* p u. 407. *experimento* B. 408. *Sic* H. 411. *congemescens* A l α. 413. *nomen* Ambr. Put. [Cfr. III, 139 C. VI, 100; respicere videtur ad Philipp. 2, 9]. 414. *virtutis* q.

388. *nidor*] „*nidor* impiis, *nectar* baptizatis.“ *Fr. a Put.*
399. Vid. I, 56.
404. *Vulcanus*] *ignis dicitur* Iso' Hor. Od. I, 4, 8 *Vulcanus ardens urit officinas.*

„rerum locasti sanciens
„mundum Quirinali togae
„servire et armis cedere:
„ut discrepantum gentium
„mores et observantiam
„linguasque et ingenia et sacra
„unis domares legibus.
„En omne sub regnum Remi
„mortale concessit genus,
„idem loquuntur dissoni
„ritus, id ipsum sentiunt.
„Hoc destinatum, quo magis
„ius Christiani nominis,
„quodcunque terrarum iacet,
„uno inligaret vinculo.
„Da, Christe, Romanis tuis,
„sit Christiana ut civitas,
„per quam dedisti, ut caeteris
„mens una sacrorum foret.
„Confoederentur omnia
„hinc inde membra in symbolum:
„mansuescat orbis subditus,
„mansuescat et summum caput.
„Advertat abiunctas plagas
„coire in unam gratiam,
„flat fidelis Romulus

419. *Et mundum* m. 420. *caedere* u. 425. *omne sed regnum* p. 428. *ad ipsum* Ald. Lugd. 429. *Quod* W b m. 431. *Quodcunque* vetustiores Heinss. 1 Rat. α b m Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Heins. Cell. Arev., *Quocunque* A R a p q u Gis. ad oram Amstr. Obb., *Quacumque* O. 432. *illigares* B Rat. Sich. tres Fabr. Gis. ad oram Chor. Poett. Teol. ad oram. 434. *Christiani* Ald. Lugd. 437. *Confederantur* O Put. 1 α m (non Laur.), *Confoederantur* Ald. Lugd. Parrh. Heins. Cham. Cell., *Cumfederentur* scr. q. 439. *Mansuescit* 1 α m Ald. Lugd. Heins. (ut videtur ex O Put.) Cell. (non Laur.); *et orbi* a, sed gl. esse videtur *et* (non Laur.). 441. *adiunctas* A B E H P 2 R W (in quo rasor mutavit, quod parum intellexit) a b p u Sich. tres Fabr. Gis. Gif. l. l. p. 361. Chor. Poett. [Cfr. S. II, 816].

419. *Quirinali togae*] Cfr. Gell. N. A. I, 2, 4 *gentemque omnem togatam totumque nomen Latinum.*

425. *Remi*] Cfr. ad Symm. II, 299.

435. *per quam dedisti, ut caeteris*] „quod plurimae gentes Romanis subiectae essent, ex Romano imperio ad ipsas patefacta via est evangelio, ut facilior cursus apostolis esset." *Cell.* Cfr. Ignat. ined. martyr. c. III (nostr. PP. Apost. ed. p. 371) καὶ ἡ πρότερον ἀμιξία τῶν ἐθνῶν καὶ τὸ πρὸς ἀλλήλους μῖσος διελύθη ἐκ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας.

„et ipse iam credat Numa.
„Confundit error Troicus
„adhuc Catonum curiam
„veneratus occultis focis
„Phrygum penates exules.
„Ianum bifrontem et Sterculum
„colit senatus, horreo
„tot monstra patrum dicere,
„et festa Saturni senis.
„Absterge, Christe, hoc dedecus,
„emitte Gabriel tuum,
„agnoscat ut verum Deum
„errans Iuli caecitas.
„Et iam tenemus obsides
„fidissimos huius spei:
„hic nempe iam regnant duo
„apostolorum principes.
„Alter vocator gentium,
„alter cathedram possidens

444. *caedat* u. 445. *horror* q. 447. *Veneratur* B 1 R b 1 m p Parrh. Sich. 1 Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr., *Venerantur* Sich. II III. 448. *Frigum* B W u. 451. *referens* 1, ad oram *dicere*. 452. *senes* 1 *a*. 454. *Et mitte* q u; *gabrihel* a b, *Gabrielem* u. 456. *Iulica* B R Sich. tres Gis. 1 Chor. Poett., *Iulia* W (supra) Weitz. (non P) Amstr., *Iula* Gis. ad oram Cauch., *Iulii* p [Cfr. Heins. Adv. p. 375]; *civitas* W supra.

445. *Troicus*] Aeneas secum penates advexit.

447. *occultis foris*] igne Vestalium in locis abditis ardente, Virg. Aen. II, 295... *et manibus vittas Vestamque potentem Aeternumque adytis effert penetralibus ignem.*

449. *Sterculum*] Macrob. Sat. I, 7: *Cyrenenses ficis recentibus coronantur, placentasque mutuo mittitant, mellis et fructuum repertorem Saturnum aestimantes; hunc Romani etiam Stercutum (Sterculum) vocant, quod primus stercore foecunditatem agris comparaverit.* Cfr. Plin. H. N. XVII, 9, Lact. I, 20, 36, August. C. D. XVIII, 15.

456. *Iuli caecitas*] „caeci Iulidae, posteritas Iulii, Aeneae nati: hi sunt Romani. Virg. Aen. I, 288 *Iulius, a magno demissum nomen Iulo.*" *Cell.*

460. *principes*] „Petrus et Paulus. Creditum enim ab omni fere Patrum choro, Petrum Romae fuisse et Romae subiisse crucis supplicium. An vero *cathedram possederit* alia quaestio est. Vid. Frid. Spanhemii Dissert. Histor." *Cell.* Cfr. Hymn. XII, Ep. Clem. Rom. ad Iac. I, Euseb. hist. eccl. III, 1, Lact. de Mort. Persec. II, 6, Cellar. Diss. acad. p. 619, G. Cortesii S. R. E. Cardinalis de Romano itinere gestisque principis Apostolorum Libri duo: V. A. Constantius recensuit, notis illustravit, Annales SS. Petri et Pauli et appendicem monumentorum adiecit, Romae 1770.

462. *cathedram possidens*] vid. XII. not. praeviam.

,,primus recludit creditas
,,aeternitatis ianuas.
,,Discede, adulter Iuppiter,
,,stupro sororis oblite,
,,relinque Romam liberam
,,plebemque iam Christi fuge.
,,Te Paulus hinc exterminat,
,,te sanguis exturbat Petri,
,,tibi id, quod ipse armaveras,
,,factum Neronis officit.
,,Video futurum principem
,,quandoque, qui servus Dei
,,tetris sacrorum sordibus
,,servire Romam non sinat:
,,qui templa claudat vectibus,
,,valvas eburnas obstruat,

463. *Primus* H P R (ap. Obb.) W Altin. 1 Ambr. T3rr. 2 Rat. a 1 b 2 m p q u Parrh. margo trium Sich. Gis. ad oram Weitz. Obb., *Primos* A, *Primas* 2 Ambr., *Primam* N R (ap. Heins.) O T W supra 1 Rat. Put. α 2 b 1 m (in hoc iterum *Primam* ad oram) Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev.; *creditus* Ambr. 466. *oblitae* u. 468. Aliqui ap. Arev. interpungunt: *Plebemque iam Christi: fuge.* 471. *amaueras* 2 b. 474. *servos* m pro dic. lect. Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett.

473. *futurum principem*] ,,Interpretes omnes cum veteres tum recentes hunc principem affirmant esse Constantinum. Equidem magis credo, a Prudentio suum vel potius nostrum Theodosium laudari. Theodosius enim vere ille fuit, qui Romam servire idolis vetuit, templa clausit vectibus et fecit, ut aera innoxia starent, quae olim habebantur idola, dum permisit, stare simulacra *artis pretio, non divinitate metienda.* Vid. lib. I in Symm. v. 503. De eodem Theodosio post Prudentium ita scribit Orosius lib. VII, c. 34: *Cum afflictum ac pene collapsum reipublicae statum videret* (Gratianus), *eadem provisione, qua quondam legerat Nerva Hispanum virum Traianum, per quem respublica reparata est, legit et ipse Theodosium, aeque Hispanum virum, et restituendae reipublicae necessitate apud Syrmium purpuram induit, Orientisque et Thraciae simul praefecit imperio, in hoc perfectiore iudicio; quia cum in omnibus humanae vitae virtutibus iste par fuerit, in fidei sacramento religionisque cultu sine ulla comparatione praecessit: siquidem ille persecutor, hic propagator ecclesiae.* Animadvertendum est, usque ad Theodosii imperium praecipuam nobilitatem Romanam idolorum cultui fuisse addictam. Augustinus Confess. lib. VIII, c. 2 de Victorino loquens ait: *Statuam in Romano foro meruerat et acceperat usque ad illam aetatem venerator idolorum sacrorumque sacrilegorum particeps, quibus tunc tota fere Romana nobilitas spirabat.*" *Arev.* Sed Hieron. ad Esai. I, 2, V, p. 13. B. iam de Constantino Magno scripsit, *sub quo et infidelitas universarum gentium et turpitudo deleta est.* Illum poeta ante oculos habuisse videtur.

„nefasta dampnet limina
„obdens aenos pessulos.
„Tunc pura ab omni sanguine
„tandem nitebunt marmora;
„stabunt et aera innoxia,
„quae nunc habentur idola.“
Hic finis orandi fuit
et finis idem vinculi
carnalis, erupit volens
vocem secutus spiritus.
Vexere corpus subditis
cervicibus quidam patres,
quos mira libertas viri
ambire Christum suascrat.
Repens medullas indoles
adflarat et coegerat
amore sublimis Dei
odisse nugas pristinas.
Refrixit ex illo die
cultus deorum turpium,
plebs in sacellis rarior:
Christi ad tribunal curritur.
Sic dimicans Laurentius
non ense praecinxit latus:
hostile sed ferrum retro
torquens in auctorem tulit.
Dum daemon invictum Dei

479. *Nefasta* P omnes Heinss. Laur. *α* a p q u Ald. Lugd. Parrh. Sich. tres Chor. Poett. Heins. Cham. Cell. Obb., *Nefanda* Prag. Rat. b m Fabr. Gis. Weitz. Amstr. Arev. [Cfr. Heins. ad Ov. A. A. II, 636]; *lumina* l q. 480. *aenis pessulis* Parrh., *aëno pessulos* Gis. 483. *ut* A N R Altin. q u; *uera* Ald. Lugd. 485. *Hinc* Amstr. Obb. 486. *item* margo trium Sich.; *uincula* Ald. Lugd. 487. *voluns* Ruinart. Gall. 489 *vexare* A. 493. *Replens* R Ambr. T3rr. Cauch. Cell.; *indolis α, intimas* Laur. u. 500. *cursitat* coni. Cauch. 505. Tum in Arev., *um* litera initiali oppressa p

490. *quidam patres*] Martyrol. Rom. IV idus Aug.: *Laurentius in craticula ferrea assatus martyrium complevit, cuius corpus a beato Hippolyto et Iustino presbytero sepultum fuit.*

499. *plebs in sacellis rarior*] Iam Plin. de Christianis ad Traianum (X, 96): *Neque enim civitates tantum, sed vicos etiam atque agros superstitionis istius contagio pervagata est. Quae videtur sisti et corrigi posse. Certe satis constat, prope iam desolata templa coepisse celebrari, et sacra solennia diu intermissa repeti, passimque venire victimas, quarum adhuc rarissimus emtor inveniebatur.*

testem lacessit praelio,
perfossus ipse concidit
et stratus aeternum iacet.
Mors illa sancti martyris
mors vera templorum fuit:
tunc Vesta Palladios lares
inpune sensit deseri.
Quidquid Quiritum sueverat
orare simpuvium Numae,
Christi frequentans atria
hymnis resultat martyrem.
Ipsa et senatus lumina,
quondam Luperci aut Flamines,
apostolorum et martyrum
exosculantur limina.
Videmus inlustres domus,
sexu ex utroque nobiles,
offerre votis pignera

511. *Pallidios* E, *Palladis* a, *Palladeos* b. 512. *deleri* H. 514. *Orare simpuvium Numae* 2 A N O (sed heic praecedit v. *Ornare res impias Numae* P (supra) T (*sinpuvium*) W (*simpubium*) Put. Rat. T2rr. α (*sinpuuium*) priorib. abr. a (pro div. lect.) b (*simbubum*) m (*sinpubium*) q (*simpuuium*) Weitz. (*simpubium*) Cauch. Heins. Cell. Arev. Obb. [Cfr. Iuven. VI, 342. Fest. p. 149. ed. Lind. *Vas parvum non dissimile cyatho, quo vinum in sacrificiis intellegatur.* Apulei. Apol. p. 285. Iahn. ad Pers. II, 59 etc.], *Orare res inpias Numae* 1 A R (ut videtur), *Ornare simpuuium Numae* a Gif. (hic quidem *simpubium*), *Ornare res inpias Numae* E (ad oram *simpubium*) H (heic *snupubium* supra, et ad oram *Ornare nenias Numae*) P α (pro div. lect.) m (pro div. lect.) p, *Ornare res Numae impias* Laur. u, *Ornare res vanas Numae* Ald. Lugd. Sich. tres Torn. Fabr. Chor. Poett., *Ornare nenias Numae* Gis. Amstr. 516. *martyrum* Chor. Poett. probo. 518. *et* Heins. Cham. (non Cell.). 519. *aut* Parrh. 520. *lumina* q. 521. *domo* Parrh. 523. *pignora* Laur. u.

511. *Palladios lares*] „Ignis Vestae Palladius dicitur, tum quia apud Vestales Palladium conservabatur, tum quia Athenis urbe a Pallade condita hic ignis aut originem habuit, aut singulari honore colebatur. S. II, 964 sqq. Etsi autem Prudentius dicat: *Tum Vesta*, tamen de suo tempore loquitur, ut ex versibus sqq. liquido patet. Denique Lares esse ignes aut pro eis accipi docent glossae Isonis et Marietti. Ignis sacer erat Laribus, et, ut ego puto, instrumenta ipsa ferrea, quae ad ignem alendum, conservandum et ad eiusdem usum circa focum erant, quibusdam imagunculis erant ornata, quae pro diis Laribus colebantur." *Arev.* „Quid plura? Palladii Lares vocantur Palladium, illud *pignus et tutela imperii Romani*, quod Vestales custodiebant, neque de ignibus hic sermo est: Liv. V, 52, XXVI, 27, Ov. Fast. VI. 365, Dion. Halic. I, 67, Herzberg de diis Rom. patriis p. 89." *Obb.*

514. *simpuvium*] Iuven. VI, 342 *simpuvium ridere Numae.*

518. *Luperci*] Antonius quoque Lupercus fuit, Cic. Philipp II, 33 extr.

clarissimorum liberum.
Vittatus olim pontifex
adscitur in signum crucis,
aedemque Laurenti tuam
Vestalis intrat Claudia.
O ter quaterque et septies
beatus urbis incola,
qui te ac tuorum conminus
sedem celebrat ossuum:
cui propter advolvi licet,
qui fletibus spargit locum,
qui pectus in terram premit,
qui vota fundit murmure.
Nos Vasco Hiberus dividit
binis remotos Alpibus
trans Cottianorum iuga,
trans et Pyrenas ninguidos.
Vix fama nota est, abditis
quam plena sanctis Roma sit,
quam dives urbanum solum
sacris sepulcris floreat.
Sed qui caremus his bonis,
nec sanguinis vestigia

527. *Eademque ad Laurentium* m. 528. *claudia* α a b m p 2 q u Ald. Lugd., *claudiam* 1 q adiective. 529. *et septiens* 1 α, *o septies* Fabr. Gis. Chor. Poett. 531. *te praesentem* 1 A E P (alt. ad oram) a (ad oram: *alii habent ac tuorum*) p u Act. Sanct. 532. *Sede* H; *caelebrabat* α, *celebrant* 1 b; *ossium* b m Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. 533. *Qui propter* u. 535. *aspectus* A a (supra *t pectus*) p u, *adspectus* coni. Obb. 536. *murmurae* Put., *murmura* Heins. Cham. Cell. 537. *nuasco* p; *Hiberos* Altin. Cauch. Chor. Poett. 538. *remoto* A, *remotis* 1 R. 539. *cotianorum* u Ald. Lugd. 540. *ninguinos* R, *ningidos* Amstr. Chor. Poett.

527. *aedemque*] „Aediculam Laurentii sepulcro appositam. Quod enim ad martyrum sepulcra orabant veteres Christiani, etiam oratoria et sacella ibi fuerunt condita.“ *Cell.* Sed iam Constantinus S. Laurentio basilicam in agro Verano aedificandam curavit. Vid. ad XI, 215.

528. *Claudia*] *familia erat quaedam, quae Vestam deam colebat* gl. a. Ad illam Claudiam respicit, de qua Ov. Fast. IV, 305 *Claudia Quinta genus Clauso referebat ab alto*, Sil. XVII, 34. Illa autem totum Vestalium coetum repraesentat iamiam Christum confitentium.

536. Etiam Franciscus a Puteo *murmura* legit explicatque: „Heic *vota* murmura dixit pro *votiva*, ut supra *votas opes* [v. 41]; itaque *vota murmura* significant votivas orationes, seu preces votis plenas sancto martyri Laurentio nuncupatas.“

videre coram possumus,
caelum intuemur eminus.
Sic, sancte Laurenti, tuam
nos passionem quaerimus:
est aula nam duplex tibi,
hic corporis, mentis polo.
Illic inenarrabili
adlectus urbi municeps,
aeternae in arce curiae
gestas coronam civicam.
Videor videre inlustribus
gemmis coruscantem virum,
quem Roma caelestis sibi
legit perennem consulem.
Quae sit potestas credita
et muneris quantum datum,
probant Quiritum gaudia,
quibus rogatus adnuis.
Quod quisque supplex postulat,
fert inpetratum prospere:
poscunt, litantur, indicant
et tristis haud ullus redit:
ceu praesto semper adsies,

548. *tuemur* Parrh. 549. *Hic* u. 554. *urbis* q. 555. *Aeterne* E H W Weitz. 556. *Gestis* Weitz. ex E, *Gestans* R. 564. *rogatur* l a. 565. *Quo* A. 567. *litantur* Ald. Lugd. Nebr. Sich. tres Gis. Amstr. Arev. Obb. (qui codd.?), *litatur* Chor. Poett., *iocantur* B R Ambr. Prag. Rat. T3rr. et reliqq. ap. Heins. (excepto Altin.) α b m q Parrh. margo trium Sich. Gis. ad oram (*al. licenter* ibidem), *iocanter* supra *laetantur* W, *laetantur* A E P Altin. Laur. a p u, *latenter* supra *letantur* H, *licentur* Fabr., *licenter* Weitz. Cham. Cell., *litant et* coni. Arev.
569. *Tu praesto* coni. Arev.; *adsias* a

551. *aula*] Vid. supra 527.
553. *inenarrabili...urbi*] *caelesti Ierusalem* Apoc. 21, 10; 559 *Roma caelestis.*
556. *coronam civicam*] *civica est proprie corona quercea, qua ille donabatur, qui cives liberasset; hinc Laurentius civicam coronam habere dicitur, quia cives liberavit ab idolis* gl. a. In Serv. Sulp. Galbae aliorumque Impp. nummis: *Ob Civ. Serv.* Cfr. Plin. H. N. XVI, 4, Gell. N. A. V, 6, Schmeizel. de coron. p. 114. Varia, quae ad Laurentii martyris cultum respiciunt, primaeva monumenta in opusculo: Memorie della vita etc. di S. Lorenzo martire et ap. Arev. p. 932, 936 aere expressa inveniuntur. Sed omnium mentione dignissimum est in cryptis Neapolitanis pictura Laurentium corona civica donatum effigians. Vid. Bellermann. Ueber die aeltesten christlichen Begraebnisstaetten und besonders die Catacomben zu Neapel tab. VII, p. 79, 80.

tuosque alumpnos urbicos
lactante conplexus sinu
paterno amore nutrias.
Hos inter, o Christi decus,
audi poetam rusticum
cordis fatentem crimina
et facta prodentem sua:
indignus agnosco et scio,
quem Christus ipse exaudiat,
sed per patronos martyres
potest medelam cqnsequi.
Audi benignus supplicem
Christi reum Prudentium,
et servientem corpori
absolve vinclis seculi.

## III. IN HONOREM EULALIAE MARTYRIS.

Germine nobilis Eulalia,
mortis et indole nobilior,

570. *orbicos* 1 α. 571. *Lactente* 1 α 1 a, *Laxante* ad oram *l lactante* m, *lactante* 1 Prag. Ald. (non Lugd.) Gall.; *conplexos* 1 Prag. 1 Rat. 1 α 1 m supra *l u*; Laur. tenet vulg. 574. *Audi et poetam* B Prag. Rat. m Sich. tres Fabr. Chor. Poett. Amstr. Cell. Arev., *et* om. Laur. α a b p q u Ald. Lugd. Parrh. Gis. Weitz. Heins. Obb. 579. *martyras* vetustiores Heinss. 1 α Weitz. Heins. Cell. (non Laur.). 580. *medellam* α, *medela* Prag. Rat. a b m. 584. *Ablue* Sich. tres.

*Incipit ymnus in honore passionis Eulaliae B. martyris* Rat., *Hymnus in honorem passionis Eulaliae beatissimae martyris* α et sim. Heins., *Hymnus in honore passionis Eulaliae beatissimae virginis* a, *Aurelii prudentii clementis V. C. Hymnus in honore Eulaliae martyris* b, *Aurelii Prudentii Clementis V. C. incipit ymnus in honore beate martyris Eulaliae* m, nulla inscriptio p, *Hymnus III in B. Eulaliam* q, *Passio Sanctae Eulaliae Virginis* u, Breviarium Mozarab. hunc hymnum officio S. Eulaliae inserit, sed corrupte. 2. *Moris at* coni. Cauch., *Mortis at* Fabr. Gis. Weitz.

570. *alumpnos urbicos*] „Tu, o Laurenti, complexus lactante sinu Romanos, qui tui sunt alumni, eos tanquam pater, sive amore paterno nutri.“ *Arev.* Cfr. Cic. Verr. V, 66, 169, Virg. Aen. VI, 877, Hor. Od. III, 18, 4.

579. *patronos martyres*] „Originem et progressum invocationis Sanctorum praeclare exposuit B. Chemnitius Concil. Trident. Parte III, ubi etiam hoc Prudentii carmen p. 437 examinatur.“ *Cell.*

584. *seculi*] mundi, vid. P. X, 167.

III. „Eulaliae martyris, quae in initio sec. IV. passa est, primus Prudentius mentionem inicit, quem in enarranda huius virginis historia Isi-

Emeritam sacra virgo suam,
cuius ab ubere progenita est,
ossibus ornat, amore colit.
Proximus occiduo locus est,
qui tulit hoc decus egregium,
urbe potens, populis locuples,
sed mage sanguine martyrii
virgineoque potens titulo.
Curriculis tribus atque novem
tris hiemes quater attigerat,
cum crepitante pyra trepidos
terruit aspera carnifices
supplicium sibi dulce rata.
Iam dederat prius indicium,
tendere se Patris ad solium,
nec sua membra dicata toro:
ipsa crepundia repulerat,
ludere nescia pusiola.
Spernere sucina, flare rosas,

6. *occidue* A. 7. *attulit* Prag.; *Qui tulit egregium decus hoc* scheda Barth. 8. *Orbe* Cham., *Arce* coni. Arev. 9. *mage* supra *t is* b; *martyris* Prag. metro obnitente. 12. *Tris* α 1 b m p q Ald. Lugd. Sich. tres Weitz. Chor. Poett., *Treis* Fabr. Gis. Amstr., *Tres* Laur. a 2 b u et reliqq. edd. 18. *dicato* 1 A, *dicare* Rat., *dicata* supra *t re* m. 21. *flare* B α a b m margo trium Sich. Weitz. Cham. Cell. Arev., *flore* O Ambr. prob. Cham., *flere* A R p q u Ald. Lugd. Sicb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. cum potioribus suis (quamquam *flare* rectum putavit) Obb.

dor. (Orig. XV, 1), Fortunat. (carm. VIII, 4), Gregor. Turin. (glor. mart. I, 39) et cet. sequuntur. Qua de causa male agunt, qui eam cum Gisel. et Iosepho Pedros y Riera (Iusta repulsa del argumento negativo y equivocaciones, en que cimentaba la defensa de su censura, que dio a luz el M. R. P. M. Fr. Agustin Sala a fin d'impugnar alcunos hechos del martirio de la insigne virgen, y protomartir S. Eulalia Barcilonesa. Por D. I. Pedros y Riera. Madrid, 1787. 4.) ab Arevalo laudato cum Eulalia Barcilonensi confundunt, quam Eulogius (memor. mart. I, 18, vixit sec. IX) primus commemorat. Alterius, Emeritensis (v. 4.), dies festus IX. Dec., ab aliis X. et XII. eiusdem mens. agitur, cfr. Thomas. cod. sacr. p. 305, Florez. Hispan. sacr. LXI. p. 6, Mabillon. Annal. III, p. 417, Bayer. de S. Laurent. l. l., Les vies des Saints VIII, p. 264, 457." *Obb.* Inter Prudentii carmina hocce gravitate pia conceptionisque venustate longe praeeminet.

3. *Emeritam*] Augustam Emeritam Lusitaniae, nunc *Merida*, vid. Parthey et Pinder Itinerarium Antonini Aug. et Hierosolymitanum s. v.

6. *occiduo*] soli, poetae quippe in Tarraconensi provincia degenti. Cfr. Ov. Fast. I, 314. Barth. Adv. V, 21.

14. *aspera*] „in se ipsam talia perpetrando." *Nebr.*, *fortis* gl. a. Bene, vid. 32, 39, 64, 127.

21. *Spernere*] *sc. coepit*, — *sucina*] *gemmae fulvicolores, quae ex lacrimis arborum fluunt et in lapidem durescunt; et sunt succina a*

fulva monilia respuere,
ore severa, modesta gradu,
moribus et nimium teneris
canitiem meditata senum.
Ast ubi se furiata lues
excitat in famulos Domini
Christicolasque cruenta iubet
tura cremare, iecur pecudis
mortiferis adolere deis:
infremuit sacer Eulaliae
spiritus ingeniique ferox
turbida frangere bella parat,
et rude pectus anhela Deo
femina provocat arma virum.
Sed pia cura parentis agit,
virgo animosa domi ut lateat,
abdita rure et ab urbe procul,
ne fera sanguinis in pretium
mortis amore puella ruat.
Illa perosa quietis opem
degeneri tolerare mora,
nocte fores sine teste movet
septaque claustra fugax aperit
inde per invia carpit iter.
Ingreditur pedibus laceris
per loca senta situ et vepribus
angelico comitata choro:
et licet horrida nox sileat,
lucis habet tamen illa ducem.
Sic habuit generosa patrum
turba columpniferum radium,

22. *munilia* 2 *α*. 23. *serena* Amstr. Obb. (e codd.?); *gradum* N R Heins. (non Cell.). 26. *dies* Prag. b, *dies* supra *i lues* Rat., *luis* m. 28 *que* om. 1 Rat. 30. *diis* a u, *dīs* q. 32. *ingeniumque* T cod. Ruinart.; *feraæ* cod. Barth. 48. *comitatu* Prag. adversante metro.

*succo dicta oscula in ore infantum* Iso, *sucinum est electrum arboris, id est resina, quam solent mulieres confricare manibus, et ea faciem superducere ad provocandum cutis candorem* gl. a.

26. *furiata lues*] *persecutio* Iso.

39. *fera*] „efferata amore martyrii.“ *Nebr.*

47. *per loca senta*] Virg. Aen. VI, 462 *Per loca senta cogunt noctemque profundum.*

52. Exod. 13, 21, C. V, 59 sqq.

scindere qui tenebrosa potens
nocte viam face perspicua
praestitit intereunte chao.
Non aliter pia virgo viam
nocte secuta diem meruit,
nec tenebris adoperta fuit,
regna Canopica cum fugeret
et super astra pararet iter.
Illa gradu cita pervigili
milia multa prius peragit,
quam plaga pandat Eoa polum,
mane superba tribunal adit,
fascibus adstat et in mediis
vociferans: ,,Rogo, quis furor est
,,perdere praecipites animas
,,et male prodiga corda sui
,,sternere rasilibus scopulis
,,omnipatremque negare Deum?
,,quaeritis, o miseranda manus,
,,Christicolum genus? En ego sum
,,daemonicis inimica sacris,
,,idola protero sub pedibus,
,.pectore et ore Deum fateor.
,,Isis, Apollo, Venus nihil est,
,,Maximianus et ipse nihil:
,,illa nihil, quia facta manu,

55. *Perstitit* A E. 56. Barth. Adv. V, 21. ex scheda quadam hunc versuum ordinem protulit: 55. 58. 59. 60. 56. 57. 61 prob. Arev. (Tom. I, p. 173.), versum 59 de itinere explicans, quod noctu Israelitae factitabant. [Cfr. Exod. 13, 21]. 59. *Canopia* T 1 m; *Regna cum fugeret canopica* Prag. 66. *quid* α; *pudor* u Ald. Lugd. Sieb. tres Chor. Poett. 70. *Omniparemque* coni. Arev. 72. Post hunc v. irrepserunt in Ald. Lugd. duo: *Proxima dotibus et thalamo. Non mouet aurea pompa chori* (Emend. *thori*), qui suo loco v. 110 iterum ab Aldo immittuntur. 74. *protera* 1 R; *Et simulachra terens pedibus* priorib. abr. Rat. 76. *nichil* p constanter.

55. *chao*] *confusione noctis* gl. a, cfr. C. V, 3, Stat. Silv. III, 2, 92.

59. *Canopica*] *Aegyptia; Aegyptus enim tenebrae interpretatur. Est autem Canopus civitas Aegypti dicta a Canopo gubernatore Menelai illic sepulto* gl. a. Mundi atque mundanae vanitatis regnum primaevis Christianis Aegyptus praefigurat. An ob multifariam ibi idololatriam? Cfr. P. X, 254 sq., Ignatii martyr. ined. 2 (p. 369 nostrae PP. Apost. Opp. ed.).

65. *fascibus... in mediis*] inter praetoris adparitores.

69. *rasilibus scopulis*] *Idolis dolatis in lapidibus* gl. Rat., cfr. ad S. I, 210 Heinsii coniect. *caesa*.

76. *Isis*] Vid. Min. Fel. 21.

„hic, manuum quia facta colit,
„frivola utraque et utraque nihil.
„Maximianus opum dominus,
„et tamen ipse cliens lapidum,
„prostituat voveatque suis
„numinibus caput ipse suum:
„pectora cur generosa quatit?
„Dux bonus, arbiter egregius
„sanguine pascitur innocuo,
„corporibusque piis inhians
„viscera sobria dilacerat
„gaudet et excruciare fidem.
„Ergo age, tortor, adure, seca,
„divide membra coacta luto:
„solvere rem fragilem facile est.
„Non penetrabitur interior
„exagitante dolore animus.“
Talibus excitus in furias
praetor ait: „Rape praecipitem,
„lictor, et obrue suppliciis:
„sentiat esse deos patrios,
„nec leve principis imperium.
„Quam cuperem tamen ante necem,
„si potis est, revocare tuam,
„torva puellula, nequitiam.
„Respice gaudia quanta metas,
„quae tibi fert genialis honor.
„Te lacrimis labefacta domus
„prosequitur generisque tui
„ingemit anxia nobilitas,
„flore quod occidis in tenero,

80. *Utraque frivola* priorib. abr. Rat., *Frivolum utrumque et utrumque* coni. Cauch., *et utraque nihil* om. 1 A. 88. *que* om. Prag. 102. *es* B H vetustiores ap. Heins. m Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cham. Cell., sed vid. S. I, praef. 84; *viam...nequitiae* P Fabr. Gis. 104. *petas* b, *meas* l p. 109. *Sole* Put.

81. *Maximianus*] Quaeritur, sitne Maximianus Herculeus an Galerius Maximianus. Ille Occidenti praecerat, Orienti Diocletianus, Galerio quidem Caesare ad Christianos persequendos impulsore. Euseb. VIII, 15, Lact. P. M. X, 6 *Maximianus quoque Caesar inflammatus scelere advenit, ut ad persequendos Christianos instigaret senem vanum (Diocletianum), qui iam principium fecerat*, Sulpic. Sever. II, 46, Baron. annal. ad a. 304, IX, 10.

„proxima dotibus et thalamo.
„Non movet aurea pompa tori,
„non pietas veneranda senum,
„quos temeraria debilitas?
„Ecce parata ministeria
„excruciabilis exitii.
„Aut gladio feriere caput,
„aut laniabere membra feris,
„aut facibus data fumificis
„flebiliterque ululanda tuis
„in cineres resoluta flues.
„Haec, rogo, quis labor est fugere?
„si modicum salis eminulis
„turis et exiguum digitis
„tangere, virgo, benigna velis,
„paena gravis procul afuerit.
Martyr ad ista nihil: sed enim
infremit inque tyranni oculos
sputa iacit: simulacra dehinc
dissipat inpositamque molam

110. *thalamis* O Put. Heins. Cham. (non Cell.), *thalami* coni. Heins. 113. *Quo* u. 114. *parata misteria* α cum gl. *tibi* interposita, *ministerii* u. 115. *Excruciatilis* O. 118. *fumicis* u. 122. *e minulis* Ald. Lugd. 123. *T. et ex. turis* A. 125. *procul grauis* q; *afuerit* A B E H duo veterrimi codd. ap. Heins. α a Heins. Cell. Obb., *abfuerit* Laur. m p q u cum relqq. edd. 128. *oculis* coni. Arev.

117. *aut ... feriere*] „Crucis supplicium Weitz. et Arev. intellegunt, (cfr. Lips. de cruce III, 11.), Gifan. l. l. equos; quae sententia all. XI, 88 et Senec. Ep. XIV: *distracta in diversum actis curribus membra* defendi posset, sed optime haec et verba sqq., quae pessime Cell. de consueta combustione explicari voluit, illustrat Tac. Annal. XV, 55: *et pereuntibus addita ludibria, ut ferarum tergis contecti laniatu canum interirent... aut flammandi, ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis urerentur*, ibid. Doederl. et Sulp. Sever. hist. eccl. II, 29, Iuven. VIII, 235, ibid. Heinrich. p. 347, Hesych. s. v. *χωνῆσαι.*" *Obb.*

122. *eminulis ... digitis*] Lact. I, 20, 26: *Colunt enim ture ac summis digitis, quae sensibus intimis horrere debuerunt*, IV, 18, 12: *tura tribus digitis comprehensa in focum iactare, tam ineptum* etc., Ov. Fast. II, 573.

129. *molam*] Mart. VII, 54, 5 *Consumpsi salsasque molas et turis acervos*, Serv. ad Virg. Ecl. VIII, 82 *molam = far et salem.* „Hoc nomen de sacris tractum est; far enim pium, i. e. mola casta, salsa, utrumque enim idem significat, ita fit: virgines Vestales tres maximae ex nonis Maiis ad pridie Idus Maias, alternis diebus spicas adoreas in corbibus messuariis ponunt, easque spicas ipsae virgines torrent, pinsunt, molunt, atque ita molitum condunt. Ex eo farre virgines ter in annum molam faciunt, Lupercalibus, Vestalibus, Idibus Septembribus, adiecto sale cocto, et sale duro. Igitur quod

turibulis pede prosubigit.
Nec mora, carnifices gemini
iuncea pectora dilacerant,
et latus ungula virgineum
pulsam utrimque et ad ossa secat.
Eulalia numerante notas.
„Scriberis ecce mihi, Domine,
„quam iuvat hos apices legere,
„qui tua, Christe, tropaea notant!
„nomen et ipsa sacrum loquitur
„purpura sanguinis eliciti.“
Haec sine fletibus et gemitu
laeta canebat et intrepida:
dirus abest dolor ex animo,
membraque picta cruore novo
fonte cutem recalente lavant.
Ultima carnificina dehinc,
non laceratio vulnifica
crate tenus nec arata cutis,
flamma sed undique lampadibus
in latera stomachumque furit.
Crinis odorus ut in iugulos
fluxerat involitans humeris,

138. *Quia* u. 145. *levant* supra alt. W. 148. *Ore* A B (supra alt.) E H P R Laur. a p q u margo trium Sieb. Obb. [Cfr. X, 558].
151. *ut* R T Altin. Put. α a p Ald. Lugd. Heins. Cham. Cell. Obb., *et* Laur. Prag. Rat. b m q u Sieb. tres Fabr. Gis. (monens tamen in Emend., in plerisque libb. legi *ut*, esseque orationem suspendendam usque ad alterum quinionem seu stropham) Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev. 152. *humeros* P prob. Heins. et Arev., sed cfr. Hor. Od. IV, 10, 3.

in sacris mola casta dicitur, ideo Virgilius in quinto Aeneidis *farre pio* enuntiavit: quid enim est *pium* nisi castum? quoniam *piare* est propitiare, quod accidere non potest nisi caste inservitum erit rebus sacris. Hic autem dicendo *asperge molam*, rem ipsam proprio nomine memoravit, unde in secundo Aeneidis (133), *et salsae fruges*, et in quarto (517) *ipsam molam.*“

132. *iuncea*] *tenera*, *iuvenilia propter viriditatem* Iso. Cfr. Terent. Eunuch. II, 3, 26 *reddunt curatura iunceas.*

138. *tropaea*] vulnerum notae martyris victoriae Christi de inimicis reportatae tropaeum purpureum.

148. *crate tenus*] „usque ad costas, quae sunt quaedam crates corporis.“ *Nebr.*

151. *Crinis odorus*] Causam horum vbb. Obb. cum aliis invenit P. II, 385. coll. Virg. Aen. I, 403 *Ambrosiaeque comae divinum vertice odorem Spiravere.* Nebr. *odorus* explicat *non tunc, sed qui solebat odoribus suffiri.* Quam interpretationem probo, si iuventutem viriditatemque causam crinium suavitatis adsumas.

quo pudibunda pudicitia
virgineusque lateret honos
tegmine verticis opposito:
flamma crepans volat in faciem,
perque comas vegetata caput
occupat exuperatque apicem:
virgo citum cupiens obitum
appetit et bibit ore rogum.
Emicat inde columba repens,
martyris os nive candidior
visa relinquere et astra sequi:
spiritus hic erat Eulaliae
lacteolus, celer, innocuus.
Colla fluunt abeunte anima,
et rogus igneus emoritur,
pax datur artubus exanimis,
flatus in aethere plaudit ovans
templaque celsa petit volucer.
Vidit et ipse satelles avem
feminae ab ore meare palam,
obstupefactus et attonitus
prosilit et sua gesta fugit,
lictor et ipse fugit pavidus.
Ecce nivem glacialis hiems
ingerit et tegit omne forum:
membra tegit simul Eulaliae,
axe iacentia sub gelido,

158. *exuberatque* b, *que* om. 1 m. 159. *citum* Laur. α a b m p q n Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Heins. Cell. Arev., *cito* Chor. Poett. Amstr. Obb. (e quibus codd.?). 161. *repens* ad oram *t recens* m. 167. *exoritur* p. 170. *que* exc. a. 171. *ut* Cell. Teol. 172. *Femina* Ald. Lugd. vitiose. 174. *facta* ad oram *t gesta* Rat. m, *facta* u.

161. *columba*] Eulaliae martyris spiritus. Cfr. 171, C. III, 165 sqq., Polycarpi martyr. XVI: *Ἱέρας οὖν ἰδόντες οἱ ἄνομοι, οὐ δυνάμενον αὐτοῦ τὸ σῶμα ὑπὸ τοῦ πυρὸς δαπανηθῆναι, ἐκέλευσαν αὐτῷ κομφέκτορα παραβῦσαι ξιφίδιον. Καὶ τοῦτο ποιήσαντος, ἐξῆλθε περιστερὰ καὶ πλῆθος αἵματος, ὥστε κατασβέσαι τὸ πῦρ, καὶ θαυμάσαι πάντα τὸν ὄχλον, εἰ τοσαύτη τις διαφορὰ μεταξὺ τῶν ἀπίστων καὶ τῶν ἐκλεκτῶν.* An pia istiusmodi traditio ad aquilam respiciat, quae ex imperatorum Romanorum rogo consecrationis, quam *ἀποθέωσιν* vocant, emittebatur? Cfr. Herodian. IV, 2.

165. *lacteolus*] „Quod ab omni labe alienum atque remotum est, tam ad animum quam ad corporis pulcritudinem venustum, *lacteum* Latini vocant.“ Barth. Adv. VI, 28.

170. *templaque*] Terent. Eunuch. III, 5, 42 *Deus templa caeli summa sonitu concutit.*

pallioli vice linteoli.
Cedat amor lacrimantum hominum,
qui celebrare suprema solent,
flebile cedit et officium:
ipsa elementa iubente Deo
exequias tibi virgo ferunt.
Nunc locus Emerita est tumulo
clara colonia Vettoniae,
quam memorabilis amnis Ana
praeterit et viridante rapax
gurgite moenia pulcra lavit.
Hic ubi marmore perspicuo
atria luminat alma nitor
et peregrinus et indigena:
relliquias cineresque sacros
servat humus veneranda sinu.
Tecta corusca super rutilant
de laquearibus aureolis
saxaque caesa solum variant,
floribus ut rosulenta putes
prata rubescere multimodis.
Carpite purpureas violas
sanguineosque crocos metite:
non caret his genialis hiems,

180. *lentioli* 1 α. 182. *solet* Prag. 185. *uigor* u. 186. *Hic* W Rat. m (in hoc supra *ℓ nunc*), *Hunc* Prag., *Non* p. 187. *uetoniae* Laur. m q u, *uetonie* b, *Vectoniae* Gis., sed vid. Orell. Inscr. 12. 90. 3664: *PROC. PROV. LUSITAN. ET VETTONIAE:* et Drakenb. ad Sil. III, 378. 188. *Amnio anna* 1 b, *amnisana* m p, et Ald. edd. *Amnisana*, corr. *amnis anas*, ita Lugd., *Anas amnis* Cell. 190. *lavit* H (supra) N forte W (*a* est extritum) alteri duo vetustissimi Heinss. 1 α b q Heins. Cell. Arev. [V, 230. Hor. Od. II, 3, 14 etc.], *luit* H 2 W Rat. m Weitz., *levat* A, *lavat* Laur. 2 α a p u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Obb. 191. *praespicuo* a. 192. *alta* B b margo Sich. tres Fabr. Gis. Gall. 194. *Reliquias* u. 199. *resoluta* Amstr. Obb. 200. *multimode* u. 201. *Capite* u. 202. *que* om. 1 Rat. 203. *hiemps* α m q, *hyemps* p.

187. *Vettoniae*] Hispaniae provincia Durium et Anam inter, Plin. H. N. VI, 22.

190. *lavit*] Cfr. Hor. Od. II, 3, 18 *Villaque, flavus quam Tiberis lavit*, I, 22, 8 *Lambit Hydaspes.*

203. *genialis hiems*] Virg. Georg. I, 302 poeta imitatur. „Ait Prudentius, Emeritae propter aeris clementiam flores provenire, aut etiam innuit ante diem florere annum, ut sepulcrum Eulaliae decoretur. Paullin. Nat. III, 44: *Purpureum ver spiret hiems, sit floreus annus Ante diem, sancte cedat natura dici: Martyris ad tumulum debes et terra coronas.*" *Arev.*

laxat et arva tepens glacies,
floribus ut cumulet calathos.
Ista comantibus e foliis
munera virgo puerque date:
ast ego serta choro in medio
texta feram pede dactylico,
vilia, marcida, festa tamen.
Sic venerarier ossa libet,
ossibus altar et inpositum.
Illa Dei sita sub pedibus
prospicit haec populosque suos
carmine propitiata fovet.

## IV. IN HONOREM DECEM ET OCTO MARTYRUM CAESARAUGUSTANORUM.

Bis novem noster populus sub uno
martyrum servat cineres sepulcro:

204. *aura* supra *arua* Prag.; *petens* R. 210. *Lilia* p. 213. 212 inv. Sich. II III (non I).

*Passio sanctorum decem et octo martyrum caesaraugustanorum* Laur., *Incipit Ymnus in honorem XVIII martyrum Caesaraugustanorum* Rat., *Hymnus in honore sanctorum X. et octo martyrum caesaraugustanorum* α, *Hymnus in honore decem et octo martirum cesar augustanorum* a, *Incipit Ymnus in honore martyrum çesaraugustanorum* b, *Incipit Ymnus in honore sanctorum XVIII martyrum Caesaraugustanorum* m, *Passio sanctorum XVIII Martirum* (iam vox erasa) p, *Hymnus IV in XVIII Martyres Caesaraugustanos* q, *Passio Sanctorum XIII* (sic) *Martirum Caesaraugustanorum* u.

212. *ossibus altar*] martyrum ossibus altare superstruendi vetus consuetudo (vid. IV, 189, V, 515, Paulliu. Ep. 12 *Sancta sub aeternis altaribus ossa quiescunt*), an ex Apoc. 6, 9 oriunda?

214 sq. *prospicit...propitiata fovet*] Cfr. I, 16, II, 579.

IV. Martyrol. Rom. ad d. 16. Aprilis: *Caesaraugustae in Hispania natalis SS. decem et octo martyrum Optati, Luperci, Successi, Martialis, Urbani, Iuliae, Quinctiliani, Publii, Frontonis, Felicis, Caeciliani, Eventii, Primitivi, Apodemii et aliorum quatuor, qui Saturnini vocati esse referuntur* [v. 145 sqq.]. *Hi omnes sub Datiano Hispaniarum praeside* [a. 304 Diocletiano et Maximiano Herculeo Impp. uno die] *simul paenis affecti atque interempti sunt.* Voc. *natalis* in Martyrologiis supremum diem martyrum significare notissimum, vid. XI, 196. Nescio, unde Obbarius illos XVIII martyres Caesaraugustae natos esse hauserit, nisi forte martyrologii usu loquendi deceptus. Saturninorum vero nomina (Cassianus, Ianuarius, Matutinus, Faustus) metro renitentia (v. 162) non expressa sunt. Cfr. Ruinart. p. 516, Les vies des Saints III, p. 624, PP. Tolet. opp. Tom. I, p. 23, ubi Eugenii epigr. *de basilica storum* legitur.

1. *sub uno...sepulcro*] sub uno altari. Cfr. XI, 7 sqq.

Caesaraugustam vocitamus urbem,
res cui tanta est.
Plena magnorum domus angelorum
non timet mundi fragilis ruinam
tot sinu gestans simul offerenda
munera Christo,
cum Deus dextram quatiens coruscam
nube subnixus veniet rubente,
gentibus iustam positurus aequo
pondere libram.
Orbe de magno caput excitata
obviam Christo properanter ibit
civitas quaeque pretiosa portans
dona canistris.
Afra Carthago tua promet ossa,
ore facundo Cypriane doctor:
Corduba Acisclum dabit et Zoellum
tresque coronas.

4. *tantę* om. *est* G (i. e. Gothanus cod.). 13...16 ad oram add. *α*. 15...19 om. T.; *Civitas omnis* Ald. Lugd. Sicb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. 17. 18. *Karthago* Weitz. cum W, *Chartago* H; *Afra cartago cypriane doctor Ore facundo tua promet ossa* b. 19. *Cordoba α*; *Acisdum* G Rat. a u (*d* conflatum mihi videtur ex *c* et *l*), *Arcisdum* Laur., *Aciscum* Put., *Ascisdum* O, *Aclisdum* A E P, *Ascliscum* W, *Asciscclum* Prag., *Aclisclum* alii vetustiores ap. Heins., *Asciclum* Lugd.; *Zoelum* A R Rat. (non Laur.), *Enetellum* Prag., *Zoelum* supra *t zolutum* a, *encellum* b, *zoellum* supra *encellum* m.

3. *Caesaraugustam*] *Caesaraugusta civitas est Hispaniae, quam condidit Octavianus. Ipse enim dictus est Caesar Augustus, et Caesar quidem a Iulio Caesare avunculo suo, Augustus ab augendo rempublicam. Cum enim idem mortuo Iulio suscepisset imperium, populus Romanus in tres partes divisus est, et singulae partes singulis eum nominibus vocaverunt: alii Octavianum, alii Caesarem, alii Augustum, quod tamen ei permansit* gl. a. Nunc Saragozza.

8. *munera*] martyrum ossa, cfr. 17.

11. *iustam...libram*] cuique suum die iudicii redditurus.

13. *caput*] Luc. 21, 28.

18. *Cypriane*] Cfr. infra XIII.

19. *Aciselum*] genti Valeriae ob frequens eius in nummis cognomen *Aciselum* huncce martyrem adscribi posse observat Philipp. a Turre in Monum. antiq. cap. 2. Cfr. Martyrol. Rom. ad d. 17. Nov., Les vies des Saints VIII, 70, — *Zoellum*] ibid. ad d. 27. Iun.

20. *tresque coronas*] aliorum trium martyrum ossa: *Fausti, Ianuarii, Martialis* Isoni et Arevalo. Illi quippe tres Cordubae martyrii palmam adepti (Brev. Isidor. ad d. 13. Octobr.). Chamillardus tamen, Cell. Obb. Chrysogoni tres sorores Agapen, Chioniam, Irenen, quia una cum Zoilo interierint (vid. Surii vit. Anastas. I, 17), intelligere malunt.

Tu tribus gemmis diadema pulcrum
offeres Christo genitrix piorum
Tarraco, intexit cui Fructuosus
sutile vinclum.
Nomen hoc gemmae strophio inligatum est,
emicant iuxta lapides gemelli,
ardet et splendor parilis duorum
igne corusco.
Parva Felicis decus exhibebit
artubus sanctis locuples Gerunda:
nostra gestabit Calagurris ambos,
quos veneramur.
Barchinon claro Cucufate freta
surget et Paulo speciosa Narbo,
teque praepollens Arelas habebit,
sancte Genesi.
Lusitanorum caput oppidorum
urbs adoratae cineres puellae

22. *genetrix* α. 23. *fructuosus* Ald. Lugd., neque accuratius *iusti cui pastor* v. 41, *optato* 146, *Agone* 184. 24. *lignum* G.
25. *Hoc nomen* Ald. Lugd. contra metr.; *gemma* A; *inligatae* 2 A N T Ambr. Put. q Parrh. Heins. Cham. Cell. Obb. [vid. 125. Isidor. Orig. XIX, 33]; *Nomine hoc gemma est strophio inligata* coni. Paschal. de coron. IX, 11. 30. *geronda* 2 α. 31. *praestabit* Fabr. Gis. Chor. Poett. Cell.; *Galagurris* G R a 2 m, *calagorris* 2 α. 32. *veneratur* alicubi leg. Arev. 33. *Barchinon* A vetustiores ap. Heins. α p 2 u Ald. Lugd. Sich. tres. Chor. Poett. Obb., *Barchimon* a, *Barchilon* Laur. b 1 u Amstr., *Parcilon* Rat., *Barcilon* B G H R W Prag. 2 m margo trium Sich. Weltz., *Barcinon* 1 m q Fabr. Gis. Heins. Cell. Arev.; *cicufate* 1 u; *faeta* T Irr.
34. *Surgit* A G a. 36. *Sanctae* α. 38. *adorata* W Rat. q, *adorat* b clausula vocis erasa, *adoratas* 2 m, *ad orate* u; *cinere* Rat., *et cineres piorum* W, *et cineres puellae* u Ald. Lugd.

21. *tribus gemmis*] vid. inscript. hymn. VI: Fructuosus una cum Eulogio et Augurio diaconis Tarracone passi.
25. *strophio*] *Quasi enim quoddam cingulum fuit Christi beatus Fructuosus, dum in medio martyrum constitutus eos sibi hinc inde copulavit* gl. a, cfr. Böttiger Sabina I, 84. 184.
29. *Felicis*] Martyrol. ad d. 1. Aug.: *Gerundae in Hispania natalis S. Felicis martyris, qui post diversa tormentorum genera a Datiano tam diu iussus est laniari, donec invictum Christo spiritum redderet.* Eulog. memor. mart. I, 16, Ruinart. p. 517.
31. *Calagurris ambos*] Emeterium et Chelidonium cfr. I.
33. *Cucufate*] Martyrol. Rom. ad d. 25. Iul.
34. *Paulo*] Sergius Paulus procos. (Act. 16, 7) is fuisse traditur, cfr. Martyrol. ad d. 22. Martii, Ruinart. p. 108, Tillemont. histoire sacre I, p. 226.
36. *Genesi*] Vid. Baron. ad Martyrol. Rom. VIII Kal. Septemb.
38. *puellae*] Eulaliae, cfr. III, 1—3.

obviam Christo rapiens ad aram
porriget ipsam.
Sanguinem Iusti, cui Pastor haeret,
ferculum duplex geminumque donum
ferre Complutum gremio iuvabit
membra duorum.
Ingeret Tingis sua Cassianum,
festa Massylum monumenta regum,
qui cinis gentes domitas coegit
ad iuga Christi.
Singulis paucae, tribus aut duobus
forsan et quinis aliquae placebunt
testibus Christi, prius hostiarum
pignore functae.
Tu decem sanctos revehes et octo
Caesaraugusta studiosa Christi
verticem flavis oleis revincta
pacis honore.
Sola in occursum numerosiores
martyrum turbas Domino parasti:
sola praedives pietate multa
luce frueris.

39. *Obvia* coni. Heins.; *radians* G Rat. m. 40. *Porrigit* Prag. 42. *domum* 1 m. 43. *comblutum* W; *inuauit* 1 m. 45. *Ingerit* Prag. b. 46. *Fessa* [i. e. *Feza*] coni. Papebroch. AA. SS. II, p. 409; *Massellum* H supra *Masilum*, *masylum* b, *massyllum* 1 m, *massilum* q Weitz.; *moninenta* a p. 49. *duobus* 2 α. 50. *Forsitan* A, *Fonsan* a. 51. *christo* a. 52. *Pignere* 1 α m Ald. Lugd. 53. *revehis* W Rat. 54. *Christo* A O P R Altin. Put. T3rr. 2 α a Obb. [Cfr. Plaut. Mil. III, 1, 207. Iustin. IX, 8, 4]. 55. *Vertice* Ald. Lugd. 56. *Paucis* 1 α; *honorae* coni. Heins. Cell. [Vid. S. I, 143]. 58. *turmas* N.

41. *Iusti, cui Pastor*] utriusque martyris festum celebratur die 6. Augusti in officio Mozarabico cum hymno, cuius auctorem aut Isidorum aut Asturium antistitem Toletanum officia Hispaniensia nominant, qui corpora repperit. Arevalus in hymnodia Hispanica eum protulit correctiorem (p. 322 sqq.), ibi tamen: *die* 9. *Augusti*.

45. *Tingis*] provincia Tingitana Mauritaniae inde nomen traxit. — *sua*] *propria* Iso i. e. ipsum. — *Cassianum*] non illum quidem, quem hymno IX. poeta celebrat. Similis epexegesis H. 244, 790, 846, P. X, 22. Cfr. Martyrol. Rom. ad d. 3. Dec.: *Tingi in Mauritania passio sancti Cassiani martyris, qui exceptoris diu gerens officium tandem caelitus inspiratus execrabile duxit neci Christianorum deservire: unde renuntians eidem officio sub christiana confessione triumphum meruit obtinere martyrii tertio nonas Decembris anno Christi* 303.

46. *festa...monumenta*] appositio ad *Cassianum*, Isoni *recordationes* Massylum regum, apud quos et ipsos Cassianus in veneratione fuit.

Vix parens orbis populosa Poeni,
ipsa vix Roma in solio locata,
te decus nostrum superare in isto
munere digna est.
Omnibus portis sacer inmolatus
sanguis exclusit genus invidorum
daemonum et nigras pepulit tenebras
urbe piata.
Nullus umbrarum latet intus horror,
pulsa nam pestis populum refugit:
Christus in totis habitat plateis,
Christus ubique est.
Martyrum credas patriam coronis
debitam sacris, chorus unde surgens
tendit in caelum niveus togatae
nobilitatis.
Inde, Vincenti, tua palma nata est,
clerus hic tantum peperit triumphum:
hic sacerdotum domus infulata
Valeriorum.
Saevus antiquis quotiens procellis
turbo vexatum tremefecit orbem,

62. *dicata* u. 66. *excludit* G m. 68. *Orbe piato* supra man. rec. *urbe piata* m. 69. *error* q. 71. 72. *xpē* G (an *xpc*?); *est* om. l m. 78. *hinc* B a Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. 79. *Hinc* A B G a p u Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr., *Sic* Prag. 80. *Valleriorum* Parrh 81. *quotiens* Laur. *α* a b m p q Weitz. Heins. Obb.; *quoties* u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Cell. Arev.

61. *parens orbis...Poeni*] *Alexandriam dicit, quae est metropolis Africae vel Aegypti* gl. a. Intellige autem *Carthaginem* cum Isone, C. XII, 25 sim. *Persici orbis.*

73. *patriam*] „ubi martyres nimia fertilitate proveniunt.“ *Nebr.*

77. *Inde*] Caesaraugusta Vincentius oriundus, Sagunti (v. 100) passus est.

80. *Valeriorum*] *Valerius episcopus, cuius diaconus fuit Vincentius. Valerios ergo sacerdotes vocat illos, qui sub Valerio episcopo Christo militabant et pro eius nomine passi sunt* gl. a. Etiam Peveratus, Baronius ad a. 305, Cham. in unum Valerium episcopum insistunt, quare Cell. numeri synecdochen admittit. Verumtamen catalogus episcoporum istius ecclesiae non integer. Prudentius plures Valerianae gentis episcopos asserit. Bollandiani ex Brev. Caesaraugustano ad d. 23 Ian. haec adscripserunt: *et pietate et doctrina insignis Valerius ex consulari Valeriorum turba teste Prudentio Caesaraugustae ortus est.*

82. *turbo*] persecutio, cfr. IX, 29 *tempestas*, Clem. Ep. I ad Cor. *Διὰ τὰς αἰφνιδίους καὶ ἐπαλλήλους γενομένας ὑμῖν συμφορὰς καὶ περιπτώσεις.*

tristior templum rabies in istud
intulit iras.
Nec furor quisquam sine laude nostrum
cessit aut clari vacuus cruoris:
martyrum semper numerus sub omni
grandine crevit.
Nonne, Vincenti, peregri necandus
martyr, his terris tenui notasti
sanguinis rore speciem futuri
morte propinqua?
Hoc colunt cives, velut ipsa membra
caespes includat suus et paterno
servet amplectens tumulo beati
martyris ossa.
Noster est, quamvis procul hinc in urbe
passus ignota dederit sepulcri
gloriam victor prope littus altae
forte Sagunti.

83. *Tristitior* a. 89. *peregri* E 1 α (non q) Gif. p. 317 Weitz. Heins. Cell., *peregre* Laur. 2 α a b m p q u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Arev. Obb. [Cfr. Flav. Sosip. II. p. 189: *peregri cum quis in loco est,* (Plaut. Amph. prol. 5. I, 1, 96 ib. Taubmann.) *peregre cum abit in locum* (Plaut ib. II, 2, 216. Hor. Sat. I, 6, 102) etc.]; *necatus* A Laur. p u Ald. Lugd. Gis. ad oram. 91. *specie* Lugd., *specimen* coni. Bayer. l. l. 93. *velud* Weitz. cum H. 94. *Cespis* A. 98. *ignota* R; *deserit* 1 α; *sepulchro* B (supra alt.) R Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. 99. *Gloria* a; *arte* α a. 100. *Forte Saginti* E 1 α, *Fortis agynti* 2 α, *Forte Sagonti* a.

89. *necandus*] Offendit nominandi casus. Cfr. X, 835.

90. *tenui...sanguinis rore*] „Forte proptera dicit, quod ibi didicit, quo pacto deberet esse martyr, cum videret cives suos martyrium pati." *Nebr.* „Videtur proludium martyrii Vinc. in patria obtigisse." *Cell.* Alius alio modo. „Rem proferam, quae levis fortasse videatur, sed cuius habeo auctorem gravissimum S. Eugenium, Toletanum episcopum. Antequam S. Vincentius Caesaraugusta ad martyrium educeretur, sanguis ex eius naribus effluxit, qui Caesaraugustae religiose asservabatur. Huc respexit Prudentius. Audi Epigramma Eugenii *De basilica S. Vincentii in Caesaraugusta, ubi dicitur cruor eius effluxisse,* Tom. I, Operum PP. Toletanorum p. 23: *Macte decus proprium, Vincenti martyr alumne, Unica spes nobis, macte decus proprium. Purpureus niveum meruisti sanguine caelum, Et sequeris Agnum purpureus niveum. Passio sacra tuum provexit ad aethera nomen, Conservet populum passio sacra tuum. Hic iacet ille cruor, quem das pro corpore pignus, Nare fluente, tuus hic iacet ille cruor. Hic tua nunc tunica, quod Christi fimbria praestat, Tactu nam salvat hic tua nunc tunica. Hic veniam culpae mereantur, vota favorem, Gaudia summa ferat, qui petit hic veniam.* Incertum mihi, an sponte ille sanguis fluxerit, an sive a Vincentio ipso evocatus, sive aliquo percutiente." *Arev.*

Noster et nostra puer in palaestra
arte virtutis fideique olivo
unctus horrendum didicit domare
viribus hostem.
Noverat templo celebres in isto
octies partas deciesque palmas
laureis doctus patriis eadem
laude cucurrit.
Hic et Encrati recubant tuarum
ossa virtutum, quibus efferati
spiritum mundi violenta virgo
dedecorasti.
Martyrum nulli remanente vita
contigit terris habitare nostris:
sola tu morti propriae superstes
vivis in orbe.
Vivis ac paenae seriem retexis
carnis et caesae spolium retentans,
tetra quam sulcos habeant amaros
vulnera, narras.
Barbarus tortor latus omne carpsit,
sanguis inpensus, lacerata membra,
pectus abscissa patuit papilla
corde sub ipso.
Iam minus mortis pretium peractae est,

102. Hic vs. et tres seqq. des. in Put. 103. *Vinctus* A P u. 107. *doctas* A E O u Ald. Lugd. (forsan Weitz, non P) Obb., nec ausus est Heinsius damnare *Laureas currere* (Cfr. XII, 53. Ruddiman. Inst. Gramm. II, p. 219]. 109. *Encrati* Ambr. Laur. Put. et al. Heinss. α a q u Aldi emend. Lugd. Sieb. tres Fabr. Heins. Cham. Cell. Obb., *incrati* p, *Encratia* O, *Encati* Chor. Poett., *Encrate* R Prag. Rat. b m Weitz. Amstr. Arev., *Encrates* Gis. 111. *violata* supra alt. H. 114. *habitare in istis* R. 116. *urbe* a. 117. *pene mortis ret* G. 118. *recentans* Ald. Lugd. prob. Arev. (i. e. *renovans*). 120. *narrans* E. 125. *peractae* B (supra) Ambr. et vetusta ap. Heins. exemplaria Laur. 1 α b m u Sich. tres Chor. Poett. Amstr. Heins. Cham. Cell. Obb., *peractum* B (forsan 1 W) Rat. a b (pro div. lect.) p q Fabr. Gis. Weitz. Arev., *peracta* 2 α, *peractae* sine *est* O Ald. Lugd.

101. *palaestra*] Cfr. I, 32.

103. *unctus*] „ungebantur palaestritae." *Cell.* Id verum quidem, sed rem acu non tangit. Mihi *unctus olivo* hic est, qui C. V, 156 *tinctus pacifici chrismatis unguine* et C. VI, 128 *chrismate innotatus.*

109. *Encrati*] Martyrol. Rom. ad d. 16. April.: *Ibidem* [Caesaraugustae] *natalis S. Encratidis virginis et martyris* etc.

111. *violenta*] „quia viribus id fecisti." *Nebr.* Etiam Arevalo ex Matth. 11, 12 id sumptum videtur.

125. *Minus, inquit, pretium peractae mortis fuit in ceteris mar-*

quae venenatos abolens dolores
concitam membris tribuit quietem
fine soporo.
Cruda te longum tenuit cicatrix
et diu venis dolor haesit ardens,
dum putrescentes tenuat medullas
tabidus humor.
Invidus quamvis obitum supremum
persecutoris gladius negaret,
plena te, martyr, tamen ut peremptam
paena coronat.
Vidimus partem iecoris revulsam
ungulis longe iacuisse pressis,
mors habet paliens aliquid tuorum
te quoque viva.
Hunc novum nostrae titulum fruendum
Caesaraugustae dedit ipse Christus,
luge viventis domus ut dicata
martyris esset.
Ergo ter senis sacra candidatis
dives Optato simul et Luperco
perge conscriptum tibimet senatum
pangere psalmis.
Ede Successum, cane Martialem,
mors et Urbani tibi concinatur,
Iulium cantus resonet simulque
Quintilianum.

127. *Concita* q. 128. *soporo* B H supra vetustiores ap. Heins. Prag. α b m p u margo trium Sich. Gis. ad oram Weitz. Heins. Cell. Arev., *sopore* W q, *supremo* A H R Prag. (supra) a Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Obb., utrumque agnoscit P. 129. *longe* H. 131. *tenuit* A G 2 Rat. b q margo trium Sich. Weitz. (non P). 134. *negaret* A E H R a (pro div. lect.) q Obb., *necaret* a, *negarit* α b m p u cum relqq. edd., *necarit* Prag. [Cfr. Ps. 667. S. II, 311]. 135. *peremptum* q. 138. *longe* supra *t late* a. 143. *Tumba* B (supra) G b ad oram *t iuge* margo trium Sich. Fabr. Gis., *Iure* a, *Iubu* ad oram *iuge* m. 146. *obtato* 2 A P b q; *Toepecco* Ambr. 151. *Iulium* p Arev. ex epigrammate Eugenii, actis S. Braulioni adscriptis, et Breviario Mozarabico, consentientibus Usuardo, Adone, cod. ms. S. Michaelis apud Ruinartium, *Iuliam* Laur. α a b m q u cum relqq. edd.; *resonat* W. 152. *Quintilianam* Prag.

*tyribus, in quibus ipsa mortis tormenta finiuntur, quam in te, qui* *post tormenta cruciaris* gl. a.

Publium pandat chorus et revolvat,
quale Frontonis fuerit tropaeum;
quid bonus Felix tulerit, quid acer
Caecilianus.
Quantus, Evoti, tua bella sanguis
tinxerit, quantus tua, Primitive,
tum tuos vivax recolat triumphos
laus, Apodemi.
Quattuor posthinc superest virorum
nomen extolli renuente metro,
quos Saturninos memorat vocatos
prisca vetustas.
Carminis leges amor aureorum
nominum parvi facit et loquendi
cura de sanctis otiosa non est,
nec rudis unquam.
Plenus est artis modus, adnotatas
nominum formas recitare Christo,
quas tenet caeli liber explicandus
tempore iusto.
Octo tunc sanctos recolet decemque
angelus coram Patre Filioque,
urbis unius regimen tenentes
iure sepulcri.
Quin ad antiquum numerum trahetur
viva post paenae specimen puella,
morsque Vincenti, cui sanguis hinc est
fons et honoris.

153. *pandat* A G R tres scripti ap. Heins. Laur. Rat. b m q u Ald. Lugd. Sich. tres Weitz. Chor. Poett. Heins. Cell. Obb., *pangat* Prag. Rat. (supra) 2 α a p Fabr. Gis. Amstr. Arev., *plangat* l α. 157. *Evoti* R T1rr. p Heins., qui ita exaratum reperit in codd. antiquis Usuardi, Eugenii Adonisque, Cham. Cell. Obb., *Evovoti* Put., *Eunoti* Ambr., *Euvoti* G N T W Rat. α b m q, *Euvanti* A W (supra) Altin. Weitz., *Euanti* Laur. Prag. u, *Heuvanti* B, margo trium Sich., *Eventi* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Arev. 159. *Cum* Ald. Lugd. Sich. tres (non Gis.) Chor. Poett. Amstr. 167. *otiosa* A R Laur. u Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett., *vitiosa* relqq. scripti et edd. 168. *Haec* Ald. Lugd. 169. *modus adnotator* E. 171. *explicandas* O Laur. p u Ald. Lugd., quod praestat, *explicandos* A E H. 177. *trahetur* α a (supra *t tracentur*) p Gis. Amstr. Heins. Cham.², *trahentur* Laur. m q u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett. Cell. Arev. Obb., *trahuntur* b. 179. *Tuque* Put. et pro div. script. O; *Vincentii* G q u.

162. *renuente metro*] Vid. praeviam huius hymni notulam.

Additis Caio, nec enim silendi,
teque, Crementi: quibus incruentum
ferre provenit decus ex secundo
laudis agone.
Ambo confessi Dominum steterunt
acriter contra fremitum latronum:
ambo gustarunt leviter saporem
martyriorum.
Haec sub altari sita sempiterno,
lapsibus nostris veniam precatur
turba, quam servat procerum creatrix
purpureorum.
Nos pio fletu, date, perluamus
marmorum sulcos, quibus est operta
spes, ut absolvam retinaculorum
vincla meorum.
Sterne te totam generosa sanctis
civitas mecum tumulis: deinde
mox resurgentes animas et artus
tota sequeris.

181. *Additus* E; *Caio* u Fabr. Gis. Amstr. Heins. Cell. Arev. Obb., *cajo* p, *Gaio* A R Laur. Rat. α a b m q Sich. tres Weitz. Chor. Poett., *Gagio* Ald. Lugd. Hic octo versus des. in Put., idem Salmasius testatur de Tiliano codice. 182. *incrementum* Chor. Poett. metro obstante ac sensu. 186. *leonum* R. 187. *lenita* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. 189. *altaris ita* A. 190. *precantur* Ambr. Parrh. 193. *Hos* P; *...fletum* m ad oram man. sec.; *date, ut* G. 195. *absolvat* P Ambr. Parrh. 196. *eorum* 1 α. 198. *tumulum* supra *t tumulis* q. 200. *Tot si quaeris, inter dispersa reperies* Prag. est nugatoris figmentum.

181 sq. *Caio ... teque, Crementi*] „Hi duo confessores fuerunt, qui sine sanguine martyrii consecuti sunt parem illis gloriam.“ *Nebr.* Martyrol. Rom. ad d. 16. Aprilis haud dubie ex hocce Prud. hymno: *Caius et Crementius secundo confessi et in fide perseverantes martyrii calicem gustaverunt* 16. *kal. maii anno* 303. Cfr. infra 182, 187.

189. *sub altari*] *Altare passio Christi est. Subtus altare corpora sanctorum sita dicuntur, quia passionem Christi prae oculis et super se habent, quam imitantur. Tale est illud in Apocalypsi* [6, 9]: *Vidi sub altari Domini animas interfectorum* gl. a. Cfr. III, 212.

191. *procerum creatrix*] Caesaraugusta tantorum martyrum parens.

## V. PASSIO SANCTI VINCENTII MARTYRIS.

Beate martyr, prospera
diem triumphalem tuum,
quo sanguinis merces tibi
corona, Vincenti, datur.
Hic te ex tenebris seculi
tortore victo et iudice
evexit ad caelum dies
Christoque ovantem reddidit.
Nunc angelorum particeps
conlucis insigni stola,
quam testis indomabilis
rivis cruoris laveras.
Cum te satelles idoli
praecinctus atris legibus
litare divis gentium
ferro et catenis cogeret.
Ac verba primum mollia
suadendo blande effuderat

*Incipit passio sancti Vincenti martyris* α, *Passio sancti Vincentii martyris* a b Heins. Cell. Arev., evanuit inscriptio m, *Passio sancti Vincentii Levite et Martyris* p, *B. Vincentio Martyri Caesaraugustano* q, *Passio Sancti Vincenti* u. 1...13, 537...40, 545...49, 565...69 bis extant in G. 3. *mercis* A [Cfr. Cort. ad Luc. I, 344]. 4. *vincenti* Brev. Rom., etiam G. Cassander (Hymni ecclesiastici...cum scholiis etc. Colon. 1556.) adnotat: „Hae clausulae ad quemlibet martyrum accommodatae, quare necesse est, ut haec dictio „Vincenti", quae apud Prudentium vocandi casu a recto proprii nominis Vincentius posita est, hic in dandi casu a recto participio *vincens* inclinata intellegatur," vid. Dan. thesaurus hymnol. I, p. 137 sqq.

10. *Conlucis* A Put. cod. Cauch. sched. Graev. 1 α Heins. Cell. Arev. Obb., *Conluces* relqq. scripti ap. Heins. 2 α a b m p q u Ald. Lugd. Sich. tres Gif. Weitz. Chor. Poett. Amstr., *Luces in* Fabr. Gis., *Luces coinsigni stola* coni. Barth. Adv. IV, 9, sed cfr. 60, 393 etc. 15. *gentibus* T, *dis gentilibus* coni. Heins. 18. *effuderet* a.

V. Est Vincentius ille, quem in hymno praeced. Caesaraugustae natum (v. 77), passum Saguntí (v. 100) dixerat: id quod sub Datiano Hispaniae rectore, Diocletiano et Maximiano Herculeo Impp. (fortassis a. 303) evenisse apparet e monumentis scriptis. De ipsius vita praeter Prudentium tradidit August. serm. 101 (cfr. Les vies des Saints II, p. 32), quos sequuntur Aimo (histor. Franc. II, 19 sqq.), Sigebert. Gemblac. (ad a. 370), Gregor. Turon. (de glor. mart. I, 9, III, 29), Vincent. Bellovac. (spec. hist. XIII, 124), Aurea Legenda SS. (c. 25), Martyrol Rom. ad d. 22 Ianuarii. Ex aliis alii fontibus hauserunt, pluries parum certis. Cfr. Tillemont. memoir. ecclesiastiq. V, p. 215, Les vies des Saints II, p. 290 sqq.

captator, ut vitulum lupus
rapturus adludit prius:
„Rex“ inquit „orbis maximus,
„qui sceptra gestat Romula,
„servire sanxit omnia
„priscis deorum cultibus.
„Vos, Nazareni, adsistite
„rudemque ritum spernite:
„haec saxa, quae princeps colit,
„placate fumo et victima.“
Exclamat hic Vincentius,
levita de tribu sacra,
minister altaris Dei,
septem ex columpnis lacteis:
„Tibi ista praesint numina,
„tu saxa, tu lignum colas,
„tu mortuorum mortuus
„flas deorum pontifex.
„Nos lucis auctorem Patrem
„eiusque Christum filium,
„qui solus ac verus Deus,
„Datiane, confitebimur.“
Hic ille iam conmotior:

20. *prius* supra *i pius* a. 22. *gestit* H W (supra *gestat*) Weitz.; *publica* O (pro div. script.) Put., prob. Heins. 25. *nazoreni* Put.; *absistite* coni. Arev., non probo, sermo enim fit de Christianis, qui sacra facere iussi sunt. 26. *Rudumque* b; *aspernite* α. 27. *sacra* Gis. ex vs. 106, sed vid. 34. 32. *ex* Laur. α a b m p q u Ald. Lugd. Sich. tres Weitz. Chor. Poett. Amstr. Cell. Obb., *e* Gis. Heins. Arev. 33. *prosint* G. 37. 39. 38. 40 ex coniectura ordinat Giovenazzius Prolegg. cap. XXII Tom. I. p. 174. 40. *fatebimur* Rat. contra metrum, *confatebimur* 1 α. 41. *Hinc* R Prag. (supra *i hic*) 2 b.

21. *maximus*] haud ambigua vocis allusio ad Maximianum Herculeum, quo imperante Datianum (v. 40) Hispaniae rectoris munere functum esse ex monumentis scriptis et iis quidem lapidariis satis constat. Vid. Gruter. p. 199: TERMINUS INTER PACENS. ET EBORENS. CURANTE P. DATIANO V. P. PRAESIDE H. H.

26. *rudemque ritum*] inecultum, ut C. III, 133 *rudes avos*, A. 869 *rudi munere*. An ob neglectum aut despectum artis ornatum in cultu divino ita dictus?

32. *septem*] „ad septem illos sacramenti ministrandi Levitas respicit, de quibus Lucas in Actib. Apost. cap. 6, 3.“ *Nebr.* Quem diaconorum numerum diu in ecclesia conservatum esse ex canone 15 Concilii Neocaes. (Διάκονοι ἑπτὰ ὀφείλουσιν εἶναι κατὰ τὸν κανόνα, κἂν πάνυ μεγάλη εἴη ἡ πόλις· πεισθήσῃ δὲ ἀπὸ τῆς βίβλου τῶν πράξεων) constare opportune monuit Cell., cfr. II, 39, Isidor. Offic. eccl. II, 8.

„Audesne non felix“ ait
„ius hoc deorum et principum
„violare verbis asperis?
„ius et sacratum et publicum,
„cui cedit humanum genus:
„nec te iuventae fervidae
„instans periclum permovet?
„Hoc namque decretum cape:
„aut ara ture et caespite
„precanda iam nunc est tibi,
„aut mors luenda est sanguine.“
Respondit ille altrinsecus:
„Age ergo quidquid virium,
„quidquid potestatis tibi est,
„palam reluctor, exere.
„Vox nostra quae sit, accipe:
„est Christus et Pater Deus,
„servi huius ac testes sumus:
„extorque, si potes, fidem.
„Tormenta, carcer, ungulae
„stridensque flammis lammina
„atque ipsa paenarum ultima,
„mors Christianis ludus est.

43. *ac principum* u. 47. *Nocte* 1 A; *iubente fervide* A u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett., *iubente perfide* p, *iuventa fervide* P. 48. *periculum* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. 50. *e caespite* coni. Barth. Adv. XXV, 7. 51. *Placanda* coni. Cauch. 52. *tuenda* Ald. Lugd.; *est* om. H R. 53. *Respondet* Fabr. Gis. 57. *nostra* exc. l a. 59. *ac* α a b m p q Fabr. Gis. Heins. Arev., *et* Laur. u Ald. Lugd. Sich. tres Weitz. Chor. Poett. Amstr. Cell Obb. 62. *lammina* A α b m Weitz. Heins. Obb. [Cfr. Pulman. ad Hor. Od. II, 2, 2. Ep. I, 15, 36], *lamnia* R, *lamina* a p q u Ald. Lugd. et relqq. edd. 63. *Aut* T, *Quaeque* Put.

43. *principum*] Diocletiani et Maximiani Herculei Augg., qui id temporis simul imperitabant. Cfr. Lact. M. P. X, 6.

50. *ara ture et caespite*] Veteres aras caespititias (Virg. Aen. XII, 118 sq. *gramineas*) pro re nata exstruebant, saepius aris iam exstructis caespitem, ubi sacra facerent, imponebant. Cfr. Hor. Od. III, 8, 2: *Quid velint flores et acerra turis Plena, miraris, positusque carbo in Caespite vivo* et I, 19, 13—14 *Hic vivum mihi caespitem, hic Verbenas, pueri, ponite turaque*, Virg. Aen. III. 304 sq. *Hectoreum ad tumulum, viridi quem caespite inanem, Et geminas, caussam lacrimis, sacraverat aras.* Cfr. Canegieter. Rescript. ad Diras Caton. XVI, p. 73, Turneb. Adv. XI, 1, XXI, 21.

62. *lammina*] de lammiois ignitis X, 486, Cic. Verr. VII, 63 *Cum ignis ardentesque laminae caeterique cruciatus admovebantur*, Hor. Ep. I, 15, 36 *lamna candens.*

„O vestra inanis vanitas
„scitumque brutum Caesaris,
„condigna vestris sensibus
„coli iubetis numina
„excisa fabrili manu,
„cavis recocta et follibus,
„quae voce, quae gressu carent
„inmota, caeca, elinguia.
„His sumptuosa splendido
„delubra crescunt marmore,
„his colla mugientium
„percussa taurorum cadunt.
„Adsunt et illic spiritus,
„sunt sed magistri criminum,
„vestrae et salutis aucupes
„vagi, inpotentes, sordidi:
„qui vos latenter incitos
„in omne conpellunt nefas,
„vastare iustos caedibus,
„plebem piorum carpere.
„Norunt et ipsi ac sentiunt,
„pollere Christum et vivere,
„eiusque iam iamque adfore
„regnum tremendum perfidis.

66. *Scitum est* R, *Socrumque* b corrupte. 68. *iubentis* Gis. 69. *Erusa* q; *frabili* a. 70. *Canis* q; *et* om. G R. 77. *At sunt* Put. p Heins. Cell. 78. *Sed sunt* Fabr. Gis.; *carminum* u. 79. *et* om. R; *aucupes* H (supra *auspices*, infra *capaces*) Prag. Rat. 2 α b m Gis. Weitz. Amstr. Heins. Cell. Arev. Obb., *aucipes* vetustiores scripti ap. Heins. Laur. 1 α u, *auspices* E R a p q Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. 81. *latentes* a p. 82. *compellant* supra *i compellunt* a, *compellant* p. 86. *ac* R b m q. 87. *Eius iam* b; *iam iam adfore* R, *iam mox affore* Fabr. Gis.

66. *scitumque brutum*] *decretum stultum* Iso.

77. *spiritus*] daemones maligni, idcirco *criminum magistri* (78). Cfr. Min. Fel. XXVI, 7 *Spiritus sunt insinceri, vagi, a caelesti vigore terrenis labibus et cupiditatibus degravati*, et: *Isti igitur spiritus posteaquam simplicitatem substantiae suae onusti et inmersi vitiis perdiderunt, ad solacium calamitatis suae non desinunt perditi iam perdere et depravati errorem pravitatis infundere et alienati a Deo inductis pravis religionibus a Deo segregare. Eos spiritus daemonas esse poetae sciunt, philosophi disserunt, Socrates novit, qui ad nutum et arbitrium adsidentis* [παρέδρου, Euseb. H. E. IV, 7, Rufin. H. E. II, 13, Sulpic. Sever. Dial. III, 8] *sibi daemonis vel declinabat negotia vel petebat* [Sic Codd. Quaedam edd. *appetebat*].

,,Clamant fatentes denique
,,pulsi e latebris corporum,
,,virtute Christi et nomine,
,,divique et idem daemones."
His intonantem martyrem
iudex profanus non tulit.
Conclamat: ,,Os obtrudite,
,,ne plura iactet inprobus.
,,Vocem loquentis claudite
,,raptimque lictores date,
,,illos reorum carnibus
,,pastos manuque exercitos.
,,Iam faxo, ius praetorium
,,conviciator sentiat,
,,inpune ne nostris sibi
,,dis destruendis luserit.
,,Tibi ergo soli contumax
,,Tarpeia calcentur sacra,
,,tu porro solus obteras
,,Romam, senatum, Caesarem?
,,Vinctum retortis brachiis
,,sursum ac deorsum extendite,
,,conpago donec ossuum
,,divulsa membratim crepet.

90. *ex* H a q Obb.; *viscerum* O Put. Heins. Cham. Cell. [Arnob. p. 26; *latebrae corporis* = viscera, cfr. Ps. praef. 53 seqq.]. 92. *et idem* α a b m p q u Weitz. Heins. Cham. Cell. Obb., *et iidem* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Arev., *et item* Laur. 93. *Is* a Sich. I II (non III). 94. *Index* Sich. I II (non III) Fabr. 95. *obstrudite* W Laur. q u Weitz.; *obstruite* coni. Nebr. 99. *Illos reorum plutones Pastos resectis carnibus* R W (ad oram) Put. Weitz. [Cfr. VI, 17]. 103. *Ne inpune* Put. Heins. Cham. Cell. 104. *Dis* m Weitz. Heins. Cham. Cell. Obb., *Diis* Laur. α a b p q u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Arev.; *distruendis* α bene. 107. *modo* A E H R a p q. 111. *ossium* m Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Cham. 112. *Divisa* Laur. u.

99. *reorum carnibus pastos*] ,,Lucrum ex reorum suppliciis faciunt lictores ac carnifices, plerumque lacertosi tanquam carnibus pasti." *Cell.* Varr. lectt. suppleadae ex a, ubi ad oram: *alii libri habent: Illos reorum plutones.*

106. *Tarpeia ... sacra*] In Capitolio, cuius Tarpeium saxum pars meridionalis, cum Iovis templo celebratissima divorum delubra. Vid. Serv. ad Virg. Aen. III, 12, Hertzberg. d. l. p. 94.

110. Vocc. *sursum ac deorsum extendite* de equuleo intelligenda, instrumento in carnificinis plerumque adhibito. Vid. X, 481.

„Posthinc hiulcis ictibus
„nudate costarum abdita,
„ut per lacunas vulnerum
„iecur retectum palpitet.“
Ridebat haec miles Dei
manus cruentas increpans,
quod fixa non profundius
intraret artus ungula:
ac iam omne robur fortium
eviscerando cesserat
nisusque anhelus solverat
fessos lacertorum toros.
Ast ille tanto laetior
omni vacantem nubilo
frontem serenam luminat,
te, Christe, praesentem videns.
„Quis vultus iste? proh pudor!“
Datianus aiebat furens
„gaudet, renidet, provocat,
„tortore tortus acrior.
„Ni illa vis exercita
„tot noxiorum mortibus
„agone in isto proficit,
„ars et dolorum vincitur.
„Sed vos, alumpni carceris,
„par semper invictum mihi,
„cohibete paullum dexteras,
„respiret ut lassus vigor.
„Praesicca rursus ulcera,

113. *bisulcis* O, *iulcis* a. 115. *latebras* O Put., sed. vid. A. 221, *lucanas* 1 b; *viscerum* Laur. u. 117. *hic* Prag.; *mil. xpi.* R. 119. *Quo* 1 R. 121. *robor* A. 123. *anhelos* Ald. Lugd. 127. *inluminat* G W (supra) Rat. b m Fabr. Gis. 130. *ayebat* scr. a. 131. *renitet* H 2 R b, sed vid, X, 712. Ov. Met. VIII, 197, *refulget* u. 132. *Tortor et tortus* A q Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett., *Tortorum tortus* a. 134. *noxiarum* Prag. 138 sq. *Pars* [1 A Chor. Poett.] ... *invictam* [q Ald. Lugd. Sich. tres] ... *dexteram* Fabr., *Invecta pars semper mihi* W (ad oram) u; *michi* p.

113. *hiulcis ictibus*] ungularum, cfr. 120, I, 44, X, 452.
131. *renidet*] *splendet laetitia* Iso, Ov. Met. VIII, 197 *ore renidenti*, Hor. Od. II, 18, 2 *renidet lacunar*.
137. *alumpni*] *ministri* Mar., „lictores aut carnifices, qui aluntur ex carcere ac suppliciis reorum.“ *Cell.* Cfr. 99.

„dum se cicatrix conligit
„refrigerati sanguinis,
„manus resulcans diruet.“
His contra levites refert:
„Si iam tuorum perspicis
„languere virtutem canum,
„age ipse maior carnifex,
„ostende, quo pacto queant
„imos recessus scindere,
„manus et ipse intersere
„rivosque ferventes bibe.
„Erras, cruente, si meam
„te rere paenam sumere,
„cum membra morti obnoxia
„dilancinata interficis.
„Est alter, est intrinsecus,
„violare quem nullus potest,
„liber, quietus, integer,
„exors dolorum tristium.
„Hoc, quod laboras perdere
„tantis furoris viribus,
„vas est solutum ac fictile,
„quocunque frangendum modo.
„Quin immo nunc enitere
„illum secare ac plectere,
„qui perstat intus, qui tuam
„calcat, tyranne, insaniam:
„hunc, hunc lacesse, hunc discute

142. Hic Put. desinit. 143. *Refrigerate* A. 144. *diruat* G R a, *diluet* N sched. Graev. q. 146. *Suam* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Weitz., *Satin'* coni. Cauch.; *prȩspicis* a. 149. *Ostendo* a. 153. *si novam* H; *si mea* b. 154. *paenam* supra *vitam* W. 157. *hic intrinsecus* Gis. I Amstr., *homo intrinsecus* u Ald. Lugd. Sich. tres Torn. Chor. Poett. Gall. Cell. improb. Arev. Prolegg. in nota ad sect. 208; *Homo alter est intrinsecus* Fabr. 159. *Letus* b (non Laur.). 160. *Expers* supra *ł exsors* Rat. sine litura. 165. *inmo* a. 169. *Hunc lacesse* om. *hunc* intermedio W b m Ald. Lugd. Sich. I II Chor. Poett., *Hunc lacesce* Sich. III, *Hunc tu lacesse* emend. Ald. Lugd.; *et discute* R, *descute* A.

156. *dilancinata*] *laniata*, *dilaniata*, *dilacerata* Iso, Catull. XXIX, 18 *Paterna prima lancinata sunt bona*, i. e. dissipata, distracta, absumpta. 157. *Est alter*] II Cor. 4, 16.

„invictum inexsuperabilem,
„nullis procellis subditum
„solique subiectum Deo.“
Haec fatur et stridentibus
laniatur uncis denuo;
cui praetor ore subdolo
anguina verba exsibilat:
„Si tanta callum pectoris
„praedurat obstinatio,
„pulvinar ut nostrum manu
„abomineris tangere:
„saltem latentes paginas
„librosque opertos detege,
„quo secta pravum seminans
„iustis cremetur ignibus.“
His martyr auditis ait:
„Quem tu, maligne, mysticis
„minitaris ignem litteris,
„flagrabis ipse hoc iustius.
„Romphaea nam caelestium
„vindex erit voluminum,
„tanti veneni interpretem
„linguam perurens fulmine.
„Vides favillas indices
„Gomorrheorum criminum,

170. *inexsuperabilem* T Laur. T3rr. α u Obb., unde *inexsuprabilem* coni. et edd. Heins. Cell. [Vid II, 170], *insuperabilem* A G R a b m p q Ald. Lugd. Sich. tres Weitz. Chor. Poett., *et insuperabilem* Fabr. Gis. Amstr. Cham. Arev., *Invictum, inexpugnabilem* Gis. ad oram. 173. *faturus* u (non Laur.); *tridentibus* E. 174. *Laniavit* Laur. u. 176. *exhibilat* a. 178. *Perdurat* Laur. u. 180. *Abhomineris* a b m q. 181. *Saltim* Rat. m. 184. *Iustis* α in marg. *t totis*. 187. *Minaris* Rat. m p u Weitz. cum W. 189. *Romfea* H α, *Ronfea* a, *Romphea* b m Weitz. Heins., *Rumphaea* R Sich. III, *Rumphea* q, *rumfea* p, *Rhomphaea* Ald. Lugd. Sich. I II Fabr. [Cfr. Gell. X, 25, 2 *rumpiae*]; *iam* Gis. ad oram. 193. *Videns* A. 194. *Gomorreorum* u Ald. Lugd.

179. *pulvinar*] *lectum deorum, res divina, caeremoniae, sacra* Iso, *Pulvinar est lectisternium, quod in templis fiebat, sed hic pro templo ponitur; sive pulvinar res divina, scilicet caeremonia vel sacra* gl. a. Cfr. Acron. ad Hor. Od. I, 37, 2: *pulvinaria dicebantur aut lecti deorum, aut tabulata, in quibus stabant numina, ut eminentiora viderentur.* Cic. Tusc. IV, 4, Suet. Domit. 13.

189. *Romphaea*] *igneus gladius, ultio divina* Iso, cfr. C. VII, 93, Gen. 3, 24, forte Apoc. 1, 16.

„Sodomita nec latet cinis,
„testis perennis funeris.
„Exemplar hoc, serpens, tuum est,
„fuligo quem mox sulphuris
„bitumen et mixtum pice
„imo inplicabunt tartaro.“
His persecutor saucius
pallet, rubescit, aestuat,
insana torquens lumina
spumasque frendens egerit.
Tum deinde cunctatus diu
decernit: „Extrema omnium
„igni, grabato et lamminis
„exerceatur quaestio.“
Haec ille sese ad munera
gradu citato proripit,
ipsosque pernix gaudio
paenae ministros praevenit.
Ventum ad palaestram gloriae:
spes certat et crudelitas:
luctamen anceps conserunt,
hinc martyr, illinc carnifex.
Serrata lectum regula
dente infrequenti exasperat,

195. *Sodomae* R W (supra alt.) Rat. b m supra *i mita*, *Sodomite* q, *Sodomus* Sich. tres Fabr. 197. *serpens* Laur. α b a (pro div. lect.) m u et edd., *semper* A E H (supra alt.) P R a p q; *est* om. A Laur. u. 198. *sulphoris* W (non Ald.). 199. *mistum* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. 200. *implicabant* A, *implicabit* u. 202. *rubescit*, *deficit* Laur. u. 204. *digerit* E pro div. lect. ap. Burm. Tom. I Anthol. p. 736, *congerit* G, *egerit* supra *i degerit* a. 206. *Discernit* A P R, *Discernet* q [Cfr. S. I, 609]. 207. *Igni ut* O glossam olet, *Ligno* R, *Ignis* Fabr.; *grabato* O R Laur. α q u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev., *grabatto* A (asserente mihi Iecpio, non *grabbato*, quod ex eodem cod. transcripsit Obbarius) E H W a b m p Gif. p. 450 Weitz., *grabbato* Obb. [Cfr. A. 967]; *lamminis* A E H W α a b p Gif. l. l. Obb., *laminis* Laur. cum relqq. nostris scriptis et edd. 209. *illi* b. 210. *preripit* Laur. u. 212. *Poene* W α q, *Paene* a, *Poena* Lugd. 215. *conserunt* p u. 216. *Hic* l m; *illic* l A, *ille* l u. 218. *infrequenti* A G R a b q u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett. Cham. Obb. [qui expl. *valde frequenti* ad C. V, 38 referens. Non probo: *infrequenti* mihi est *raro*, quo excruciatus dolor excrescat], *in frequenti* α m p Gis. Amstr. Arev., *frequenti* absque *in* (quod Gis. testatur extare in quibusdam mss.) Cauch. Salm. Heins. Cell.

207. *grabato*] Vid. 217, ad I, 56.

cui multa carbonum strues
vivum vaporat halitum.
    Hunc sponte conscendit rogum
vir sanctus ore interrito:
ceu iam coronae conscius
celsum tribunal scanderet.
    Subter crepante adspergine
scintillat excussus salis
punctisque fervens stridulis
sparsim per artus figitur.
    Arvina posthinc igneum
inpressa cauterem lavit,
vis unde roris fumidi
in membra sensim liquitur.
    Haec inter inmotus manet
tamquam dolorum nescius,
tenditque in altum lumina:
nam vincla palmas presserant.
    Sublatus inde fortior
lugubre in antrum truditur:
ne liber usus luminis
animaret altum spiritum.
    Est intus imo ergastulo
locus tenebris nigrior,
quem saxa mersi fornicis
angusta clausum strangulant.
    Aeterna nox illic latet
expers diurni sideris:
hic carcer horrendus suos
habere fertur inferos.
    In hoc barathrum conicit
truculentus hostis martyrem,
lignoque plantas inserit
divaricatis cruribus.
    Quin addit et paenam novam

226. *excussio* m pro div. lect. ad oram, eadem lectio est glossema in Rat., *excussus cinis* Dav. Gis. Amstr., *excussum sale* coni. Cham. [Vid. C. V, 7]. 228. *frigitur* coni. Cauch. 229. *Pruina* u; *post haec* Gis. I Amstr. 230. *chauterem* W m; *iacuit* q. 231. *inde* b p. 232. *Immersa* W (supra) Rat. 1 m, *Immembra* 2 m, *Immersa* ibidem repetitum ad oram. 238. *Lugubrae* E; *traditur* A E P a p. 247. *horrendor* A, *horrendos* H p.

crucis peritus artifex,
nulli tyranno cognitam,
nec fando conpertam retro.
Fragmenta testarum iubet
hirta inpolitis angulis,
acuminata, informia,
tergo iacentis sternerent.
Totum cubile spiculis
armant dolores anxii,
insompne qui subter latus
mucrone puisent obvio.
Haec ille versutus vafra
meditatus arte struxerat;
sed Belzebulis callida
conmenta Christus destruit.
Nam carceralis caecitas
splendore lucis fulgurat,
duplexque morsus stipitis
ruptis cavernis dissilit.
Agnoscit hic Vincentius
adesse, quod speraverat,
tanti laboris praemium,
Christum datorem luminis.
Cernit deinde, fragmina
iam testularum mollibus
vestire semet floribus
redolente nectar carcere.
Quin et frequentes angeli

255. *cognitum* A. 256. *Ne* b. 257. *iubet* supra *ł praebet* m. 258. *Herta* Weitz. cum E; *in politis* a; *ungulis* G m, sed in hoc supra man. rec. *ł angulis*. 260. *iacenti* Weitziani codd. (non P) Torn. Chor. Poett. Amstr.; *sternere* R W (supra alt.) m (supra *ł nt*) p Gis. ad oram, *sternier* coni. Heins. 262. *dolores anxios* coni. Cell. 263. *Insomno* Prag.; *subtus* W (supra) Prag. [Cfr. infra 520]; *laetus* A. 266. *Meditator* G Rat. b Weitz. Amstr., *Meditator* supra *ł us* m. 267. *Beelzibulis* E H Weitz., *Beelzeb.* W, *belzebolis* 1 α, *belzibulis* q. 268. *Comenta* H q Weitz.; *destruxit* b. 270. *fulserat* 2 R, *fulgorat* A H W a (supra *ł fulgurat*) p Ald. Lugd. Gif. p. 350 Weitz. 272. *Ruptis catenis* invenit Gis. in ms. suo et Davr. 279. *Vestiri* W.

258. *Addit multa epitheta poeta ad exaggerandam paenam* gl. a.

271. *duplexque morsus stipitis*] „quo ita divaricati pedes, ut utrimque eos foramina seu cavernae, quibus immissi erant, quasi morderent, id est premerent atque artarent." *Cell.*

stant ac loquuntur cominus:
quorum unus ore augustior
conpellat his dictis virum:
„Exurge, martyr inclite,
„exurge securus tui,
„exurge et almis coetibus
„noster sodalis addere.
„Decursa iam satis tibi
„paenae minacis munia,
„pulcroque mortis exitu
„omnis peracta est passio.
„O miles invictissime,
„fortissimorum fortior,
„iam te ipsa saeva et aspera
„tormenta victorem tremunt.
„Spectator haec Christus deus
„conpensat aevo intermino,
„propriaeque conlegam crucis
„larga coronat dextera.
„Pone hoc caducum vasculum
„conpage textum terrea,
„quod dissipatum solvitur,
„et liber in caelum veni.“
Haec ille: sed clausas fores
interna rumpunt lumina
tenuisque per rimas nitor
lucis latentis proditur.
Haec cum stuperet territus
obsessor atri liminis,
quem cura pernox manserat
servare feralem domum:
psallentis audit insuper
praedulce carmen martyris,

282. *loquantur* A, *loquuntur* supra *l loquantur* a. 284. *hic* A E H q, *His dictis conpellat* R. 286. *Exsurge* α. 289. *Decusse* Ald. Lugd. mendose. 294. *Fortissimisque* Ald. Lugd. Sich. tres Torn. Fabr. Chor. Poett. Amstr. Gall. 297. *christus tuus* Laur. u. 299. *Proprieque* Ald. Lugd. 301. *hoc* om. Rat. m. 307. *Tenuesque* u. 308. *Luci* l m; *proditor* A H, *proditus r* (sic) m. 310. *luminis* A G l Rat. q. 313. *Psallentes* A q Ald. (*Psallentis* emend.) Sich. tres Chor. Poett., *Psallintes* Lugd. mendose.

301. *vasculum*] Cfr. Epilog. opp. Prud. 26 *obsoletum vasculum*. 313. Cfr X, 837 sqq., XIV, 53 sqq.

cui vocis instar aemulae
conclave reddit concavum.
Pavens deinde introspicit,
admota quantum postibus
acies per artas cardinum
intrare iuncturas potest.
Vernare multis floribus
stramenta testarum videt,
ipsumque vulsis nexibus
obambulantem pangere.
Inplentur aures turbidi
praetoris hoc miraculo:
flet victus et volvit gemens
iram, dolorem, dedecus.
„Exemptus" inquit „carceri
„paullum benignis fotibus
„recreetur, ut pastum novum
„paenis refectus praebeat."
Coire toto ex oppido
turbam fidelem cerneres,
mollire praefultum torum,
siccare cruda vulnera.
Ille ungularum duplices
sulcos pererrat osculis,
hic purpurantem corporis
gaudet cruorem lambere.
Plerique vestem linteam
stillante tingunt sanguine,
tutamen ut sacrum suis
domi reservent posteris.
Tunc ipse manceps carceris

317. *introspicis* A. 323. *vulsus* Lugd. 326. *hic* A. 328. *Heu heu dolorem dedecus* Laur. u. 329. *Exceptus* u; *carceri* A R duo Heinss. cum T $\alpha$ a b p q Heins. Cell. Arev. Obb., *carcere* G Laur. m u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. 331. *Recretur* 1 $\alpha$. 335. *perfultum* ad oram *praefultum* Gis. 340. *Gaudet et* Lugd. mendose; *labere* p, *tergere* u. 341. *lineam* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr.

333. *ex oppido*] *Valentia* Arev. ex Actis. Sed *Sagunti* passus est (IV, 100); id oppidum cum Cellario et aliis intelligo. Vid. Baron. ad a 303.

345. *manceps*] *custos* Iso, *praefectus carceri* Cell. et al., cfr. interpp. ad Corn. Nep. Attic. 6, 3 (ed. Rotb.). De proprio vocis significatu vid. Tertull. Apolog. 11: *Necesse est concedatis aliquem sublimiorem*

et vinculorum ianitor,
ut fert vetustas conscia,
repente Christum credidit.
Hic obseratis vectibus
densae specum caliginis
splendore lucis advenae
micuisse clausum viderat.
At vero postquam lectuli
martyr quietem contigit,
aeger morarum taedio
et mortis incensus siti:
si mors habenda eiusmodi est,
quae corporali ergastulo
mentem resolvit liberam,
et reddit auctori Deo:
mentem piatam sanguine,
mortis lavacris elutam,
quae semet ac vitam suam
Christo inmolandam praebuit.
Ergo ut recline mollibus
reiecit aulaeis caput,
victor relictis artubus
caelum capessit spiritus.
Cui recta celso tramite
reseratur ad Patrem via,
quam fratre caesus inpio
Abel beatus scanderat.

347. *vetusta* q. 348. *Christo* Prag.; *reddidit* 1 α (non *reddidit*). 349. *obsecratis* 1 α. 350. *Densum* Rat. b, in hoc supra *ae*, illud etiam in m fuisse videtur. 352. *Miscuisse* A. 353. *Ast* Laur. u. 354. *contulit* ad oram *contigit* m. 356. *Est* emend. Gis. Amstr. 357. *huiusmodi* b m u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Weitz. (non E H) Chor. Poett. Amstr., *est* om. Laur. u 362. *lavacris t periclis* m; *elutam* A E O P R T Altin. Ambr. Prag. α p Heins. Cham. Cell. Obb. [metri quidem lege aversante, sed vid. Prolegg.], *elutam* supra *t ablutam* a, *ablutam* Laur. u., *erutam* H W Rat. b m q Weitz. (non E P) Arev., *inclytam* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr., *elitam* coni. Arev., suspicor reponendum esse *periclis erutam*. 365. *reclive* emend. Ald. Lugd. 366. *Reiectit* 1 α, *Redegit* supra al. *reiecit* m; *auleis* p. 368. *capescit* α. 370. *Reservatur* A, *Servatur* a. 371. *caesus ob* Prag. forte: *Quam caesus fratre ab impio.*

*Deum et mancipem quendam divinitatis, qui ex hominibus Deos fecerit*, Fest. p. 96 Lindem., Sigon. de iur. civ. Rom. II, 4.

Stipant euntem candidi
hinc inde sanctorum chori,
parique missum carcere
baptista Ioannes vocat.
At Christiani nominis
hostem coquebant inrita
fellis venena et lividum
cor efferata exusserant.
Saevire inermem crederes
fractis draconem dentibus:
„Evasit exultans“ ait
„rebellis et palmam tulit.
„Sed restat illud ultimum,
„inferre paenam mortuo,
„feris cadaver tradere,
„canibusve carpendum dare.
„Iam nunc et ossa extinxero,
„ne sit sepulcrum funeris,
„quod plebs gregalis excolat
„titulumque fingat martyris.“
Sic frendit et corpus sacrum
profanus, ah dirum nefas!
nudum negato tegmine
exponit inter carices.
Sed nulla dirarum fames
aut bestiarum aut alitum
audet tropaeum gloriae
foedare tactu squalido.

375. *missum* A P R Ambr. et relqq. Heinss. α a b pro div. lect. m (pro div. lect.) q Heins. Cham. Cell. Teol. Obb., *missus* Laur. b m p u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev. 376. *Ioannis* A, *iohannis* 1 α, *iohannes* 2 α m p [Vid. C. VII, 46]. 377. *Ad* A, *Ut* p. 378. *coquebat* A. 381. *Servire* u. 383. *Evasit, exultans ait Rebellis* male disting. Ald. Lugd. 384. Post *tulit* interrogandi signum ap. Heins. Cell. Arev. 390. *sepulchrum* α. 392. *fingat* A O T Altin. T2rr. α a p Cauch. in suis Heins. Cell., *figat* G Laur. b m q u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev. [Cfr. XII, 45]. 393. *frendet* supra alt. W. 394. *adir.* A, *a dirum* Rat. 1 α m q, *ha dirum* 2 α p, *addirum* a, *ac dirum* b, *á* (sic) *dirum* u Weitz. 397. *famis* A Ambr. a [Cfr. C. V, 162]. 399. *triumphum* Laur. u. 400. *tractu* H.

392. *titulumque*] *epitaphium*, *tumulis titulos*, coll. XII, 45. *memoriam* Iso, vid. XI, 3 *Incisos*

Quin si qua clangens inprobe
circumvolaret eminus,
trucis volucris inpetu
depulsa vertebat fugam.
Nam corvus Eliae datus
olim ciborum portitor
hoc munus inplet sedule
et inremotus excubat.
Hic ex frutectis proximis
infestus alarum sono
oculosque pennis verberans
exegit inmanem lupum.
Quis perfidorum credere
ausit rapacem belluam
tauris paratam congredi,
cessisse plumis mollibus?
Ibat malignum murmurans,
levi volatu exterritus,
praedamque visam fugerat
custodis inbellis minis.
Quis audienti talia,
Datiane, tunc sensus tibi,
quantis gementem spiculis
figebat occultus dolor?
cum te perempti corporis
virtute victum cerneres,
ipsis et inpar ossibus
vacuisque iam membris minor?
Sed quis, tyranne pertinax,
hunc inpotentem spiritum
determinabit exitus,

402. *Circumvolaret* Laur. a b m p q u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev. Obb., *Circumvolarat* T Ambr. α Heins. Cell. 404. *fuga* H. 405. *Nunc* q; *Heliae* a m u Ald. Lugd. Sich. tres Weitz. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cham. Cell., *helyae* p, *helie* q. 407. *manus* 1 α; *sedule* A E (heic *sedulae*) H (supra alt.) R plerique ap. Heins. α a p q Heins. Cham. Obb., *sedulo* Laur. b m u Ald. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Cell. Arev., *seculo* Lugd. vitiose. 408. *remoratus* p. 410. *Infessus* legisse videtur Iso, aut exponens *non fessus*. 420. *in bellis* m; *nimis* A. 421. *audiendi* Ald. Lugd. (non Nebr.) Sich. I II (non III) Chor. Poett. Obb. [e quibus codd.?].

405. *corvus Eliae*] I (III) Reg. 17, 4.

nullusne te franget modus?
„Nullus, nec unquam desinam:
„nam si ferina inmanitas
„mansuescit et clementia
„corvos voraces mitigat,
„mergam cadaver fluctibus:
„insana nunquam naufragis
„ignoscit unda et spumeum
„nescit profundum parcere.
„Aut semper illic mobilis
„incerta per ludibria
„vagis feretur flatibus
„squamosa pascens agmina:
„aut sub fragosis rupibus
„scabri petrarum murices
„inter recessus scrupeos
„discissa rumpent viscera.
„Ecquis virorum strenue
„cumbam peritus pellere,
„remo, rudente et carbaso,
„secare qui pontum queas,
„rapias palustri e caespite
„corpus, quod intactum iacet,
„levique vectum lembulo
„amplum per aequor auferas.
„Sed conplicatum sparteus
„claudat cadaver culleus,
„quem funе connexus lapis

432. *te refranget* Ambr., *frangit* Rat. m Weitz., *Nullusne refringet* coni. Heins. 440. *profundam* A. 441. *illa* p; *mobile* H. 443. *Austris* Ald. Sich. I II Torn. Chor. Poett., *Austri* Sich. III; *fluctibus* R 2 T Fabr. Gis., *Austris...flantibus* coni. Cauch. 445. *Aut suffragosis* A W. 448. *rumpit* 1 α. 449. *Et quis* R a b q u Ald. Lugd. Sich. tres Weitz. Chor. Poett., *Et quis* supra *t ecquis* m, *At quis* p. 450. *Cumbam* Laur. 1 α u Ald. Lugd. Sich. III Weitz. Heins. Ceil. Obb., *Cymbam* b m Sich. I II Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Arev., *Cimbam* 2 α a p q. 453. *palustrie caespite* A; *e* om. W m. 455. *lect.* A; *lembulo* ser. b. 458. *Claudet* q. 459. *conexus* H W b m Weitz.; *conuexus* u (non Laur.).

446. *Murices sunt summitates altissimae petrae; aliter mures ponitur pro purpura* gl. a.
455. *lembulo*] *lembus navicula piratica vel extrema pars inauratae vestis sive fasciola adsita intrinsecus* gl. a.
458. *culleus*] *culleus est tunica ex sparto; spartum autem est frutex sine foliis ab asperitate vocatus* gl. a.

„praeceps in altum deprimat.
„At tu per undas emices
„rorante praepes palmula,
„donec relictum longior
„abscondat adspectus solum.“
Haec iussa quidam militum,
Eumorphio nomen fuit,
violentus, audax, barbarus,
furore fervens adripit.
Funale textum conserit,
suto quod inplet corpore,
emensus et multum freti
inter procellas excutit.
O praepotens virtus Dei,
virtus creatrix omnium!
quae turgidum quondam mare
gradiente Christo straverat,
ut terga calcans aequoris
siccis mearet passibus,
plantas nec undis tingeret,
vasti viator gurgitis:
haec ipsa virtus iusserat,
rubrum salum dehiscere,
patente dum fundo aridum
secura plebs iter legit.
Nec non et ipsa nunc iubet
servire sancto corpori
pontum quietis lapsibus

461. *Ad tu* a. 462. *Rorante* (sive *rotante*, ut voles) Fabr. Gis.; *praepes* G R T T3rr. Ambr. α a (supra pro div. lect.) m p q Heins. Cell. Arev. Obb., *praeceps* A Laur. a b u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. 468. *arripuit* A. 469. *Funa* 1 A, *funalem* 1 b, *funalem* supra *t le* 1 m. 470. *Scuto* Prag., *Suto* supra *t sancto* u. 473. *Omnipotens virtus dei* Laur. u. 479. *tingueret* α m Ald. Lugd. Weitz. Heins. Cham. Cell. 483. *dum profundo* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. mendose; *arido* H (supra alt.) a p q. 484. *Secunda* T; *legit* T Gis. Amstr. Heins. Cell. Arev. Obb., *terit* H (supra) Laur. Prag. 1 Rat. 2 α (*interterit* 1 α) b m (supra *vel gerit*) q u Fabr. Weitz., *terat* T1rr., *gerat* R, *gerit* A E H P a p, *tulit* 2 Rat., *Secura plebs incesserit* Ald. Lugd. Sich. tres Torn. Chor. Poett. Gall. 485 *ipsa* supra *t ipse* a. 487. *passibus* Prag., *lapsibus* supra *cursibus* u.

462. *palmula*] *remo* Ise. Virg. Aen. V, 163, *Litus ama, et laevas stringat, sine, palmula cautes*, ibid. Serv.: *palmula extrema pars remi in modum palmae protenta.*

ad curva pronum littora.
Saxum molaris ponderis
ut spuma candens innatat,
tantique custos pigneris
fiscella fertur fluctibus.
Cernunt stupentes navitae
vectam remenso marmore
labi retrorsum leniter
aestu secundo et flamine.
Certant et ipsi concito
pontum phaselo scindere;
longe sed artus praevolant
telluris ad mollem sinum.
Prius relatos denique
humus quieta suscipit,
quam pulsa summis nisibus
carina portum tangeret.
Felix amoeni littoris
secessus ille, qui sacra
fovens arenis viscera
vicem sepulcri praebuit:
dum cura sanctorum pia
deflens adornat aggerem,
tumuloque corpus creditum
vitae reservat posterae.
Sed mox subactis hostibus,
iam pace iustis reddita,
altar quietem debitam

490. *cadens* a. 491. *pigneris* α a m p Weitz. Heins. Obb., *pignoris* Laur. b q u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Cell. Arev. 494. *Vecta* p. 495. *leviter* A. 498. *faselo* m p u Ald. Lugd. Weitz. 501. *delatos* a q, *delatus* A p. 506. *Secessus* N R T T3rr. α a 2 m Weitz. Heins. Cell. Arev., *Successus* 1 b 1 m, *Recessus* p q u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Obb. 508. *Uitem* u (non Laur.). 509. *Tum* W b m. 511. *Tumulosque* A. 512. *reservet* R. 514. *credita* p. 515. *quietam* 1 Rat.; *debitum* A Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett.

498. *phaselo*] Virg. Georg. IV, 289 *Et circum pictis vehitur sua rura faselis*, ibid. Serv.: *brevibus naviculis, quibus utuntur cum stagnaverit Nilus.*

512. *vitae reservat posterae*] Arev. alias haud infelix interpres huc trahit v. 343 explicans, corpus Vincentii a fidelibus fuisse reservatum posteris sive in posterorum beneficium. Rectius iam Nebr. *iudicii diem* intellexit. Cfr. VI, 136 sqq.

515. Cfr. III, 212.

praestat beatis ossibus.
Subiecta nam sacrario
imamque ad aram condita
caelestis auram muneris
perfusa subtus hauriunt.
Sic corpus: ast ipsum Dei
sedes receptum continet,
cum Maccabaeis fratribus
sectoque Esaiae proximum.
Simplex sed illis contigit
corona paenarum, quibus
finem malorum praestitit
mortis supremus exitus.
Quid tale sector ausus est?
truncata numquid corporis
segmenta post serram feris
obiecit aut undis dedit?
num Maccabaei martyris
linguam tyrannus erutam
raptamve pellem verticis
avibus cruentis obtulit?
Tu solus o bis inclite,

517. *Subiectam* u. 518. *Iam iamque ad* Prag. Rat. b m; *oram* 1 α. 520. *subtus* T Ambr. α b m Weitz. Heins. Cell. Arev., *subter* a p q u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Obb. [Vid. supra 263]. 521. *Hic* G Laur. u. 524. *Sectu* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. Amstr. Cell.; *Esaiae* α p q Weitz. Heins. Cell. Obb., *Isaiae* R a b m u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Arev. 525. *contingit* Ald. Lugd. vitiose. 527. *Fine* α. 532. *aut uinclis dedit* Sich. tres Fabr. 533. *Nam* A a Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. Amstr., *Cum* G; *machabaeis* q. 535. *Ruptamve* R W supra Gis. ad oram. 536. *Feris cruentis* R. 537. *obis* Ald. Lugd. Sich. tres.

524. *Esaiae*] „Esaiam prophetam serra lignea dissectum fuisse, constans Iudaeorum aeque ac Christianorum traditio est. Hieronymus in Esa. LVII comma I: *Iudaei generaliter de omnibus iustis arbitrantur intelligi, quorum Manasses fudit sanguinem, vel certe Esaiam de sua prophetare morte, quod serrandus sit a Manasse serra lignea, quae apud eos* (Iudaeos) *certissima traditio est.* Tertullianus de Patientia c. XIV: *secatur Esaias, lapidatur Stephanus.* Plurima testimonia ex PP. collegit B. avus noster *Ioachimus Zehnerus* ad Epiphanii (vel quisquis auctor est) de Vitis prophetarum p. 46 seq. Adde quae nos ad Lactantii lib. IV, c. XI, sect. 12." *Cell.* Vid. Iustin. Mart. Dial. cum Tryph. p. 349 ed. Col.: *Τὰ περὶ τὸν θάνατον Ἡσαΐου, ὃν πρίονι ξυλίνῳ ἐπρίσατε κτλ.*, Ambr. in Luc. 20.

533. Vid. II Maccab. 7.

537. *bis*] Vid. 540 sqq.

solus bravii duplicis
palmam tulisti, tu duas
simul parasti laureas.
In morte victor aspera,
tum deinde post mortem pari
victor triumpho proteris
solo latronem corpore.
Adesto nunc et percipe
voces precantum supplices,
nostri reatus efficax
orator ad thronum Patris.
Per te, per illum carcerem,
honoris augmentum tui,
per vincla, flammas, ungulas,
per carceralem stipitem,
per fragmen illud testeum,
quo parta crevit gloria,
et quem trementes posteri
exosculamur, lectulum:
miserere nostrarum precum,
placatus ut Christus suis
inclinet aurem prosperam,
noxas nec omnes inputet.
Si rite sollempnem diem
veneramur ore et pectore,
si sub tuorum gaudio
vestigiorum sternimur:
paullisper huc inlabere
Christi favorem deferens,

538. *bravii* G R Laur. α a b m p q u Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett., *brabii* Fabr. Weitz. Amstr. Arev., *bravidi* A, *brabeij* Gis., *brabei* Heins. Cham. Cell. Obb. 543. *poter.* A. 553. *testium* p. 554. *partu* A. 555. *Et* A Laur. Prag. Rat. α a b m p q u Weitz. Obb., *Per* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev. 556. *Et osculamur* p. 562. *Veneremur* G. 563. *gaudia* G b m Weitz. 564. *cernimur* q. 565. *huc tu labere* Lugd., *huc tu inlabere* Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr.

544. *latronem*] „praetorem Datianum.“ *Cell.*

548. *orator*] Soli Christo id competere notat Cell., qui de illorum temporum caepta deflexione a pristina sinceritate alibi prolixius. Nihilo secius in Catacumbis Romanis inscriptiones sepulcrales aevo Prudentii anteriores passim occurrunt, quibus idem argumentum inditum. Cfr. VI, 83 sq.

sensus gravati ut sentiant
levamen indulgentiae.
Sic nulla iam restet mora,
quin excitatam nobilis
carmen resumat spiritus
virtute perfunctam pari,
ut, quae laborum particeps
conmune discrimen tulit,
sic et cohaeres gloriae
cunctis in aevum seculis.

## VI. IN HONOREM BEATISSIMORUM MARTYRUM FRUCTUOSI EPISCOPI TARRACONENSIS ET AUGURII ET EULOGII DIACONORUM.

Felix Tarraco, Fructuose, vestris
attollit caput ignibus coruscum,
levitis geminis procul relucens.
Hispanos Deus adspicit benignus,

567. *Sensu* Rat. 1 b Sich. tres Fabr. Chor. Poett., *sensu* supra man. rec. *t sus* m, *sensus gravatos* 2 b, *ut gravati* Lœur. u. 568. *Solamen* pro div. lect. m. 569. *restat* G Rat. b m Weitz. 570. *excitata* b. 572. 571 transp. Prag.; *perfectam* q, *perfuncta* Chor. Poett. male.

*Incipit hymnus in honorem beatissimorum martyrum Fructuosi epī. ecclae Tarraconensis et Augurii et Eulogii diaconorum* α, *Hymnus in honore beatissimorum martirum Fructuosi epī. Augorii. et Eulogi.* a, *Ymnus beatissimorum martyrum fructuosi epi. ęccle tarraconensis. et augurii. euloligiq.* (corr. *euloigiq.*) *diaconum* b, *Ymnus beatissimorum martyrum Fructuosi epī. ecclesiae Tarraconensis et Augurii Eulogiiq. diaconorum* Rat. m, *Passio sanctorum martirum Fructuosi epī. Augurii et eulogii diaconorum* p, *Hymnus VI in S. Fructuosum Augurium et Eulogium* q, *Incipit passio Sancti Fructuosi Tarraconentis episcopi et sotiorum* u. — *augorii* A (*augurii* R), *Angorii* Ambr., *Aucorii* O. 1. *tarracho* b, *taraco* u constanter; *ventris* A E. 2. *coruscam* E.

VI. „In Martyrologiis XII Kal. Sept. natalis SS. Iulii, Iuliani, Vincentii, Auguri et Eulodi celebratur; ita enim codex longe vetustissimus teste Holstenio in annotatis ad eum locum.“ *Heins.* Id quidem non ad Fructuosum sociosque pertinere videtur. Martyrologium Rom. natalem eorum d. 21 Ianuarii celebrat. Quae ad illum diem Bollandiani dederunt acta, Ruinartius locupletiora ea reddidit. In Hymnodia Hisp. p. 247 Arevalus de Fructuosi et sociorum reliquiis disserit. Passi autem sunt Valeriano et Gallieno Impp. a. 259 Tarracone (IV, 21). Indidem eos oriundos putant Nebr. et Cham., licet Prudentii hymnus nihil adminiculi eiuscemodi opinioni suggerat. Neque Florezius (Hisp. sacr. T. XXV, tract. 63, 2) ex aliis ac illi argumentis parum efficacibus idem suspicatur. Cultus autem Fructuosi haud ita multo post ipsius martyrium inchoasse videtur. Cfr. August. serm. 101, Civ. D. VIII, 27, c. Faust. XX, 21.

3. *levitis geminis*] Augurio et Eulogio diaconis, cfr. V, 30, II, 39.

arcem quandoquidem potens Hiberam
trino martyre Trinitas coronat.
Ardens Augurius capessit aethram,
nec non Eulogius simul supernum
Christi lucidus ad sedile tendit.
Dux et praevius et magister illis
ad tantum decus ex episcopali
clarus nomine Fructuosus ibat:
accitus quia praesidis repente
iussu venerat ad forum sacerdos
levitis comitantibus duobus.
Inde ad carceream viros catenam
pastus sanguine carnifex trahebat:
gaudet currere Fructuosus ultro,
ac, ne quis socios timor feriret,
praeceptor vehemens eundo firmat
incenditque fidem calore Christi.
„Mecum state, viri, vocat cruentus
„ad paenam coluber Dei ministros:
„nec mors terreat, est parata palma.
„Carcer Christicolis gradus coronae est,
„carcer provehit ad superna caeli,
„carcer conciliat Deum beatis.“
His dictis adeunt specum reorum,
exercent ibi mysticum lavacrum
et purgamen aquae stupent tenebrae.

7. *capescit* Ald. Lugd. 8. *supernum* Laur. b m u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Arev. [Cfr. infra 26. 98], *superbum* A B E H P R T α a p q Weitz. Heins. Cham. Cell. Obb. [Cfr. Ps. 823. Virg. Aen. II, 785]. 10. *praeuius minister* duobus vocc. anteced. eras. m, ad oram *t magister*. 13. *Ascitus* Weitz. (non B). 16. *et* Ald. Lugd. 17. *carnis extrahebat* Ald. Lugd. corrupte. 19. *socios* om. 1 A, *socio* Ald. Lugd.; *minor* Sich. tres Torn. Chor. Poett., *minis* coni. Latin.; *subiret* (c. gl. *fer.*) A, *al. subiret* α ad oram, et a supra pro div. lect. 23. *columbis* 1 α, *colubes* 2 α. 24. *Nec* A E H P R a Obb. [Cfr. X. 520], *Ne* Laur. α b m p q u et relqq. edd. 30. *Et purgamen aquae* H N O T Altin. α p q Ald. Lugd. Gis. Heins. Cell. Arev. Obb., *Expurgamen aquae* E P a, *Et purgamina quae* R Laur. Rat. b m u Parrh. Sich. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett. Amstr., *Expurgamina quae* A, *Et purgamina aquae* coni. Obb. [Vid. A. 702].

5. *arcem ... Hiberam*] Tarraconem, citerioris provinciae caput.

17. *pastus*] aequemodo ac V, 100 explicari potest, nisi hic magis apposite accipiatur pro *deleotatus*, *martyrum tormentis atque doloribus gestiens*.

29. *mysticum lavacrum*] baptismate carcere inclusos regenerant.

Sex hic continuis latent diebus,
tandem stant trucis ad tribunal hostis,
fratres tergeminos tremunt catastae.
Iudex Aemilianus inminebat
atrox, turbidus, insolens, profanus
aras daemonicas coli iubebat:
„Tu, qui doctor" ait „seris novellum
„commenti genus, ut leves puellae
„lucos destituant, Iovem relinquant:
„dampnes, si sapias, anile dogma.
„Iussum est Caesaris ore Gallieni:
„quod princeps colit, ut colamus omnes."
Haec fanti placidus refert sacerdos:
„Aeternum colo principem, dierum
„factorem dominumque Gallieni,
„et Christum patre prosatum perenni,
„cuius sum famulus gregisque pastor."
Subridens ait ille: „Iam fuisti."
Nec differt furor aut refrenat iram,
saevis destinat ignibus cremandos:
exultant prohibentque flere vulgum.
Quosdam de populo videt sacerdos
libandum sibi poculum offerentes:
„Ieiunamus" ait „recuso potum.

32. *truces* 1 A. 34. *Emilianus* a Ald. Lugd. Sich. I II (non III) Fabr. Weitz. Chor. Poett., *Conlian.* R, *Emelianus* Rat. m, in hoc supra *l i*, *demilianus* q. 39. *distituant* Weitz. cum H. 40. *Damnas* Ambr. 2 Rat., *Damna* 1 Rat. b et supra pro div. lect. m, sed linea ibi producta, Parrh.; idem coni. Bigot. 42. *ut* E H P W (supra) α a p Gis. Heins. Cell. Arev. Obb., *hoc* b m q u Ald. Lugd. Sich. tres Torn. Fabr. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Gall. 44. *deorum* coni. Nebr. 46. *patrem* u (non Laur.); *satum* Prag. Parrh. 47. *gregis sator* 1 A. 49. *differt furorem* Rat., *furor differt* q; *ut refrenet* Prag. 50. *Saevus* u. 51. *vulgus* W (supra alt.) Rat. et pro div. lect. m. 52. om. u (non Laur.). 53. *poclum* p; *ferentes* Weitz. (non B) m.

33. *fratres*] Utrum natu tres gemini an fide, ut II, 73, parum interest. Cfr. I, 56 de *catasta*.

34. *Aemilianus*] Hispaniae praefectus a. 259, inde a nonnullis male confusus cum Aemiliano Imp., quinque annis ante interempto.

39. *lucos*] ubi divorum fana, inprimis numinum agrestium altaria.

40. *anile dogma*] Cfr. V, 26 *rudem ritum*.

53. *poculum*] An diis libandum in procinctu mortis, quo supplicium removeret, dum tempus esset? Sed interpp. de consuetudine cogitant potum exhibendi capitis condemnatis, id quod haud dubie quadrat ad martyris responsum.

„Nondum nona diem resignat hora,
„nunquam conviolabo ius dicatum,
„nec mors ipsa meum sacrum resolvet.
„Sic Christus sitiens crucis sub hora
„oblatum sibi poculum recusans
„nec libare volens sitim peregit.“
Intrant interea locum rotunda
conclusum cavea, madens ferarum
multo sanguine quem furor frequentat:
cum spectacula perstrepunt cruenta,
ac vilis gladiator ense duro
percussus cadit et fremit voluptas.
Hic flammante pyra, niger minister
ardens supplicium parare iussus,
construxit facibus rogum supremis.
Qui, dum corpora concremanda solvit,
ferventes animas amore lucis
fracto carceris expediret antro:
certant officiis pii sodales,
plantis calceamenta dissolutis
pronus detrahere studebat unus:
sed sanctus vetat ora Fructuosus
inclinata premi: „Facessite“ inquit
„ne nostram gravet obsequela mortem.
„Atquin ipse meos pedes resolvam,
„ne vestigia praepedita vinclis

58. *mortis* supra *crucis* u; *sub ara* Prag. 64. *Tum* Amstr. Obb.; *spectaculo* 1 R. 65. *diro* Latin. 69. *Contruxit* α; *fascibus* q. 70. *concremanda* A Laur. a p q u Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev. Obb., *concremenda* 1 Rat., *concremata* O T Ambr. α b m Parrh. Heins. Cham. Cell., *cremanda* R, *contremenda solui* Ald. Lugd. 72. *expediret* B H T W 1 Prag. Rat. 1 α a b m Fabr. Gis. Heins. Cell. Arev., *expedivit* A B (supra ut videtur) E R Laur. 2 α p q u Ald. Lugd. Sich. tres Weitz. Chor. Poett. Amstr. Obb. 73. *piis* u Ald. Lugd. Parrh. 74. *calciamenta* Laur. α a b m p q u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett. 76. *ora* m, sed pro *a* alia quaedam litera fuit erasa, unde *al: ora* in marg., *hora* 1 u. 77. *premit* Ald. Lugd. mendose. 78. *Nec* A Prag. a m Weitz. haud male; *obsequella* 1 α. 80. *Nec* u.

55. *nona ... hora*] qua ieiunium finiebat, vid. ad C. VIII, 9. 61. *locum*] *amphitheatrum* Mar. 69. *facibus rogum supremis*] *altis* Iso, „quia constructa pyra sive lignorum strue, tandem faces subdebantur.“ *Nebr.* Feralibus, funebribus, ut Ov. Am. I, 15, 41 *Ego etiam cum me supremus adederit ignis.* Cfr. quoque Nasonis illud (Met. III, 136) *dicique beatus Ante obitum nemo supremaque funera debet.*

,,tardis gressibus inruant in ignem.
,,Cur lamenta rigant genas madentes,
,,cur vestri memor ut fiam, rogatis?
,,cunctis pro populis rogabo Christum."
Vix haec ediderat, relaxat ipse
indumenta pedum, velut Moyses
quondam fecerat ad rubum propinquans.
Non calcare sacram crematìonem
aut adstare Deo prius licebat,
quam vestigia pura figerentur.
Stabat calce mera: resultat ecce
caelo spiritus et serit loquelam,
quae cunctos tremefecit audientes:
,,Non est, credite, paena, quam videtis,
,,quae puncto tenui citata transit:
,,nec vitam rapit illa, sed reformat.
,,Felices animae, quibus per ignem
,,celsa scandere contigit tonantis,
,,quas olim fugiet perennis ignis."
Haec inter rapidis focos crepantes
intrant passibus et minantur ipsis
flammarum trepidantibus caminis.
Nexus denique, qui manus retrorsus
in tergum revocaverant revinctas,
intacta cute decidunt adusti.
Non ausa est cohibere paena palmas
in morem crucis ad Patrem levandas,
solvit brachia, quae Deum precentur.
Priscorum specimen trium putares,
quos olim Babylonicum per ignem

83. *fueram* 1 α, *siem* 2 A Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. Amstr. 84. *Cunctis pro cunctis* u. 87. *rubrum* E. 91. *mero* 2 α u Ald. Lugd. Parrh. Gis. 92. *loquellam* α. 94. *credita* T. 95. *punctu* 1 Rat. m. 100. *Nec* Prag.; *cremantes* ad oram *al. crepantes* m. 101. *ipsi* Fabr. Gis. 102. *crepitantibus* B (supra alt.) H R b (pro div. lect.) p q margo trium Sich. Gis. ad oram, *trepidantibus* 1 α, *trepitantibus* 2 α (mutare voluisse videtur in *crepitantibus*). 103. *per manus* u; *retrorsum* p u Teol. 104. *Interdum* 1 A, *integrum revocaverat* u; *revinctis* R. 106. *pena cohibere* Prag. b q contra metr. 107. *cruris* Lugd. mendose. 110. *Quas* q; *babylonium* Parrh.

86. *indumenta*] *Calciamenta* (74) *ex mortuis animalibus fiunt. Significant autem mortua opera, quibus debent exui quicunque Deo appropinquare volunt* gl. a, Exod. 3, 5. 109. Dan. 3, 19.

cantantes stupuit tremens tyrannus.
Illis sed pia flamma tum pepercit,
nondum tempore passionis apto,
nec mortis decus inchoante Christo.
Hos cum defugeret vaporus ardor,
orant, ut celer ignis advolaret
et finem daret anxiis periclis.
Exorata suos obire tandem
maiestas famulos iubet, caducis
missos corporibus sibique reddi.
Vidit praesidis ex domo satelles
caelum martyribus patere apertum,
insignesque viros per astra ferri.
Quin et filiolae monens herili
ostendit sceleris notam paterni,
caelo vivere, quos forum peremit.
Haec tum virginitas palam videre
per sudum meruit, parente caeco,
ut crimen domini domus timeret.
Tum de corporibus sacris favillae
et perfusa mero leguntur ossa,
quae raptim sibi quisque vindicabat.

112. *flammatum* A mendose; *tunc* H R a p, *flamma pia tunc* u metro aversante. 114. *incohante* 1 A Ald. Lugd. 115. *vaporis* Gis. I Amstr. 116. *Orant sancti ut* b, sed *sancti* est gl., quae irrepsit; *advocaret* 1 q. 117. *periculis* a. 120. *Missis* B Prag. Sich. tres Fabr. Gis. ad oram Chor. Poett. Amstr. 121. *satellis* A E. 123. *tolli* A et Cort., qui def., cod. ad Luc. III, 748. 125. *natam* 1 α. 126 *quo foro* Ambr., unde *quos foro* coni. Heins. 127. *tunc* α p, *dum* Prag., *dum* supra *t tum* m, *tum* Laur. a b q u et edd. 128. *parente caeco* H T Altin. Ambr. 1 α a p Heins. Cell. Arev. Obb. [A. A. S. S. l. l. *Aemil. veniens eos videre non fuit dignus*], *parente cęlo* R W (supra) 2 α, *patendo cęlo* 1 A et pro div. lect. a, *patente caelo* H (supra) Laur. Prag. Rat. b m q u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. 132. *vendicabat* p q u Weitz. (non E H).

121. *satelles*] Acta vett. loquuntur de Babylonio et Mygdonio *fratribus nostris ex familia Aemiliani praesidis*. Illi apertum caelum videntes domini filiae Fructuosum cum sociis in caelum ascendere coronatos ostendebant. Vid. Ruinart. p. 220, Tillemont. mémoires ecclesiastiques IV, 460, Les vies des Saints II, p. 282.

131. *perfusa mero*] Acta ap. Ruinart. l. l.: *Superveniente nocte ad amphitheatrum cum vino festinantes pervenerunt (Christiani), quo semiusta corpora extingueren, quo facto eorumdem martyrum cineres collectos prout quisque potuit sibi vindicavit*. Cfr. Hom. Od. XXIV, 72, Virg. Aen. VI, 327 *reliquias vino et bibulam lavere favillam*.

Fratrum tantus amor domum referre
sanctorum cinerum dicata dona,
aut gestare sinu fidele pignus.
Sed ne relliquias resuscitandas
et mox cum Domino simul futuras
discretis loca dividant sepulcris,
cernuntur niveis stolis amicti,
mandant restitui cavoque claudi
mixtim marmore pulverem sacrandum.
O triplex honor, o triforme culmen,
quo nostrae caput excitatur urbis,
cunctis urbibus eminens Hiberis!
Exultare tribus libet patronis,
quorum praesidio fovemur omnes
terrarum populi Pyrenearum.
Circumstet chorus ex utroque sexu,
heros, virgo, puer, senex, anulla,
vestrum psallite rite Fructuosum.
Laudans Augurium resultet hymnus,
mixtis Eulogium modis coaequans,
reddamus paribus pares Camenas.
Hinc aurata sonent in arce tecta,
blandum littoris extet inde murmur,
et carmen freta feriata pangant.
Olim tempus erit ruente mundo,

133. *amor* exc. p; *refert* R. 136. *reliquias* α m p u. 139. *stolis niveis* m q. 141. *Mixtum* b. 142. *triple* u; *triforme* sine praec. *o* a; *lumen* Ambr. Parrh. 145. *licet* q u, *liber* Lugd. 146. *foventur* B Sich. tres Torn. Fabr. Chor. Poett. Amstr. Gall. 147. *pirineorum* q. 148. *chorus* om. 1 A. 149. *Heros* Weitziani ut videtur, excepto P; *anulla* A Amstr. 1 α Heins. Cham. Obb., *anula* B T W Prag. Rat. b m 2 q, *anila* N 1 q, *anicula* α (ad oram) u Sich. III, *aniela* 2 α a Ald. Lugd. Sich. I II Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Cell. Arev., quod usitatius, *puer, aniela anulla* p. 151. *resulte ymnis* A, *resultet ymnis* 1 m. 152. *Mistis* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. 153. *patribus* u (non Laur.); *canenas* supra *camenas* W, unde Weitz. *canenas, amenas* 1 α. 154. *in acta* ad oram *al. in arce* m.

139. *cernuntur*] *quidam viri* subaudit Iso, quos alii *angelos* interpretantur. Cham. rectius tres martyres intelligendos putat: id Acta quoque sibi volunt.

140. *claudi*] Cfr. V, 520.

143. *nostrae...urbis*] Tarraconis, nam ad primam hymni strophem redit, quamvis Cham. et Arev. Caesaraugustam intelligant sententiarum nexu parum perspecto.

149. *heros*] Vir tanquam fortior virgini, puero, seni, anullae oppositus. Cfr. Lambin. et Orelli ad Hor. A. P. 114.

cum te, Tarraco, Fructuosus acri
solvet supplicio tegens ab igni.
Fors dignabitur et meis medelam
tormentis dare prosperante Christo,
dulces hendecasillabos revolvens.

## VII. HYMNUS IN HONOREM QUIRINI BEATISSIMI MARTYRIS, EPISCOPI ECCLESIAE SISCIANAE.

Insignem meriti virum
Quirinum, placitum Deo,
urbis moenia Sisciae
concessum sibi martyrem
conplexu patrio fovent.
Hic sub Galerio duce,

158. *acris* 2 Prag. 160. *medellam* α a p. 162. *endecasyllabos* W Weitz., *hendecasyllabas* nonnulli vulg. ap. Arev.; *reuuoluens* scr. m.
Epigraphe *Passio sancti Fructuosi Traconensis episcopi et sotiorum explicit* u.

Inscriptionem expressimus cum α a (in quo *aectae Sesclanę*) Heins. Arev., *Incipit Ymnus in honore sancti quirini m̃r. et ep̃i. suscianae ęcclesię* b. *Incipit ymnus in honore sancti Quirini martyris et epĩ. ecclesiae suscianae* Rat. m, *Passio sancti Quirini martyris* p, *In B. Quirin.* q, *Incipit Hymnus in honorem sancti Quirini martiris* u; *Sescianae* A E. 1. *meriti* A H N T Prag. Rat. α m q Ald. Lugd. Heins. Cell. Arev. Obb., *meritis* R Laur. a b p u Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. 2. *placidum* W Prag. b m. 3. *moenię* 1 b q; *Sisciae* A Ambr. α m p Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev. Obb., *Sesciae* E O R Altin. T2rr. a u, *scitię* q, *Susciae* W Weitz. b. 4. *Confessum* alicubi Arev. ex vet. cod. invenit notatum.

159. *solvet supplicio*] Cfr. ad V, 548.

VII. Quae de Quirino Martyrol. Rom. ad d. 4 Iunii tradit, ex Prudentio fere fluxerunt, itidem quae Bollandiani habent. Quomodo autem Sisciae (nunc Sissek Croatiae) eum fuisse natum, e v. 5 Obbarius enucleaverit, ego quidem non capio. Passus est sub Galerio Maximiano (Euseb. chron. ad a. 310). Verumtamen Fuldae Hassorum ipsius ossa quiescere (vid. Rudolf. vit. Rabani Mauri ap. Mabillon. II, p. 12), pia quaedam traditionis interpolatio invenisse videtur. Cfr. Papebroch. l. l. p. 382, Baron. ad a. 308, Ruinart. p. 552, Les vies des Saints IV, p. 563.

3. *Sisciae*] Plin. H. N. III, 25: *Colapis in Saum influens iuxta Sisciam gemino alveo insulam ibi efficit, quae Segestica vocatur*, Dio. Cass. LV, p. 651 Σύσκια, Strab. VII, 5, p. 314, Wesseling. ad Itiner. p. 259 sq., Parthey et Pinder Itinerarium Antonini Aug. et Hierosolymitanum s. v.

6. *Galerio*] Acta SS. Quirinum a Maximino damnatum dicunt: quare Cham. de Maximino Daza hic agi putat. At vero is cum Caesar fieret, Orientem regebat, Illyricum nunquam, vid. Eutrop. X, 2. Itaque intelligendus est Galerius Maximianus,

qui tunc Illyricos sinus
urgebat ditionibus,
fertur catholicam fidem
inlustrasse per exitum.
Non illum gladii rigor,
non incendia, non ferae
crudeli interitu necant,
sed lymphis fluvialibus
gurges, dum rapit, abluit.
Nil refert vitreo aequore,
an de flumine sanguinis
tingat passio martyrem:
aeque gloria provenit
fluctu quolibet vivida.
Summo pontis ab ardui
sanctae plebis episcopus
in praeceps fluvio datur,
suspensum laqueo gerens
ingentis lapidem molae.
Deiectum placidissimo
amnis vertice suscipit,
nec mergi patitur sibi
miris vasta natatibus
saxi pondera sustinens.
Spectant eminus e solo
doctorem pavidi greges,
nam Christi populus frequens
riparum sinuamina
stipato agmine sepserat.

12. *conferre* 1 A. 16. *Nichil* a. 18. *Tinguat* α p u Ald. Lugd. Weitz. Heins. Cham. Cell. 20. *vivida* α, et sic scribere voluit amanuensis cod. m, ubi *vuida* a prima man., *uvida* relqq. nostri codd. et edd. 21. *potentis* 1 A. 26. *Deiecto* 1 A. 27. *vertice* Laur. α a b m p q u et edd. exceptis Aldi emend. Lugd. Arev., ubi *vortice*. 30. *substinens* u. 32. *Ductorem* R; *gregis* 1 A. 33. *Christus* Laur. u. 34. *sinu anima* 1 A.

qui Eutropio auctore (X, 2) in Illyrico moratus est, cum Caesaribus provincias regendas assignasset. Etiam voc. *ditionibus* (v. 8) haud secundarium, sed imperium summum innuit. Cfr. Lact. persec. mort. 33, Aurel. Vict. de Caes. XL, 8, Epit. 40, Oros. VII, 28.

23. *fluvio*] „Sybari, cfr. Ovid. Met. XV, 315." *Cham.* „Sed in Sybari mersum esse Quirinum recentiores quidem tradunt, vid. Les vies des Saints l. l. non Prud.; quare sive Saum sive Colapim intellegi malo." *Obb.*

Sed Quirinus, ut eminens
os circumtulit, heu, suos
extemplo trepidos videt,
nil ipse proprii memor
inter stagna periculi.
Confirmat pia pectora,
verbis mitificis rogans,
ne quem talia terreant,
neu constans titubet fides,
aut paenam putet emori.
Dicentem fluitantibus
amnis terga vehunt vadis,
nec substrata profunditas
saxoque et laqueo et viro
audet sponte dehiscere.
Sensit martyr episcopus,
iam partam sibi praeripi
palmam mortis et exitus
ascensumque negarier
aeterni ad solium Patris.
„Iesu cunctipotens" ait
„haudquaquam tibi gloria
„haec est insolita aut nova,
„calcare fremitum maris,
„prona et flumina sistere.
„Scimus discipulum Petrum,
„cum vestigia tingeret
„mortali trepidus pede,
„dextrae subsidio tuae

36. *ut eminus* Ald. Lugd. 37. 38. *suos Extemplo* 2 A (teste Ieepio, A ap. Obb.) Gis. Chor. Poett. Amstr. Obb., *suos Exemplo* 1 A (teste Ieepio) B R (ap. Obb., *Extimplo* R teste Ieepio) T W Laur. Prag. Rat. α b m p q u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gall. Arev., *tuos Exemplo* Ambr., *suo* a [c. gl. *greges*, quae non quadrat nisi ad *suos*], *suo exemplo* Gis. ad oram Weitz. Heins. Cell. ex coniectura Ios. Scaligeri ad Euseb. chron. p. 227. 40. *periculi* Sich. II III (non I) mendose. 41. Mariettus: *Reliquum huius hymni desideratur in Pragensi, sicut et bona pars hymni S. Cassiani ab initio.* (1...56). 42. *mirificis* b Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Cham. 44. *Ne* Chor. Poett. Amstr. 46. *fluctantibus* a. 49. *laqueo viro* R. 58. *haud nova* Laur. u. 59. *et fremitum* Fabr. Gis. 62. *tingueret* α p u Ald. Lugd. Weitz. Heins. Cham. Cell. 64. *Dexterae* R.

45. *emori*] Cfr. Philipp. 1, 21. 61. Matth. 14, 30, S. II, praef. 1 sqq.

„subiecisse salum solo.
„Iordanem quoque novimus
„tortis verticibus vagum,
„dum fertur rapido inpetu,
„ad fontem refluis retro
„confugisse meatibus.
„Haec miracula sunt tuae
„virtutis, Domine, ut modo
„suspendor, leve praenatans
„summo gurgite fluminis,
„cum collo scopulum traham.
„Iam plenus titulus tui est
„et vis prodita nominis,
„quam gentilis habet stupor:
„absolvas, precor, optime,
„huius nunc animae moras.
„Quid possis, probat amnicus,
„qui vectat silicem, liquor.
„Hoc iam, quod superest, cedo,
„quo nil est pretiosius,
„pro te, Christe deus, mori.“
Orantem simul halitus
et vox deserit et calor,
scandit spiritus ardua:
fit pondus grave saxeum,
corpus suscipiunt aquae.

67. *vorticibus* 1 b m u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Cell. Arev. 71. *Haec et* 1 α. 72. Heinsius post *Domine* puncto distinguit. 73. *Suspendor* 1 A N T Ambr. α a p q Heins. Cell. Arev. Obb., *Suspendar* 2 A R b m u Sich. tres Fabr. Gis. Weitz Chor. Poett. Amstr., *Suspendat* Ald. Lugd. 75. *scopum* m. 76. *Cum* supra *iam* m. 77. *Iam vis* O R. 78. *Quam...hebet* Rat. b Iso, *Qua ...hebet* m Sich. tres Fabr. Weitz. (non P) Chor. Poett. 82. *licor* u. 84. *Quod* 1 α p; *nihil* α b q, *nichil* a. 86. *alitus* a.

65. *solo*] i. e. soleae, plantae pedis, vid. C. III, 129, Cic. Tusc. V, 32 *calceamentum, solorum callum.* 69. Ios. 4, 7. 18, C. XII, 178, H. 482.

75. *scopulum*] Acta: *Iussit, sancto Dei sacerdoti vel famulo molam* [i. e. saxum molare] *ad collum alligari.*

## VIII. DE LOCO, IN QUO MARTYRES PASSI SUNT, NUNC BAPTISTERIUM CALAGURRI.

Electus Christo locus est, ubi corda probata
provehat ad caelum sanguine, purget aqua.
Hic duo purpureum Domini pro nomine caesi
martyrium pulcra morte tulere viri.
Hic etiam liquido fluit indulgentia fonte
ac veteres maculas diluit amne novo.
Qui cupit aeternum caeli conscendere regnum,
huc veniat sitiens, ecce parata via est.
Ante coronati scandebant ardua testes
atria, nunc lotae celsa petunt animae.
Spiritus aethereo solitus descendere lapsu
ut dederat palmam, sic tribuit veniam.
Haurit terra sacros aut fonte aut sanguine rores,

*De loco in quo martyres passi sunt nunc babtisterium calagorri* A (notante Ieepio contra Obbarium) O (in hoc *baptisterium est Calagurri*), *nunc bapt. est Calagorra* E, *bapt. et Calagurra* H, *De loco in quo* (iam duae literae eras.) *passi sunt* R (notante Ieepio), *Calagurri* om. edd. ante Heins., *De loco in quo martyres passi sunt nunc baptisterium est* Rat. m, *Incipit de loco in quo Martires passi sunt nunc baptisterium est* α, *De loco in quo martyres passi sunt. nunc baptisterium est calagorra* a, *De loco in quo martyres passi sunt nunc baptisterium* b, nullus titulus p, hoc poemation des. in q, *Versus in laudem baptisterii duorum martyrum sanguine illustris* u. 1. *locus hic, ubi* E P p Weitz. 3. *purpureum Christi pro* Fabr. Gis.; hic vs. des. in Ald. Lugd. Sich. tribus loco relicto. Se eum ex cod. Borneri restituisse dicit Fabricius obloquente Arevalo, qui „iam extabat in praecedentibus multis editionibus" asserit. Quotquot ego ante Fabricium vidi edd., eum non exhibebant. 8. *veniet* α, *veniet et sitiens* p. 10. *tunc* H p; *laetae* supra alt. H. 11. *aethereo* R Prag. Rat. b nonnulli ex Heins., *aetherio* m pro div. lect. Weitz. Heins. Cell. Arev., *aeterno* Laur. α a m p u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Obb. 12. *tribuat* Rat. b 1 m. 13. *Hausit* H, *Alit* Rat., *aurit* α, *Alit* supra *haurit* ad oram *al: hausit* m.

VIII. In inscriptione editores ante Heinsium voc. *Calagurri* non exhibent. Giselinus, Weitz. hocce poemation ad eum Romae Vaticani [scribe saltem Capitolii] locum referunt, ubi Petrus apostolus Processum et Martinianum baptizasse fertur. Chamillardus quoque de custodia Mamertina cogitat, sed supra foro Romano eam recte reperit. Sunt, quibus his versibus alios deesse censeant contradicente Arevalo, qui inscriptionibus codd. Laur. (Bandini catal. codd. manuscriptorum bibl. Laurent. Florent. I, p. 720) et u nixus, eos in baptisterio aliquo ut affigerentur compositos fuisse arguit. Id baptisterium in honorem Emeterii et Chelidonii Calagurritanorum (hymn. I) exstructum et e longinquo visitatum esse (I, 10 sqq.) Obb. opinatur.

13. *fonte*] baptismo.

exundatque suo iugiter uda Deo.
Ipse loci est Dominus, laterum cui vulnere utroque
hinc cruor effusus fluxit et inde latex.
Ibitis hinc, ut quisque potest, per vulnera Christi,
evectus gladiis alter et alter aquis.

## IX. PASSIO CASSIANI FOROCORNELIENSIS.

Sulla forum statuit Cornelius, hoc Itali urbem
vocant ab ipso conditoris nomine.

14. *uda* T α m Heins. Cell. Arev., *unda* A R Laur. a b p u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Obb., *Exudat...unda* [cfr. Virg. Georg. I, 88] coni. Obb. 15. *dextri* p. *utroque* α man. sec. priorib. abr. 17. *pro ut* Weitz. 18. *Devectus* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Amstr. Obb., *Enectus* mendum Gis. ab ipso correctum repetiit Heins.; *gladius* 1 A.

*Passio sancti Cassiani martyris forocorneliensis* Rat., [*Finit passio Quirini*] *incipit Cassiani Foro Corneliensis* α, *Passio sancti cassiani foro. corniliensis. Ad valerianum epm.* a, *Passio sancti Cassiani Forocorneliensi* b, *Passio sancti Cassiani. forocorneliensis* m, *Passio Sancti Cassiani Martiris* p u, *Hymnus IX in S. Cassianum* q. 1. *Sylla* A α a m p u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. Amstr. Arev., *Silla* q Weitz. 2. *Vocitant* Ambr. Parrh. Heins. Cham. Cell.

16. *cruor*] Cfr. C. IX, 87.

18. *alter et alter*] martyr et baptismate initiandus: illi gladius peremptor, huic baptisma viam sternit ad atria caeli.

IX. Acta SS. ad d. 13. Aug. et quae de Cassiano martyre circumferuntur reliqua (Gregor. Turon. de glor. mart. I, 42 et al., vid. Ruinart. p. 593, Florent. mart. p. 705, 747, Les vies des Saints V, p. 193) ex eodem fonte fluxerunt concinnata: is autem est Prudentius. Vixit igitur et passus est in Foro Cornelii, quod nunc Imola dicitur, ubi sub cathedralis ecclesiae altari principe reliquias eius adhuc ostendunt. Brixiae eum natum et episcopum fuisse indeque pulsum in Forum Corneliense pervenisse traditio est, cui quidem argumenta certa subsunt nulla; neque Fori Corneliensis antistitem Cassianum fuisse, ex antiquioribus documentis liquet. Mortuum esse eum Iuliano Apostata Imp. qui omnem liberorum institutionem interdixit (Aeg. de Löhr. Uebersicht der das Privatrecht betreffenden Constitutionen d. Kaiser Constantin — Theodos. I, p. 42, Brever. Rechtsgeschichte p. 322), Obbarius cum aliis ex v. 31 pro certo habet. Non assentior: illic enim causa eius supplicii significatur ea, quod aris supplicare abstineret, non quod pueros doceret. In cod. Bongarsiano pictor ad hunc hymnum eius historiam duabus paginis carmini adpositis exhibuit. Sinnerus in praef. ad Catal. bibl. Bernensis p. XXX: „[In] prima nempe Cassianus ad pulpitum sedens pueros docet; hi scamnis insidentes stilos una manu, altera libros gestant. Forma librorum nostris est similis. Unde efficitur, quod etiam saepe laudatus Cashley (praefatione Catalogi MSS. Lond.) affirmavit, iam diu ante seculum V. invaluisse formam librorum, quam hodie usurpamus, et successisse in locum voluminum, quamvis Montefalconius (Palaeographia graeca) eo tantum seculo, nempe V.,

Hic mihi, cum peterem te rerum maxima Roma,
spes est oborta prosperum Christum fore.
Stratus humi tumulo advolvebar, quem sacer ornat
martyr dicato Cassianus corpore.
Dum lacrimans mecum reputo mea vulnera et omnes
vitae labores ac dolorum acumina,
erexi ad caelum faciem, stetit obvia contra
fucis colorum picta imago martyris,
plagas mille gerens, totos lacerata per artus,
ruptam minutis praeferens punctis cutem.
Innumeri circum pueri, miserabile visu,
confossa parvis membra figebant stilis:
unde pugillares soliti percurrere ceras,
scholare murmur adnotantes scripserant.
Aedituus consultus ait: Quod prospicis, hospes,
non est inanis aut anilis fabula.
Historiam pictura refert, quae tradita libris,
veram vetusti temporis monstrat fidem.
Praefuerat studiis puerilibus et grege multo
septus magister litterarum sederat,
verba notis brevibus conprendere cuncta peritus,
raptimque punctis dicta praepetibus sequi.
Aspera nonnunquam praecepta et tristia visa
inpube vulgus moverant ira et metu.
Doctor amarus enim discenti semper ephebo,
nec dulcis ulli disciplina infantiae est.
Ecce fidem quatiens tempestas saeva premebat

4. *aborta* q; *propitium* Gis. I ad oram, interpretamentum scilicet voc. *prosperum*. 7. *reputo mecum* inv. u. 9. *obuia* supra *t iam* m. 14. *Cum fossa* q, *Concessa* T probb. Cham. et Teol.; *stimulis* u. 15. *praecurrere* Ald. Lugd. 16. *annotante* a mend.; *scripserunt* l m. 17. *Aeditimus* B Weitz. 23. *conprehendere* a u. 25. *visa* A B N Ambr. Laur. α a q u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev. Obb., *iussa* B (supra) R plerique Heinss. Rat. b m p x (ap. Arev.) Parrh. Gif. Gis. ad oram Weitz. 26. *moverat* supra *t n* m; *meta* A. 28. *ulla* Teol. mend.

hunc morem incepisse dicat. Pictor enim, qui nostrum Codicem ornavit, morem, qui seculo Cassiani obtinebat, haud dubie effinxit. In secunda tabula picta pueri Cassianum stilis misere cruciant." Hymnus in orationem pedestrem versus legitur ap. Mombrit. AA. SS. l. l. Cave ne huncce cum illo Cassiano confundas, cuius Prud. meminit IV, 45.

7. *vulnera*] crimina, peccata intelligit Cell., adversae fortunae casus minus apposite Arev.

29. *tempestas*] persecutio Christianorum, vid. IV, 82 *turbo*.

plebem dicatam Christianae gloriae.
Extrahitur coetu e medio moderator alumpni
gregis, quod aris supplicare spreverat.
Paenarum artifici quaerenti, quod genus artis
vir nosset alto tam rebellis spiritu,
respondent: Agmen tenerum ac puerile gubernat
fictis notare verba signis inbuens:
Ducite, conclamat, captivum; ducite et ultro
donetur ipsis verberator parvulis.
Ut libet inludant, lacerent inpune manusque
tingant magistri feriatas sanguine.
Ludum discipulis volupe est, ut praebeat ipse
doctor severus, quos nimis coercuit.
Vincitur post terga manus, spoliatus amictu,
adest acutis agmen armatum stilis.
Quantum quisque odii tacita conceperat ira,
effundit ardens felle tandem libero.
Coniciunt alii fragiles inque ora tabellas
frangunt, relisa fronte lignum dissilit.
Buxa crepant cerata, genis inpacta cruentis
rubetque ab ictu curta et humens pagina.
Inde alii stimulos et acumina ferrea vibrant,

31. *e* om. R Laur. u. 32. *spreuerit* 2 m. 34. *rebelli* 1 α, *repellis* 1 b. 35. *Respondit* Parrh. 36. *Edictis* A, *Strictis* R T3rr, *Pictis* Cell. 40. *Tinguat* 1 α, *Tinguant* m p Ald. Lugd. Weitz. Heins Cham. Cell. 41. *discipulo suo lupe* A, *discipulis volo sese* Rat. b m Weitz., *disc. volo per se* B (supra *volupe est*) H W ad oram. [Cfr. Gramm. Haupt. p. 84, 6]. 42. *Ductor* Ambr.; *nimis* A R Ambr α a b m p q u Gis. Weitz. Heins. Arev. Obb., *minis* T Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. ad oram Chor. Poett. Amstr. Cell. 43. *spoliatur* nonnulli vulg. ap. Arev.; *amictum* Rat. 46. *Effudit* b m u Ald. Lugd. Sich tres Fabr. Weitz. (non H P) Chor. Poett. Amstr; *tantum* x Ald. Lugd. 47. *alii lapides* vet. cod. ad marg. ed. Weitzianae ap. Regium bibliotbecae Vaticanae praesulem Ald. Lugd. Sich. tres Torn. Fabr. Chor. Poett. Amstr.; *ore* B Weitz. 50. *que* om. p; *curta et humens* A T Laur. α u Gronov. l. l. p. 60. Heins. Cham. Cell. Obb., *chartae et umens* Ambr. Parrh., *curta tumens* R et supra W cod. Gandav. ap. Gis. a p q Ald. Lugd., *curva tumens* Rat. b m Sich. tres Weitz. Chor. Poett. Amstr., *curve tumens* H, *curve turgens* Davr., *curva tundens* Fabr. Luneb. 1615, *curva et humens* Cauch. Arev.; *custe tumens* P.

50. *pagina*] tabella lignea (pluries e buxo) cera obducta. Puerorum igitur alii tabellas in Cassiani os frangunt, quae fractae ipsius sanguine humescunt turgentque; alii stili acumine, quo scribitur, perfodiunt eum, aliis dissecantibus eum ea parte, qua litterae scriptae obarabantur et plani levesque reddebantur pugillares. De priscorum *litteris*, *tabellis* et sim. cfr. Lips. Epistolica Institutio p. 6.

qua parte aratis cera sulcis scribitur,
et qua secti apices abolentur et aequoris hirti
rursus nitescens innovatur area.
Hinc foditur Christi confessor et inde secatur:
pars viscus intrat molle, pars scindit cutem.
Omnia membra manus pariter fixere ducentae,
totidemque guttae vulnerum stillant simul.
Maior tortor erat, qui summa pupugerat, infans,
quam qui profunda perforarat viscera.
Ille levis, quoniam percussor morte negata
saevire solis scit dolorum spiculis;
hic quanto interius vitalia condita pulsat,
plus dat medelae, dum necem prope adplicat.
„Este, precor, fortes et vincite viribus annos,
„quod defit aevo, suppleat crudelitas.“
Sed male conatus tener infirmusque laborat,
tormenta crescunt, dum fatiscit carnifex.
„Quid gemis?“ exclamat quidam „tute ipse, magister,
„istud dedisti ferrum et armasti manus.
„Reddimus ecce tibi tam milia multa notarum,
„quam stando, flendo te docente excepimus.
„Non potes irasci, quod scribimus, ipse iubebas,
„nunquam quietum dextera ut ferret stilum.
„Non petimus toties te praeceptore negatas,
„avare doctor, iam scholarum ferias.

52. *Qua parte aratis scribitur sulcis cutis* Chor. Poett. 56. *vicus* 1 A. 57. *duxere* u; *cruentae* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Gall. 58. *per vulnera* Prag. 59. de *pupŭgerat* vid. Arev. Prolegg. sectio 205. 60. *perfoderit* Prag., *perfoderat* b 1 m. 61. *percursor* B. 62. *sole scit* B H (utrobi supra) W̃, *solescit* Prag. Rat. b m margo trium Sich. 65. *et viribus vincite* m. 66. *Quos* A; *desit* b Lugd. Amstr. 68. *fatescit* 1 *a*. 69. *Ut quid iam gemis exclamant tute ipse magister* Rat. b m in quo lectio vulg. pro div. script supra. 71. *nunc millia* Ald. Lugd., *iam millia* Sich. tres. Fabr. Chor. Poett. Amstr. Gall. 72. *Quae* R Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. Amstr.; *et flendo* R Parrh.; *excidimus* supra *excepimus* m. 73. *potest* 1 R; *scripsimus* Prag. 74. *ut* om. q; *ferre* A P Altin. Cauch. a p u, *fere* Ambr., *dextera ferri* coni. Heins. 75. *totiens* Lāur. m u Weitz. Obb. 76. *Avara* u.

53. *aequoris*] tabulae planities *hirta* et hiulca litteris inscriptis, quibus stili parte acumini opposita eaque lata oblitis, *area* i. e. superficies totius paginae redintegrabatur. Cfr. XI, 185.

65 sq. *Este...crudelitas*] Est martyris ad pueros monitum celeriorem quippe exitum exoptantis: id quod vidit iam Cell. Posse ea verba etiam esse narrantis [Prudentii], qui quasi praesens in hunc modum eruperit, minus feliciter conicit Arev.

„Pangere puncta libet sulcisque intexere sulcos,
„flexas catenis inpedire virgulas.
„Emendes licet inspectos longo ordine versus,
„mendosa forte si quid erravit manus:
„exerce inperium, ius est tibi plectere culpam,
„si quis tuorum te notavit segnius.“
Talia ludebant pueri per membra magistri,
nec longa fessum paena solvebat virum.
Tandem luctantis miseratus ab aethere Christus
iubet resolvi pectoris ligamina:
difficilesque moras animae ac retinacula vitae
relaxat artas et latebras expedit.
Sanguis ab interno venarum fonte patentes
vias secutus deserit praecordia,
totque foraminibus penetrati corporis exit
fibrarum anhelans ille vitalis calor.
Haec sunt, quae liquidis expressa coloribus hospes,
miraris, ista est Cassiani gloria.
Suggere, si quod habes iustum vel amabile votum,
spes si qua tibi est, si quid intus aestuas.
Audit, crede, preces martyr prosperrimus omnes
ratasque reddit, quas videt probabiles.
Pareo: conplector tumulum, lacrimas quoque fundo,

77. *Pangere* A B P (supra alt.) R 1 T W (supra) Ambr. al. ap. Heins. Laur. p q u Sich. tres Fabr. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev. Obb. [Cfr. Colum. X, 251: *littera ... pangitur in cera*], *Pungere* cod. Buslid. ap. Gis. α Ald. Lugd. Gis., quod fortassis praestat, *Pingere* (supra) W Prag. Rat. a b m Gis. ad oram Weitz. [Cfr. Fest. *Pangere, figere. Unde plantae pangi ... versus pangi dicuntur vel figi in cera*]; *cuncta* u; *intendere* H.
79. *inspectes* 1 u. 85. *miseratus luctantis* male inv. m. 86. des. in u. 87. *Difficilisque* 1 m. 88. *artus* A gl. R p u Ald. Lugd. Sich. tres Gis. I Chor. Poett. Amstr; *istas* P. 89. *patescens* supra *ntes* m. 93. *quae a* A. 94. *hoc est* (gl. *ista*) A, *ita est* b.
95. *quid* m (supra *t o*) u. 96. *Spes si qua tibi est* (solito hiatu) B H W scripti ap. Heins. α a b m p q Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Obb., *Spes si qua: si quid aestuas intus tibi* Laur. u, *Si qua tibi spes est* Gis. I, *Spes si tibi est qua* Fabr. (bene iudice Obb.), *Tibi si qua spes est* Gis. Arev., *Si qua tibi spes, si quid* coni. Weitz. 97. *Audi* 1 α, *Audite* Lugd.; *credo* b. 98. *Reddet* Rat. m Weitz., quo spectat *redde* Prag., *Ratasque deo reddet* x mendose; *vidit* H contra metr.

97. *Audit*] Non omnes illo aevo cum Prudentio idem opinatos de sanctis in auxilium vocandis deque eorum intercessione ac mediatione homines inter Deumque, praeter alia documenta ex Ambrosii comment. ad Rom. 1, 21, Hieron. Ep. 53 ad Riparium satis constare Cell. h. l. opportune adnotat. Vid. etiam ipsum Prud. contra Symm. II, 227—245, 766, 905 sqq.

altar tepescit ore, saxum pectore.
Tunc arcana mei percenseo cuncta laboris,
tunc, quod petebam, quod timebam, murmuro,
et post terga domum dubia sub sorte relictam
et spem futuri forte nutantem boni.
Audior, urbem adeo, dextris successibus utor:
domum revertor, Cassianum praedico.

## X. PASSIO ROMANI MARTYRIS.

Romane Christi fortis adsertor Dei,
clinguis oris organum fautor move,

100. *Alter* 1 A, *Altare* Latin.; *tepessit* 1 α, *Altare posco ore* x corrupte. 101. *praecenseo* a. 102. *Tunc petebam* supra *qd* (= *quid*) m, *Tum .. quodque avebam*, *murmuro* Parrh. 103. *terra* A. 104. *forte* in scriptis ap. Heins. R Laur. α a p q u Ald. Lugd. Sich. tres Gis. 1 Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev., *sorte* A al. Prag b m Fabr. Gis. Heins. Cell. Obb. 105. *urbe* R, *urbe abeo* (Foro Cornelii) coni. Heins.

*Romani martyris supplicium* A, ubi sicut in R a b m p q u hic hymnus libri Perist. ultimus est. In nonnullis codd. hic hymnus extat a ceteris separatus: in O, ubi H. inter et Ps. leg., in T α, qui eum exh. post S. II, inque aliis. Inscribb. *Passio Romani* O, *Incipit eiusdem Romanus contra gentiles* T, *Sancti Romani Martyris contra Gentiles dicta. Opuscula Aurelii Prudentii Clementis*, *metro lambico senario* et carmine absoluto *Finit Sancti Romani liber Peri Stephanon. Incipit Aurelii Prudentii Clementis hymnus in laudem Sanctorum Martyrum Emeterii* etc. Ambr., nil adnotat Mariettus de Prag. Rat., *Incipit eiusdem Romanus contra gentiles*; in fine *Finit Romanus Aurelii Prudentii Clementis. V. Incipit lĩb. Peristefanon* α, *Liber de beato Romano martyre* a, *Incipit Passio s̃ci. Romani Martyris* b, *Incĩp. passio s̃ci. Romani martyris* m, Nullus titulus p, *Hymnus X in B. Romanum* q, *Passio Sancti Romani Martyris* Laur. u. Schedae Ambr. versus 30 primos huiusce hymni nomine praefationis indigetant. 2. *fauctor* a, *fauor* Sich. tres Chor. Poett.

X. Martyrol. Rom. ad d. 18. Novembris in referendo Romani supplicio Prudentii narratione atque fide nititur, qui quidem ab Eusebio (hist. eccl. VIII, 12, de mart. Palaest. cap. 2, de resurrect. II in Sirmondi opusc. a. 1643 ed., p. 92), martyris aequali, varie dissidet. Hic enim Romanum dicit Caesariensem genere, qui Antiochiae passus sit. Prud. de patria tacet, uti assolet, convenit cum Eusebio in martyrii modo. Historici graeci vocc. τῆς ἀρχικῆς εἰκοσαετηρίδος ἐπισάσης Diocletianum indicant, poeta autem v. 30 Galerium nominat. Passionis Bararae pueri (v. 656) Euseb. mentionem non facit; Prud. populum imbre cum fragore decidente (v. 856 sqq.) ad Imperatorem perrexisse petitum, ut martyrem cruciatibus liberaret, omnino nescit, neque attigit, Diocletianum vicesimo sui imperii anno captivos omnes Romano excepto libertate donasse (Euseb. de mart. Palaest. l. l.). Asclepiadem autem Syriae praefectum acta Romani martyris in fastos retulisse, ex uno Prudentio discimus. Quamobrem Cham. duos eiusdem nominis martyres fuisse putat, merito dubitante Cellario, quia ex Euseb. et Prud. in quibusdam circumstantiis

largire comptum carmen infantissimo,
fac ut tuarum mira laudum concinam;
nam scis et ipse, posse mutos eloqui.
Plectrum palati et faucium saevus tibi
tortor revulsit, nec tamen silentium
indixit ori, quo fatebaris Deum.
Vox veritatis testis extingui nequit,
nec si recisis palpitet meatibus.
Sic noster haerens sermo lingua debili
balbutit et modis laborat absonis;
sed si superno rore respergas iecur
et spiritali lacte pectus inriges,
vox inpeditos rauca laxabit sonos.
Evangelista scripsit, ipsum talia
praecepta Messiam dedisse apostolis:
„Nolite verba, cum sacramentum meum
„erit canendum, providenter quaerere;
„ego inparatis, quae loquantur, suggeram.“
Sum mutus ipse, sed potens facundiae

5. *Nam tu scis ipse* coni. Parrh.; *mutum* W (supra) Prag b m, in quo ad oram *t os*, *mutum os* coni. Mariettus. 7. *refuls.* 1 R. 10. *Etsi* Rat. b m. 11. *lingua* α a b m Gis. Weitz. Amstr. Heins. Arev., *linguae* B E H Laur. p q u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. Cell. Obb. 12. *Balbuttit* m; *et laborat absonis modis* inmerito concinnius censet Heins. 13. *spargas* A R, *respersas* B, *respargas* H Weitz.; *iecor* 1 *a*. 15. *raucos* Lugd.; *balabit* Ambr. Parrh. 16. *scribit* R Ambr. T3rr. Parrh. 19. *cauvendum* Lugd.; *providentes* Prag. Rat. b m. 20. *Ergo* u (non Laur.); *loquentur* A. 21. *facundia* Rat.

falli potuerint. Itaque cum Galerius et Diocletianus eodem tempore regnaverint [Oros. VII, 17], nil est, cur duos martyres Romani nomine insignitos fuisse statuamus. Circumlatas autem fuisse iam Prudentii aevo duas aut plures traditiones probabile fit, inter quas Eusebii aequalis narratio genuitatis speciem prae se ferat. Eusebii Caesariensis et Prudentii traditio commixta legitur in duabus Ioanni Chrysostomo orationibus suppositis (cfr. Tom. I, or. 43, 48, ed. Montfauc.) et in Homilia quadam Eusebii Gallicani (Emeseni? vid. Fabr. bibl. graec. V, 4, 26, extat in bibl. PP. Lugdun. p. 671): id quod probabilitatem illam confirmat. Ruinartus quoque l. l. duas traditiones cognoscit. Cfr. Tillemont. mémoires ecclesiastiq. V, p. 207, Les vies des Saints VIII, p. 90, Phil. Bergom. VIII, 197 et Brev. Mozarab. ad d. 18. Novbr. Romano dedicatum.

14. *Si et ori eloquentiam et pectori dederis intellectum* gl. a.

15. *rauca*] *Raucum τῶν μέσων est i. e. mediae significationis: ponitur et pro bene canenti et pro male* gl. a, vid. Serv. ad Virg. Aen. XI, 458 *Dant sonitum rauci per stagna loquacia cycni.*

18. *sacramentum*] evangelium, ni forte ad militiae Christi sacramentum allusio, cfr. Matth. 10, 19.

mea lingua Christus luculenter disseret;
ipse explicabit, quos supremo spiritum
daemon tumultus, dum domatur, moverit,
furore pestis peior in novissimo.
Sic vulneratus anguis ictu spiculi
ferrum remordet et dolore saevior
quassando pressis inmoratur dentibus;
hastile fixum sed manet profundius,
nec cassa sentit morsuum pericula.
Galerius orbis forte Romani statum
ductor regebat, ut refert antiquitas,
inmitis, atrox, asper, inplacabilis:
edicta late mundum in omnem miserat,
Christum negaret, quisque mallet vivere.
Haec ille serpens ore dictat regio,
qui mortuorum de sepulcris exiens
clamat: ,,Quid ante tempus adventu cito
,,mea regna solvis? parce, fili altissimi,
,,vel possidere corda porcorum iube.“
Praefectus istis inminens negotiis
Asclepiades ire mandat milites

22. *Me lingua* a, *Mea signa* coni. Murmellius; *Christo* Nebr.; *luculenter* Rat. α b m p q u Ald. Lugd. Nebr. Lott. (ed. Lotteri Lipsiae 1513) Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev., *luculente* a Heins. Cham. Cell. Obb.; *disserit* A 2 α a p q. 23. *spiritum* α bene, si pro *spirituum*, *spiritu* Laur. a b m p q u cum edd. 24. *Daemonum* 1 a; *donatur* 1 p; *dederit* ad oram *t mouerit* b. 25. *Furor* u. 29. *manat* Parrh. 30. *Haec* Prag. 31. *Calerius* E, *Valerius* Prag.; *orbis* om. A, *urbis* [B supra] ...*Romanae* u Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Amstr. Cell., quod quidem parum quadrat ad vs. 34. Mariettus e cod. Rat. post hunc versum: *Explicit praefatio. Incipit passio*, quae inscriptio rectius ante eundem versum in Ambr. 35. *quisquis* u. 36. *legio* B (supra alt.) W Prag. Rat. b m margo trium Sich. metro obstante. 38. *Clamabat* m Ald. Lugd.; *advento* a. 42. *iudices* supra minuto charactere *milites* Prag.

22. *mea lingua Christus*] figura grammaticalis, qualis IV, 45. Sententiarum nexus: quam saeve daemon i. e. evangelii adversarius sub decimae persecutionis finem infuriaverit, quando se superari sensit, iam ipse Christus per me patefaciet.

26. *anguis*] *Aesopi fabula de lima et serpente* gl. a. Intellige potius Phaedr. (IV, 8) *de Vipera et Lima*; nam inter Aesopi fabb. praeter 352 *Ἰχτῖνος καὶ Ὄφις* hic vix ulla trahi potest.

36. *regio*] imperatoris, ut Clem. Rom. Hom. XX, 16 *ἐκ προσταγῆς βασιλικῆς*.

38. Matth. 8, 29.

42. *Asclepiades*] Galerii Caesaris Syriae praefectus.

ecclesiasten usque de sacrariis
raptare plebem mancipandam vinculis,
ni disciplinam Nazarenam respuat.
Mox ipse templum cogitans inrumpere
et dissipare sancta sanctorum studens
armis profanus praeparabat inpiis,
altaris aram funditus pessumdare
foresque et ipsas in ruinam solvere.
Praecurrit index his repente cognitis
Romanus acris heros excellentiae,
venire in armis perduelles nuntiat
animos paventem praestruens hortatibus,
stent ut parati, neve cedant turbini.
Conspirat uno foederatus spiritu
grex Christianus, agmen inperterritum,
matrum, virorum, parvulorum, virginum:
fixa et statuta est omnibus sententia
fidem tueri vel libenter emori.
Refert repulsus miles ad subsellia,
plebis rebellis esse Romanum ducem,
flagrare cunctos pervicaci audacia,
iugulos retectos obstinate opponere,
quo gloriosa morte fortes oppetant.
Praeceps iubetur inde Romanus rapi,
solusque ut incitator et fax omnium,

43. *Ecclesiasten usque* T secundum Salmasii collationem 1 $\alpha$, ubi *ecclesiastenusque*, Heins. Cham. Cell., id sibi vult *Ecclesias tenusque* Ambr. T ap. Heins., *Ecclesia tenus usque* Prag., *Ecclesiatenus ac* H et libb. duo aut tres ap. Heins. Rat. a p q, *Ecclesiam tenus ac* E P, *Ecclesiatenusque* A R Laur. b m u Fabr. Gis. Weitz., *Ecclesia tenusque* Vall. 2 $\alpha$ Lott. Amstr. Obb, *Ecclesiatenus quae* Ald. Lugd. Sich. tres, *Ecclesia tenus quae* Chor. Poett., *Ecclesia tenus atque* Altin. coni. Gis. Arev. [De particula *que* Obb. conferri vult IX, 47]. 48. *profanis* Ald. Lugd.; *inpius* Lott. 49 *arcam* T; *pessumdare* p, *pessundare* u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett Amstr. 50. *que* om. u; *in ruinam vertere* Prag. b. 51. *Praecuccurit* H perperam. 52. *sacrae heros* A H R Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett., *acrae* 1 T; *excolentię* q; *Romanae sacrae heros excolentię* a in marg. pro div. lect., *Sacrae Romanus heros excellentiae* Laur. u, *Romanus heros excellentiae sacrae* Vall. Fabr., *Heros sacrae Romanus excellentiae* coni. Cauch. 54. *praestruens hostibus* Prag. perperam. 60. *ut lib.* a. 63. *pertinaci* Prag. b. 67. *Solus ut* H, *solusque et* u Ald. Lugd.

49. *altaris aram*] C. VII, 203. 61. *ad subsellia*] „Praefecti, qui et Praetoris vicem gerebat.“ *Fabr.* Sunt autem tribunalia, Praefecto ipsis iudicibus ibidem praesidente.

pro contumaci plebe causam dicere.
It non resistens seque vinciri petit
flexas et ultro torquet in tergum manus.
Amor coronae paene praevenit trucem
lictoris artem sponte nudas offerens
costas bisulcis execandas ungulis:
inrumpit altum limen et praeconibus
stupore mutis ipse tortorem trahit.
Adstanti ob ora sic tyrannus incipit:
„Infame monstrum, vilis, intestabilis,
„tu ventilator urbis et vulgi levis
„procella, mentes inquietas mobiles,
„ne se inperita turba dedat legibus:
„populare quiddam sub colore gloriae
„inlitterata credidit frequentia,
„ut se per aevum consecrandos autument,
„si bella divis, ceu gigantes, inferant
„victique flammis obruantur montium.
„Hoc tu parasti, perdite, spectaculum
„cladis cruentae de necandis civibus,
„quos ut profanos, inpiati et seculi
„reos, necesse est te magistro interfici:
„tu causa mortis, tu malorum signifer.
„Ni fallor, aequum est, ut quod auctor inprobus
„tolerare multos conpulisti ut carnifex,

69. *Et* A. 71. *poene* ad oram *at: prope* α, *pone* margo trium Sich. 72. *arce* R. 73. *exarandas* Lott. Gis. 74. *Irrupit* u. 78. *Tuentilator* A E. 79. *mobilis* 1 α, *mobiles* Laur. 2 α a b m p q u et edd.; in nonnullis vulg. ap. Arev. post *inquietas* perperam commate distinguitur, utpote quod verbum finitum sit, non adiect. 83. *autumant* A 2 α Ald. Lugd., *autumat* Vall. 86. *o perdite* Prag. 87. *Claudis* A. 88. *et* tres vetustiores (ut videtur) Heinss. Laur. Vall. α b m u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Amstr. Heins. Cell. Arev., om. *et* A E P R quattuor mss. Heinsii a p q Chor. Poett. Obb. 92. *ut* A Laur. Rat. Vall. 1 α a b m (cum gl. *.i. ceu*) q u Ald. Lugd. Lott. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett Amstr. Obb., qui parum recte refert ad C. VII, 20, om. *ut* R Prag. 2 α p Heins. Cell. Arev.

74. *altum limen*] „Iudicis praetorium ingreditur." *Nebr.* Templi magnificentiam denotari a liminis sublimitate, parum feliciter explicat Fabr., nisi forte templum capit pro basilica, ubi iudicia fiebant.

77. *intestabilis*] Adlegat Obb. Porphyr. ad Hor. Sat. II, 3, 181: *Antiqui eos, quos in testimonium dimitti nolebant, intestabiles dix., scilicet detestabiles, quorum testimonium malum et execrandum esset.* H. Unterholzn. et Heind. Digest. XXVIII, 1, 88, Gell. N. A. XV, 13, Tac. Annal. XV, 55, 5: *incusat intestabilem et conscleratum*, Kritz. ad Sal. Iug. LXVII, 3, Rein. römiscb. Privatrecht p. 109.

„in te recurrat proque tantis caedibus,
„quae mox futurae, primus exitium luas,
„feras et ipse, quod ferendum suaseras.“
His ille contra reddit ore libero:
„Amplector, o praefecte, nec me subtraho,
„ut pro fideli plebe solus inmoler,
„dignus subire cuncta, si me consulis,
„quaecunque vestra iusserit crudelitas.
„Intrare servis idolorum ac daemonum
„sanctam salutis non licet nostrae domum,
„ne polluatur purus orandi locus:
„confido sancto in Spiritu, nunquam tibi
„dandum, ut beatum limen attingas pede;
„ni forte noster factus in nostrum gregem
„mereare sumi, quod pater faxit Deus.“
Incensus his Asclepiades iusserat
eviscerandum corpus eculeo eminus
pendere et uncis vinculisque crescere.
Adparitores sed furenti suggerunt
illum vetusta nobilem prosapia,
meritisque multis esse primum civium.
Iubet amoveri noxialem stipitem,
plebeia clarum paena ne dampnet virum.
„Tundatur“ inquit „terga crebris ictibus
„plumboque cervix verberata extuberet:

94. *Quē* p; *primo* supra *t us* m; *exitum* Ald. Lugd. 96. *redditor e libero* A, *redduntur e libero* E. 99. *Dignus sum* Prag. (gl.); *consulas* B Rat. 1 m Sich. tres Fabr. Chor. Poett. Amstr. 101. Voc. *idolorum* eraso recens corrector scripsit *pessimorum* in Rat. 103. *ornandi* perperam Sich. II III (non I). 104. *sancto in spiritu* T Ambr. Vall. α Parrh. Heins. Cell. Arev. Obb., om. *in* Sich. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett. Amstr., *in sancto spiritu* A R W Laur. a m p u Ald. Lugd. Gis. ad oram, *in spirutu sancto* b q, *in almo spiritu* Lott. Gis. 106. *Nisi* R a m p u Ald. Lugd. Sich. tres Weitz. Chor. Poett. Amstr.; *noster* des. in u. 107. *Merearis uni* A E, *Merearis sumi* a p; *faxat* b. 108. *Intentus* u. 110. *ungulisque* B H (non P W) q Vall. Lott. margo trium Sich. Fabr. Gis. Weitz., sed cfr. I, 105. 112. *genitum* W, sed ad oram *nobilem*, et illinc Weitz. 116. *Tundatur... terga* A 1 R T Altin. α a p Ald. Lugd. Gis. ad oram Gif. p. 449 Heins. Cell. Arev., *Tendatur* Ambr., unde *Tendatur, inquit: terga crebris ictibus Plumboque cervix verberata extuberent* coni. Heins., *Tundatur...tergum* B 2 R W Laur. Rat. Vall. b m q u Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett., *Tundantur... terga* Parrh. Lott. Amstr. Luneb. 1648 Obb. 117. *exuberet* H, *excuberet* q.

117. *plumboque*] flagello, in cuius funicolorum vel lororum summitatibus globuli plumbei vel glandes aeneae affixae erant. Quae Romae in Museo

,,persona quaeque conpetenter plectitur
,,magnique refert, vilis, an sit nobilis:
,,gradu reorum forma tormentis datur.“
Pulsatus ergo martyr illa grandine,
postquam inter ictus dixit hymnum plumbeos,
erectus infit: ,,Absit, ut me nobilem
,,sanguis parentum praestet aut lex curiae:
,,generosa Christi secta nobilitat viros.
,,Si, prima nostris quae sit incunabulis
,,origo, textu stemmatis recenseas,
,,Dei parentis esse ab ore coepimus.
,,Cui quisque servit, ille vere est nobilis:
,,Patri rebellis, invenitur degener.
,,Honos deinde stemmati accedit novus
,,et splendor ingens ut magistratus venit,
,,si confitendi nominis testem probum
,,signent inusta ferri et ignis vulnera
,,et vim dolorum mors sequatur inclita.
,,Cave benignus esse perverse velis,
,,nec mi remissus leniter peperceris:
,,incumbe membris, tortor, ut sim nobilis:
,,his ampliatus si fruar successibus,
,,genus patris matrisque flocci fecero.
,,Haec ipsa vestra dignitatum culmina
,,quid esse censes? nonne cursim transeunt
,,fasces, secures, sella, praetextae togae,

124. *Curia* coni. Arev. 125. *septa* u; *virum* Lott. 126. *nostri* Ambr. Parrh. Heins. Cham. Cell., *quae sit nostris* W. 128. *cepimus* m. 129. *quisquis* Lott. Parrh. 131. *Honor* a p. 133. *Sic* u. 135. *Finem* Rat. b m, in hoc ad oram *t Et uim, Et inde* Prag. 136. *per se* A, *perverse ut velis* Vall. Fabr., *perversibilis* B H W (*perverse velis* ad oram) Rat. b m margo trium Sich. Weitz. 137. *mire missus* p. 138. *iam tamen* supra *iam tum* vel *iam sum* Prag., *iam tum* supra *t ut sim* b m. 140. *floccifecero* u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. 143. *sellae* Prag. Rat. m q Sich. tres Weitz. Chor. Poett. Amstr. Obb. parum recte, siquidem quartus pes spondeus esse nequit; *praetextae togae* A R Laur. a a m p q u (in hoc quidem *praetextae: togae*) Lott. Sich. tres (heic *praetextae, togae*) Weitz. Chor. Poett. (*praetextae, togae*) Amstr. eum eadem distinct. Arev. Obb., *praetexta, togae* O b Ald. Lugd., *praetextae, toga* H Vall. Fabr. Gis., *praetexta et togae* Ambr. Parrh., *praetexta et toga* coni. et edd. Heins. Cham. Cell.

Christiano asservantur plumbatae, catenulis ferreis glandes colligatas habent. Cfr. Zosim. V, 2, 7, Ov. Met. XI, 227, ib. Bach., Virg. Aen. IX, 588.

121. *grandine*] plumbatarum globulis.

„lictor, tribunal et trecenta insignia,
„quibus tumetis moxque detumescitis?
„Cum consulatum initis, ut vernae solent,
„pudet fateri, farre pullos pascitis,
„aquila ex eburna sumit adrogantiam
„gestator eius ac superbit beluae
„inflatus osse, cui figura est alitis.
„Iam si sub aris ad sigillorum pedes
„iaceatis infra sectilem quercum siti,
„quid esse vobis aestimem proiectius?
„nudare plantas ante carpentum scio
„proceres togatos matris Ideae sacris.

144. *haec trecenta* A E H α p bene *δειχτιχῶς* intelligendum de adstante aut absente summo magistratu, *et trecenta* Laur. a b m q u cum edd., *ac trecenta* coni. Obb. ad vs. 399 et XIV, 112 referens. 145. *et mox detumescitis* u. 146. *Dum* m; *verni* A, *vermes* b et cod. Coleri ad Val. Max. p. 548 (i. e. noster cod. m, ubi *vermes*, supra *i verres* et ad oram *vernae*). 148. *sumti* b vitiosa litter. transpositio. 151. *suberis* Ald. Lugd. male. 152. *intra* W b m q. 153. *extimem* u. 154. *cerpentum* l m. 155. *Proceres: togatos* u; *Proceres togatosque* p; *matri sidee* A, *matris deę* l m p.

147. *pullos pascitis*] *Idem pullos pascebant, ut in illorum comestione augurium caperent: sicuti legitur de quodam consule, qui imminentibus hostibus proiecit annonam ante pullos, ut in eorum comestione augurium caperet. Cumque nihil gustassent, proiecit eos in mare dicens: at bibite. Illi autem necati sunt. Sicque contigit, ut ipse fugiens hostes naufragium pateretur* gl. a, Plin. H. N. X, 21, 24: *Hi (pulli) magistratus nostros quotidie regunt, domus ipsis suas claudunt ac reserant: hi fasces Rom. impellunt aut retinent, iubent acies aut prohibent victoriarum omnium toto orbe partarum auspices: hi maxime terrarum imperio imperant* etc., cfr. Cic. de divin. II, 34, 72, Liv. X, 40.

148. *aquila*] Vid. S. I, 349.

151. *sigillorum*] *simulacrorum, signorum* [infra 235], *idolorum* Iso.

154 sqq. *nudare plantas*] „Describitur quintus *lavationis Matris Ideae*, Cybeles, dies (Kal. VI. April.), cfr. Herodian. I, 10. 11, Ov. Fast. IV, 337: *Est locus, in Tiberim qua lubricus influit Almo* (Stat. Silv. V, 1, 222.) ... *Illic purpurea canus cum veste sacerdos Almonis dominam sacraque lavit aquis*, Arnob. VII, p. 237, August. Civ. dei II, 4, VII, 26, Graev. thes. antiq. rom. VIII, p. 97, H. Westphal. die röm. Campagne (Berlin, 1829, 4), p. 3. Sed nobiles pedibus nudis ad Almonem ivisse, apud Prud. solum legitur.“ *Obb.* Andr. Fulvius (Lib. I, cap. de Ostia Tiber.) lavationis simulacri Cybeles mentione facta ita scripsit (1545): „Qui lavandi mos servatur hodie Romae in lavandis pedibus imaginis Salvatoris, dum gestatur per Urbem mense Augusti [Vigilia festi ascensionis Mariae virginis].“ Vid. Marangoni delle cose gentilesche e profane, trasportate ad usu e adornamento delle chiese p. 193 sqq. Identidem Anonymus quidam a. 1561 (vid. Martinelli Roma ex ethnica Sacra p. 157): *ed il lavare de' piedi al Salvadore in S. Maria Nuova, è osservato in memoria del lavare, che facevano i Sacerdoti ogn' anno il primo giorno di Aprile la Dea Cibele.*

„Lapis nigellus evehendus essedo
„muliebris oris clausus argento sedet:
„quem dum ad lavacrum praeeundo ducitis,
„pedes remotis atterentes calceis
„Almonis usque pervenitis rivulum.
„Quid illa turpis pompa? nempe ignobiles
„vos esse monstrat, cum Luperci curritis.
„Quem servulorum non rear vilissimum,
„nudus plateas si per omnes cursitans
„pulset puellas verbere ictas ludicro?
„Miseret tuorum me sacrorum et principum
„morumque, Roma, seculi summum caput.
„Age explicemus, si placet, mysteria,
„praefecte, vestra: iam necesse est audias,
„nolis velisne, quid colatis sordium.
„Nec terret ista, qua tumes, vesania,
„quod vultuosus, quod supinus, quod rigens
„tormenta leti conminaris asperi:
„si me movere rebus ullis niteris,
„ratione mecum, non furore, dimica.
„Iubes relictis Patris et Christi sacris,
„ut tecum adorem feminas mille ac mares,
„deos deasque deque sexu duplici
„natos, nepotes, abnepotes editos,

156. *gemellus* Prag. b m, in hoc supra *l nigellus*; *esseda* R Laur. 2 α a p (*essedo* 2 p) q u Ald. Lugd. 157. *eris* q. 158. *lauachrum* p. 160. *praevenitis* H, *perventuri* T. 161. Cod. p finis. 164. *plateas super omnes* u. 165. *Pultet* Parrh.; *actas* 2 α Ald. Lugd. Sich. tres Torn. Chor. Poett. 166. *et sacrorum* Rat. b m (in quo supra *me*); *ac principum* q. 167. *ęcli* b m. 170. *Velis nolisque* Rat., *Velis nolisne* b m, *Nolis velis*, *nequid* Vall. q u Parrh. Fabr. Chor. Poett., *Nolis, velisve* Lott. (beic sine interpunct.) Gis. Amstr. 171...174 bis extant in R; *Ne* a; *quatumus* A; *insania* u. 174. *moveri* H; *ullus* E. 175. *dimicā* α. 177. *ac mille* inv. b q u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis., *et mille* Vall.; *matres* l m. 178. *Deas deosque* R Laur. α m u Ald. Lugd.

156. *Lapis nigellus*] Cybeles, quae in Ida monte colebatur, simulacrum lapideum.

157. *muliebris oris clausus*] „muliebris faciei, figura argentea tamquam capsula, lapis ille clausus." *Cell.*

162. *Luperci*] Cfr. S. II, 861, P. II, 518.

167. *seculi*] orbis terrarum, mundi, ut Sedul. Hymn. (*A solis ortus cardine*) 5: *Beatus auctor seculi*, (A. 507 *imperii domina*). Cfr etiam P. II, 584, Claud. de secundo consulatu Stiliconis v. 131 sqq., Tac. Germ. 19 *nec corrumpere et corrumpi seculum vocatur*, qui Taciti locus inprimis ad nostrum interpretandum aptus est.

178. *sexu duplici*] Arnob. III, p. 103: *partem unam* (deorum) *mares, alteram feminas*, Lact. I, 15, 19.

„ut tot stuprorum sordidam prosapiam.
„Nubunt puellae, saepe luduntur dolis,
„amasionum conprimuntur fraudibus,
„incesta fervent: furta moechorum calent,
„fallit maritus, odit uxor pellicem,
„deos catenae conligant adulteros.
„Ostende, quaeso, quas ad aras praecipis,
„vervece caeso fumet ut caespes meus?
„Delphosne pergam? sed vetat palaestrici
„conrupta ephebi fama, quem vester deus
„effeminavit gymnadis licentia.
„Mox flevit inpuratus occisum gravi
„disco et dicavit florulentum succubam.
„Conductus idem pavit alienum pecus,
„furem deinde perditi passus gregis
„segnis bubulcus tela et ipsa perdidit.
„An ad Cybebes ibo lucum pineum?

180. *Ut* T α Heins. Cham. Cell., *Et* A R Laur. a b m q u Ald. Lugd. Weitz. Arev. Obb, *Ac* Vall. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr.; *prosapiem* O Ald. Lugd. Lott. Heins. 185. *Duos* Prag. 186. *ad oras* E, *adoras* a. 187. *Verbecae* B W Weitz., *Verbece* 1 Prag. Rat. 2 b, *Verbice* 1 b 1 m, *Buerbice* 2 m; *feruet ut* q. 188. *uetant* a q u. 189. *Conrupta* A; *phobi* u; *quam* 1 m. 192. *florulentum subcubum* supra *florulentam succubam* B, *florulentam cucubam* W b, *florulentum cucubam* Prag. m, in quo *florulentam* man. rec., *florulentum succubam* Rat. (non a) priorib. eras., Marietto prius fuisse videtur *cucubam*, ad oram *cucubum i sucubum*. 195. *bulcus* α. 196. *Cybebes* Heins. Cell. Arev. Qbb., *cibebes* m pro div. lect. ad oram. [Cfr. Cort. ad Lucan. I, 600.

181. *Nubunt puellae*] Herculi Hebe, Plutoni Proserpina. — *luduntur dolis*] fraude decipiuntur, ut a Iove Europa.

182. *amas. conpr. fraud.*] Lact. I, 11, 18: *Danaen violaturus Iuppiter aureos nummos in sinum eius infudit: at poetae ... finxerunt, ipsum in aureo imbre delapsum.*

183. *furta moechorum*] *Martis et Veneris* Mar., Iovis et Alcmenae vel Iovis et Nympharum, Clem. Rom. Hom. IV, 16 *μοιχοῖς δὲ ὑπὲρ μοιχείας βοηθῶν [ὁ βασιλικώτατος Ζεὺς] αὐτὸς πολλάκις μοιχὸς εὑρέσχεται.*

184. *maritus...uxor*] Iuppiter... Iuno.

185. *deos catenae conligant*] Ov. Met. IV, 171: *Primus adulterium Veneris cum Marte putatur Hic vidisse deus* (Sol) ... *Iunonigenaeque marito* (Vulcano) *Furta tori furtique locum monstravit ... Exemplo graciles ex aere catenas Elimat* etc., Hom. Od. VIII, 266, Lucian. dial. deor. XVII.

187. *caespes*] vid. V, 50.

189...195. *ephebi* sqq.] Ov. Met. X, 183, Lact. I, 10, 3: *Formosum puerum et, dum amat, violavit* (Apollo Hyacinthum), *et, dum ludit, occidit. Nonne* (idem) *ob amorem, quo flagrabat, turpissime gregem pavit alienum* (Admeti regis Phthiotidis, Hygin. fab. 49. — *Furem*] Mercurium, cfr. Hor. Od. I, 10, 9, ib. Mitscherl. Arnob. IV, p. 143.

196. *lucum pineum*] pinus arbor Cybelae sacra: ipsa Mater deorum in

,,puer sed obstat Gallus ob libidinem
,,per triste vulnus perque sectum dedecus
,,ab inpudicae tutus amplexu deae,
,,per multa Matri sacra plorandus spado.
,,Sed, credo, magni limen amplectar Iovis:
,,qui si citetur legibus vestris reus,
,,laqueis minacis inplicatus Iuliae,
,,luat severam vinctus et Scantiniam
,,te cognitore dignus ire in carcerem.
,,Quid aureorum conditorem temporum
,,censes colendum? quem fugacem non negas
,,latuisse furtim, dum reformidat malum:
,,quem si beate vivere audit Iuppiter,
,,plectat necesse est occulendi conscios.
,,Quid inter aras dissidentum numinum
,,putas agendum? Martis indignabitur

Gud. ad Phaedr. p. 75. Drakenb. ad Sil. It. XVII, 8. Forbiger. ad Virg. Aen. X, 220. Lindem. ad Fest. p. 374], *Cybaebis* A E (ap. Weitz.), *Cybebis* E (ap. Heins.) T Altin., *Cybeles* α Cham., *cybęlis* a, *Cibelis* H b q, *cibiles* 1 m, *cibilis* 2 m, *Cybelis* Laur. u Weitz. Amstr., *Cybellis* Ald. Lugd. Sich. tres Torn. Fabr. Gis. Chor. Poett. Gall. 198. *perquem* A.

200. *matris* R Prag. b m q u Weitz. Amstr.; *sacra* supra *t aera* R, unde *matris aera* coni. Heins., *sistra* olim coni. Obb. 202. *scitetur* W Prag. m, *siscitetur* b; *nris* R, *vestri* Sich. tres Torn., ubi Latin. corr. *vestris*. 203. *implicetur* u. 204. *Luet* R 2 α (supra gl. *pro reluet*) a (supra gl. *persoluet*) u Ald. Lugd. Fabr.; *seuerum* m; *uictus* α m u Ald. Lugd. Lott. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr.; *scatiniam* 2 α a q u coni. Latin. Cham. Nil certi affirmare auserim de Prag. et Rat. ex confusis obscurisque Marietti adnotamentis. 205. Post *carcerem* interrogandi signo disting. Heins.; hic in Ambrosiano multa desiderabantur usque ad vs. 454. 206. *Quod* Prag. 208. *furem* T; *pauesceret* Gis. ad oram. 209. *audet* supra alt. P. 210. *occulendi conscius* A, *oculendi conscius* Prag., *colendi* (supra *t occulendi*) *conscius* m, *oculendum conscios* q. 211. *dissidentium* W b, *discidentum* cum gl. *discordantium* α, *dissidendum* q.

montibus, ubi pinorum nemora, colebatur. Vid. Virg. Aen. IX, 85, Arnob. V, p. 164, Iulian. Orat. V, p. 168, Marangoni l. l. p. 96.

197. *Gallus*] Cfr. S. II, 523.

203. *Iuliae*] ,,De lege *Iulia de adulteriis* vid. Brisson. de form. 17, Rosshirt. Criminalrecht p. 202, Heinrich. ad Iuven. IX, 87, p. 369. Lex *Scatinia* (*Scantin.* Suet. Domit. 8, ib. Oudend.) *de nefanda Venere* a C. Scantinio Capitolino Aricin. (?) contra molles et effeminatos a u. c. 527, (525?) data, cfr. Cic. Phil. III, 6, Plutarch. Marcell. 2, Pigh. Annal. Rom. II, p. 117, Orelli in Cic. Vol. VIII. P. III, p. 259, Heinrich. ad Iuven. II, 45, p. 96, I. F. Christ. hist. leg. Scatin. Halae, 1727 (in Collect. dissert. histor. antiq. iurid. Brem. 1785, p. 1.)." *Obb*

205. *cognitore*] iudice, ut infra 571, cfr. Heindorf. ad Hor. Sat. II, 5, 31.

206. *conditorem*] *Saturnum* Iso, cfr. S. I, 45.

„offensa virtus, si colatur Lemnius.
„Iunonis iram sentiet, quisque ut Deum
„signo aut sacello consecrarit Herculem.
„Dicis licenter haec poetas fingere:
„sed sunt et ipsi talibus mysteriis
„tecum dicati, quodque describunt, colunt.
„Tu cur piaculum tam libenter lectitas,
„cur in theatris te vidente id plauditur?
„Cygnus stuprator peccat inter pulpita,
„saltat Tonantem tauricornem Ludius,
„spectator horum pontifex summus sedes,
„ridesque et ipse, nec negando diluis,
„cum fama tanti polluatur numinis.
„Cur tu, sacrate, per cachinnos solveris,
„cum se maritum fingit Alcmenae deus?
„meretrix Adonem vulneratum scenica
„libidinoso plangit adfectu palam,
„nec te lupanar Cypridis sanctae movet?
„quid, quod sub ipsis veritas signis patet,
„formata in aere criminum vestigiis?
„quid vult sigillum semper adfixum Iovi

213. *lennius* u. 214. *aut deum* coni. Arev. 215. *Signa* 1 α; *consecraret* q. 216. *Dices* O Laur. u Ald. Lugd. Fabr. Gis. (non Heins.). 219. *Tu turpia dum* a q corrupte, *Tu cur piaculum* b u Lott. haud melius. 220. *audiente* Laur. u. 221. *stuprosa* Gramm. Haupt. p. 92, 2. 222. *comantem* B (supra) W Prag. cum gl. *saltando repraesentat habentem comas*, Rat. b m (in hoc supra *t tonantem*); *Ludius* Obb., *ludius* T Gis. Heins. Cell. [Cfr. Ov. A. A. I, 112], *Lidius* B W b m q Weitz., *Lydius* vel *lydius* Laur. α a u et relqq. edd. 224. *Ridensque* T; *diluis* A 1 α a b m q Lott. Sich. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Cell. Arev. Obb., *deluis* R Laur. 2 α u Ald. Lugd. Gis. Heins. 226. *sacratae* b. 228. *Meritrix* Rat.; *Adonem* Laur. α a m (ad oram) u Weitz. Heins. Obb., *spadonem* B (ad oram) W Prag. Rat. (sine ulla litura) b m Parrh., *Adonin* q Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Cell. Arev. 230. *Ne* u. 231. *Quicquid* α Ald. Lugd., *Quia quod* Sich. tres; *ipsa* Cell.

213. *Lemnius*] Vid. v. 185.

214. *Iunonis iram*] Iovis cum Alcmena, Amphitryonis coniuge, adulterio Hercules genitus. Vid. Apollod. II, 4, 8.

221. *Cygnus stuprator*] Iuppiter in olorem mutatus Ledam Tyndari uxorem compressit, unde Pollux et Helena. Hygin. 77, Apollod. III, 10, 6, S. I, 60. De fabulis deorum, quae in scenis agebantur, Obb. consuli vult Lobeck. Aglaophan. II, p. 1305, Bernhardy Grundriss der römischen Literatur, p. 186.

228. *Adonem*] Apollod. III, 14, 4.

231. *sub signis*] Vid. supra ad v. 151.

„avis ministrae? nempe velox armiger
„leno, exoletum qui tyranno pertulit.
„Facem recincta veste praetendit Ceres:
„cur, si deorum nemo rapuit virginem,
„quam nocte quaerens mater errat pervigil?
„fusos rotantem cernimus Tirynthium:
„cur, si neaerae non fuit ludibrio?
„Quid rusticorum monstra detester deum,
„Faunos, Priapos, fistularum praesides,
„nymphas natantes incolasque aquatiles,
„sitas sub alto more ranarum lacu,
„divinitatis ius in algis vilibus?
„Ad haec colenda me vocas, censor bone?
„potesne quidquam tale, si sanum sapis,
„sanctum putare? nonne pulmonem movet
„derisus istas intuens ineptias,
„quas vinolentae sompniis fingunt anus?
„aut si quod usquam vanitatis mysticae
„nobis colendum est, ipse primus incipe;
„promisce adora, quidquid in terris sacri est,
„deos Latinos et deos Aegyptios,
„quis Roma libat, quis Canopus supplicat.
„Venerem precaris? conprecare et simiam.

235. *quod* 1 b et supra pro div. lect. m. 236. *praecincta* mallet Peveratus cum Nebr., *recinctam* A; *praetentit* E a. 238. *Et nocte* u, *Hanc nocte* Lott. 240. *si enereide* Prag.; *sine aere* 1 α a Ald. Lugd. Lott. Sich. tres, *sine ere* m, *si neaere* 2 α, *si neere* Rat. q, *si neere* u, *sibi nere* Parrh. 241. *detestor* B b Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. 242. *praesides* supra *i praesules* a. 245. *vis* Lott. Gis. Amstr.; *uluis* Parrh. 248. *put et* A ap. Obb. [sed in cod. A sicuti in R *putare* legi mihi rescripsit Ieepius.] 250. *vinulentae* Rat. m, *vino lentae* Ald. (non Lugd.). 251. *At* Gis. Gif. Amstr. Heins. Cham. Cell.; *quod* A B E H P α a b m q u Lott. Weitz. Arev. Obb. [Cfr. Gif. in voc. *quod*], *quid* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cham. Cell.; *usquam est* A (forsan B) Laur. α u Ald. Lugd. Sich. tres Lott. Chor. Poett. Amstr. 252. *primum* u Ald. Lugd. 253. *Promisce* A E T W (supra) Altin. α a q Weitz. Arev., qui *Promisce*, *adora* incidendum putat, Obb., *Promiscue* B H P R W Prag. Rat. b m Fabr. Gis., *Pronusque* Ald. Lugd. Sich. tres Gis. ad oram Chor. Poett. Amstr. Heins. Cham. Cell., *Permisce* Laur. u; *quidquam* A; *in terras* 1 q [an *terra*?]. 256. *et* om R.

234. *avis* sqq.] „Plin. H. N. X, 3: *Negant unquam hanc alitem fulmine exanimatam, ideo armigeram Iovis consuetudo indicavit.* De Ganymede vid. S. I, 70, de Proserpina a Plutone rapta Apollod. I, 5, 1 sqq., Ov. Met. IV, 552, et de Hercule Tirynthio, Omphalae servo, Apollod. II, 6, 3." *Obb.*

256. *simiam*] *Tria sunt genera simiarum: Sphinx est idem simia villosa; circopeticus est aliud mirabilis formae, hunc colunt Aegyptii;*

„Placet sacratus aspis Aesculapii?
„Crocodilus, Ibis et Canis cur displicent?
„adpone porris religiosas arulas,
„venerare acerbum cepe, mordax allium.
„Fuliginosi ture placantur lares
„et respuuntur consecrata oluscula:
„aut unde maior esse maiestas focis,
„quam nata in hortis sarculatis creditur,
„si numen ollis, numen et porris inest?
„Sed pulcra res est forma in aere sculptilis:
„quid inprecabor officinis Graeciae,
„quae condiderunt gentibus stultis deos?
„forceps Myronis, malleus Polycliti

257. *aescolapii* b m. 258. *Crocodillus* nostri scripti omnes; *Ybis* B W Weitz.; *Canis* R Laur. 1 α b m q u Weitz. Heins. Cell. Arev., *Canes* A 2 α a Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Obb.
259. *portis* P, *toris* Sieb. tres Chor. Poett.; *relegiosas* α. 260. *acuerbum* 1 α, qui scr. *caepe, aceruum* 1 m. 262. *holuscula* Rat. et nostri codd. omnes cum Ald. Lugd. Sieb. tribus Fabr. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cham. 263. *At* E Gis. Amstr. 264. *plantae* Fabr.; *ortis* Lugd.
265. *ollis* supra *pro illis* Rat., *illis* 2 α; *Si numen ignibus. ollis numen, et porris inest?* Ald., corr. non melius: *Si numen ignibus, ollis. et, porris inest.*, Lugd.: *Si numen ignibus, ollis, et porris inest?* 266. *ineris* 1 m. 267. *gratiae* a, *gretię* b. 268. *stultos* Sieb. tres Weitz. Chor. Poett. 269. *Forceps* cum gl. *Zanga* m; *miromus* u; *Polycliti* a Heins. Cham. Cell. Obb., *policliti* α b m Weitz., *Polycleti* Laur. q u Arev., *Pollycleti malleus* Ald. Lugd., *Polycleti malleus* Lott. Sieb. tres Fabr. Chor. Poett. Amstr., *malleus Polycleti* Arev.

*tertium est illius, quam nos habemus sine caudis* gl. a. Cfr. Iuven. XV, 2: *Crocodilon adorat Pars haec* (Aegypti), *illa pavet saturam serpentibus ibin. Effigies sacri nitet aurea cercopitheci* (i. e. simiae Thebis cultae: Mart. VII, 87, 5). Vid. Creuzer. Symbolik I, p. 322, Böttiger. Andeutungen zur Kunstmythologie, p. 17.

258. *Ibis*] Martyrium Ignat. ineditum cap. II in nostra PP. Apost. ed. p. 369: *Ἰγνάτιος εἶπεν [πρὸς Τραϊανόν·] τάχα τοῖς τῶν Αἰγυπτίων κελεύεις με θῦσαι βοΐ καὶ τράγου ἤβῃ καὶ πιθήκῳ καὶ ἀσπίδι ἰοβόλῳ καὶ κυνί, λέοντι καὶ κροκοδείλῳ κτλ.*, cod. bibl. Bern. ap. Sinner.: *meridiana pars ibices aves vocat, qua Nili fluentis inhabitant. Orientalis vero, occidentalisque plaga parva quadrupedia ibices nominat, quibus est moris in petris parere, quae neque sciunt nisi in petris habitare.* — *Canis*] Martyr. Ignat. ined. l. l. *κύων* i. e. latrator Anubis (S. II, 532). Vid. Iuven. XV, 8 *Oppida tota canem venerantur.* Qui *Canes* legunt, canes et feles totam per Aegyptum sacras haberi et sicuti ipsos sacerdotes sepeliri dicunt. Cfr. Cic. Tusc. V, 27, 78, Herodot. II, 67: *τὰς κύνας ἐν τῇ ἑωυτῶν ἕκαστοι πόλι θάπτουσι ἐν ἱρῇσι θήκῃσι*, Creuzer. Comment. Herodot. I, p. 161, Symbolik l. l., Zoëga de Obelisc. p. 283.

259. Iuven. Sat. XV, 9 *Porrum et cepe nefas violare et frangere morsu. O sanctas gentes, quibus haec nascuntur in hortis Numina.*

265. *ollis*] aut quia ollae in focis stabant et foci notante Cell. sacri erant, aut quia ollarum forma divorum imagines exprimebat.

269. *Myronis ... Polycliti*] uterque statuarius celeberrimus, Plin. H.

„natura vestrum est atque origo caelitum.
„Ars seminandis efficax erroribus
„barbam rigentem dum Iovis circumplicat,
„dum defluentem leniter flectens comam
„limat capillos et corymbos Liberi,
„et dum Minervae pectus hydris asperat,
„iniecit atram territis formidinem,
„ut fulmen aeris, ceu Tonantis, horreant:
„tremant venenum sibilantis Gorgonae,
„putent ephebum post triumphos Indicos
„ferire thyrso posse, cum sit ebrius.
„Tum quod Dianam molle succinctam vident
„venantis arcum pertimescunt virginis:
„si forte vultum tristioris Herculis,
„liquore crispo massa finxit fusilis,
„clavam minari, ni colatur, creditur.
„Iam quis paventum corda terror occupat,
„Iunonis iram si polite expresserit?
„velut retortis intuens obtutibus
„avertat ora de litantis hostia,
„lapis severa fronte mentitur minas.
„Miror, quod ipsum non sacrastis Mentorem,
„nec templum et aras ipse Phidias habet,
„fabri deorum vel parentes numinum:

270. *uerorum est* Ald. Lugd., *est* om. Gif. p. 464. 273. *defluentes* P. 278. *Gorgonis* Lott. Gis. ad oram. 279. *ephaebum* W Weitz. 281. *Tunc* b m, in hoc *t tum* supra; *succintam* E. 282. *pertumescunt* u; *virgines* E. 283. *tristiores* l Rat. 284. *Licore* α u. 285. *Clavam* E H a q Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Heins. Cham. Cell. Arev. Obb., *Clavem* A, *Clava* Rat. Laur. α b m u Lott. Weitz. Amstr. 287. *iras* T. 288. *Velud* Weitz. cum H, *Vel ut* b; *detortis* Prag. Rat. b l m. 289. *Avertit* b m; *delitantis* A R q u Weitz. Amstr., *dilitantis* E. 290. *minax* u, *minus* Cell., nescio an data opera. 291. *sacratis* B W a b Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr., *sacraris* u. 292. *Fidias* α a q u Weitz., *Fidius* H W Prag. Rat. b m.

N. XXXIV, 2, Quinct. XII, 10, 7. Cfr. Sillig Catalog. artificum s. vv., Müller. Handbuch der Archaeologie der Kunst p. 107.

274. *corymbos*] *corymbi sunt proprii racemi hederarum, sed in hoc loco pro vitum uvis accipiuntur* gl. a.

275. *hydris*] Virg. VIII, 435... *turbatae Palladis arma, Certatim squamis serpentum auroque polibant, Connexosque angues, ipsamque in pectore diuae Gorgona.*

279. *ephebum*] Bacchum.

291. De *Mentore* et *Phidia* vid. Müller. l. l. p. 98 et 490, Lact. II, 4, 13, Cic. Verr. IV, 18, de Oratore II, 17.

„qui si caminis institissent segnius,
„non esset ullus Iuppiter conflatilis.
„Non erubescis, stulte, pago dedite,
„te tanta semper perdidisse obsonia,
„quae dis ineptus obtulisti talibus,
„quos trulla, pelvis, cantharus, sartagines,

294. Hunc inter et sequentem versum interponitur repetitus 268 in b m u Ald. Lugd. Sich. tribus Chor. Poett., sed in his *Cum* p. *Quae*. 296. *Pago* scr. u. 298. *dis* a Weitz. Heins. Cham. Cell. Obb., *diis* Laur. a b m q u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Arev. 299. *sarthogines* u.

296. *pago dedite*] „Paganos a scriptoribus veteribus *incolas provinciarum*, qui milites non erant, vocatos esse, e multis Sueton. (Aug. 27.), Taciti (hist. I, 53, II, 15), et Plin. (ep. VII, 25, X, 15) locis apparet; postea vero hoc nomine *omnes* rei militari non deditos cum contemptione appellatos, Iuven. XVI, 33, Veget. II, 23 aliique docent, cfr. Heinecc. antiq. Rom. ad leg. II, 10, 17. Cur Christiani gentiles ita nominaverint, in ea re VV. DD. non consentiunt, cfr. Weitz. ad h. l. Omitto autem veterum sententias, quae maximam partem risum movent, et paucas tantum ab aliis interpp. non allatas proferam. Heinrich. enim ad l. l. haec adnotat: Weil aber die *milites* sich immer für etwas Besseres hielten, als das Civil, wie allemal in militärischen Staaten der Fall ist: so fingen die früheren Christen an, vermuthlich die Stolzeren unter ihren Schriftstellern zuerst, alle Bekenner polytheistischer Religionen (unziemlich *Heiden* genannt) mit einer neuen Anwendung des Wortes *paganos* zu schelten.“ Qua ratione haec verbi *pagan.* explicatio defendi possit, me nescire fateor, neque Gesnerianam (Thes. lat. III, p. 655) meliorem habeo, qui gentiles ita vocatos esse putat, quod Christi milites non fuerint. Itaque a vero proxime absunt, qui gentilibus hoc nomen ideo tributum esse censent, quod ii, cum Constantinus M. urbium templa claudi iuberet, in pagis (i. e. in agris et provinciis) sacra coluerint: vid. Oros. praef. ad l, VII, 19, Hieron. ep. 7, 1, p. 35, Cod. Theod. l. 2...7 de pagan., ib. lac. Gothofr. Tom. VI, p. 274, Du Cange glossar. med. et inf. Latin. s. v., Gibbon. history of the decline cap. 22, V, p. 208, Bach. hist. iur. p. 506, ed. Stockm. Quam quidem sententiam Herald. ad Arnob. p. 1. probavit, tamen hunc Prud. versum „ad aliam appellationis rationem traducere“ opinatur: quam hanc esse arbitror. Gentiles enim a paganalibus quoque, a cultu rusticorum veterum mystico dicti esse possunt, quem scriptores vario modo et descripserunt et deriserunt; cfr. Sic. Flacc. de condit. agr. p. 25: *Videndum erit, qualiter pagi sacra faciant.* Dionys. Halic. IV, 15: *Ἵνα δὲ καὶ τούτων (τῶν συντελούντων εἰς τὸν αὐτὸν πάγον) ἡ πληθὺς μὴ δυσεύρετος, ἀλλ' εὐλόγιστος ᾖ καὶ φανερά, βωμοὺς ἐκέλευσεν αὐτοῖς ἱδρύσασθαι θεῶν ἐπισκόπων τε καὶ φυλάκων τοῦ πάγου, οὓς ἔταξε θυσίαις κοιναῖς γεραίρειν καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἅμα συνερχομένους ἑορτήν τινα, καὶ ταύτην ἐν τοῖς πάνυ τιμίαν καταστησάμενος τὰ καλούμενα Παγανάλια· καὶ νόμους ὑπὲρ τῶν ἱερῶν τούτων, οὓς ἔτι διὰ φυλακῆς ἔχουσι Ῥωμαῖοι, συνέγραψεν*, Merkel. ad Ov. Fast. I, 669, p. 155, Iahn. ad Pers. pag. 76. Simile iam Weitz. invenit, Aug. retract. II. 43, Isid. Orig. VIII, 22, Holzapfel über Namen u. Begriff d. Heidenthums. Elberf. 1838 (4.), p. 5.“ *Obb.* Cfr. S. I, 449.

299. *trulla* sqq.] Tertull. Apolog. 12: *Deorum simulacra nihil aliud, quam materias sorores vasculorum instrumentorumque quasi fatum consecratione mutantes licentia ar-*

„fracta et liquata contulerunt vascula?
„Ignosco fatuis haec tamen vulgaribus,
„quos lana terret discolora in stipite,
„quos saepe falsus circulatur decipit,
„quibus omne sanctum est, quod pavendum rancidae
„edentularum cantilenae suaserint.
„Vos eruditos miror et doctos viros,
„perpensa vitae quos gubernat regula,
„nescire vel divina vel mortalia
„quo iure constent, quanta maiestas regat
„quidquid creatum est, quae creavit omnia.
„Deus perennis, res inaestimabilis,
„non cogitando, non videndo clauditur,
„excedit omnem mentis humanae modum,
„nec conprehendi visibus nostris valet,
„extraque et intus inplet ac superfluit.
„Intemporalis ante quam primus dies,
„esse et fuisse semper unus obtinet;

302. om. A, sed exh. huncce: *Quos verum latet qui fidunt in stipite* cum B (ad oram) E H N P Altin. α (heic quidem *Quo severum latet* etc.) a q (non i, quippe qui non prius incipiat quam inde a versu 1110) def. Teol.; *lama* u; *discolora* O T Laur. T2rr. u Ald. Lugd. Heins. Cell. Obb., *discolore* l b Gif. p. 466 Lott. Gis. Arev. [et E ap. Weitz., sed ipse Weitzius pro altero illo versu cod. Egmondanum citat, unde lapsum esse eum puto], *discolor* R Prag. Rat. (ubi 302 inter et 303 ad oram interponitur man. rec. *Quos verum latet, qui fidunt in stipite*) 2 b m Sich. tres Torn. Chor. Poett. Amstr., *discolos* Altin. ap. Heins., qui quidem in „Notis add." ipse sibi contradicens illic versum nostrum non extare scribit, *discolori* Fabr. 303. *falsus* Laur. α a b m q u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Arev., *salsus* T Altin. Heins. Cell. [i. e. ridiculus, Quinct. VI, 3, 12], *falsos* A E Weitz. Obb. [i. e. stolidos Obb. interprete]. 304. *Quis* Parrh.; *vanulae* A B supra H (supra alt.) α (supra pro div. lect.) a u Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Amstr. Cham. 308. *moralia* Ald. Lugd. 309. *Qui* A a. *Quod* E l b; *edat* Ald. Lugd. 310. *est* om. Ald. Lugd.; *qui* l A (non B) E H P Weitz. Amstr. Obb., qui coni. *quis crearit*. 311. *inextimabilis* u. 312. *uiuendo* margo trium Sich.; *claudi* u. 315. *intra complet* Gis. in marg.

*tis transfigurante*, Philo de vita contemplat. p. 890: *Τῶν ξοάνων καὶ ἀγαλμάτων αἱ οὐσίαι λίθοι καὶ ξύλα, τὰ μέχρι πρὸ μικροῦ τελείως ἄμορφα, λιθοτόμων καὶ δρυοτόμων τῆς συμφυΐας αὐτὰ διαχοψάντων, ὧν τὰ ἀδελφὰ μέρη καὶ συγγενῆ λουτροφόροι γεγόνασι καὶ ποδόνιπτρα, καὶ ἄλλα ἄττα τῶν ἀτιμοτέρων, α πρὸς τὰς ἐν σκότῳ χρείας ὑπηρετεῖ μᾶλλον, ἢ τὰς ἐν φωτί*, Arnob. VI, p. 201, Gataker. Advers. Miscell. II, 19, p. 371.

302. *discolora in stipite*] S. II, 1010 *arbor vittata*, Arnob. I, p. 22: *Venerabar... picturatas veternosis in arboribus taenias, si quando conspexeram.* In Cybeles honorem vid. ibid. V, p. 167: *Quid lanarum vellera, quibus arboris colligatis et circumvolvitis stipitem?*

,,lux ipse vera veri et auctor luminis:
,,cum lumen esset, lumen effudit suum,
,,ex luce fulgor natus hic est Filius.
,,Vis una Patris, vis et una est Filii,
,,unusque ab uno lumine splendor satus
,,pleno refulsit claritatis lumine:
,,natura simplex pollet unius Dei,
,,et quidquid usquam est, una virtus condidit.
,,Caelum solumque, vim marini gurgitis,
,,globos dierum noctiumque praesides,
,,ventos, procellas, fulgura, imbres, nubila,
,,septentriones, hesperos, aestus, nives,
,,fontes, pruinas et metalla et flumina:
,,praerupta, plana, montium convallia,
,,feras, volucres, reptiles, natatiles,
,,iumenta, pecua, subiugales belluas,
,,flores, fruteta, germina, herbas, arbores,
,,quae sunt odori, quaeque vernant esui.
,,Haec non labore et arte molitus Deus,
,,sed iussione, quam potestas protulit.
,,Mandavit esse, facta sunt, quae non erant:
,,verbo creavit omniformem machinam,
,,virtus paterna semper in verbo fuit.
,,Cognostis ipsum: nunc colendi agnoscite
,,ritum modumque, quale sit templi genus,
,,quae dedicari sanxerit donaria,
,,quae vota poscat, quos sacerdotes velit,
,,quod mandet illic nectar inmolarier.

318. *vari* A. 320. *huic* Fabr. Gis. (heic ad marg. *hic*). 321. *est* om. N q. 322. *numine* A ap. Obb., sed *lumine* mihi notavit Ieepius passim eundem cod. revisens [Cfr. C. III, 1]. 323. *numine* P R a. 325. *quidq. una est* A. 329. *Septemtriones* m. 333. *pecua* 1 W scripti ap. Heins. Laur. a q u Ald. Lugd. Sich. tres Weitz. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Obb. [vid. Plaut. Rud. IV, 3, 2. Varron R. R. II, 1, 3, Apul. Met. VI, p. 180. ib. Hildebr.], *pecudes* 2 W Prag. Rat. α b m Gis. Arev., *pecora* Fabr. 334. *frutecta* α b m q u, *fructeta* Parrh. Cham. 335. *vernantes* Ald. Lugd. contra metr.; *Quae sunt odorae: quaeque vernantes comae* Parrh. 339. *omni formae* (sic) α. 341. *Cognoscis* H q; *colendi agnoscito* Lott. 342. *tempus genus* Prag. perperam. 343. *dedicaris auxerit* E, *dedicaris auoxerit* a, *dicari sanxerit* m. 344. *quo sacerdos* 1 R. 345. *mandat* Rat. b m.

327. *globos*] *lunam et stellas* Iso, potius solem et lunam: Virg. Aen. VI, 725 *Lucentemque globum lunae*, Prud. infr. 537 *rotati dicit solis..globus.*

„Aedem sibi ipse mente in hominis condidit
„vivam, serenam, sensualem, flabilem,
„solvi incapacem posse nec destructilem,
„pulcram, venustam, praeminentem culmine,
„discriminatis inlitam coloribus.
„Illic sacerdos stat sacrato in limine,
„foresque primas virgo custodit Fides,
„innexa crines vinculis regalibus
„poscit litari victimas Christo et Patri,
„quas scit placere candidatas, simplices:
„frontis pudorem, cordis innocentiam,
„pacis quietem, castitatem corporis,
„Dei timorem, regulam scientiae,
„ieiuniorum parcitatem sobriam,
„spem non iacentem, semper et largam manum.
„Ex his amoenus hostiis surgit vapor
„vincens odorem balsami, turis, croci,
„auras madentes Persicorum aromatum;
„sublatus inde caelum adusque tollitur
„et prosperatum dulce delectat Deum.
„Hanc disciplinam quisquis infensus vetat,
„vetat probatum vivere et sanctum sequi,
„vetat vigorem mentis alte intendere
„nostrique acumen ignis ad terram vocat,
„nec excitari vim sinit prudentiae.
„O mersa limo caecitas gentilium,
„o carnulenta nationum pectora,
„o spissus error, o tenebrosum genus,
„terris amicum, deditum cadaveri,
„subiecta semper intuens, nunquam supra!
„Furorne summus ultima et dementia est,

346. *Sedem* invenit Gis. in cod. suo, *Idem* u; *mentem hominis* Lott. probb. Murmellio et Gis, *mentem in* A [sed. cfr. Min. Fel. XXXII, 2].
347. *flebilem* Ald. Lugd. Parrh., *stabilem* coni. Nebr. ad carminis rationem parum adtendens. 348. *distructilem* α, *destructibilem* Laur. u.
351. *in* om. R T Obb., qui cfr. C. VII, 20, *sacrata limine* A E 1 α a, *sacrata in limine* H 2 α. 352. *Foresque* supra *ve* α; *prunas* u
354. *littari* α. 355. *et simplices* Lott. 357. *Oris quietem* Fabr. Gis. 361. *amoenis* Preg., *amens* u; *hostigiis* 1 b. 362. *croci* om. A. 366. *quisquam* A. 367. *probate* 2 m.

347. *flabilem*] *spiritualem* Nebr., *spirantem* Cell.
355. *candidatas*] ad victimarum colorem referendum.
360. *iacentem*] *spes non debet iacere, sed surgere* gl. a.
376. *ultima*] *pessima* gl. a, ubi

„deos putare, qui creantur nuptiis,
„rem spiritalem terrulente quaerere,
„elementa mundi consecrare altaribus,
„id, quod creatum est, conditorem credere?
„deasciato supplicare stipiti,
„verris cruore scripta saxa spargere,
„aras ofellis obsecrare bubulis:
„homines fuisse cum scias, quos consecras,
„urnas reorum morticinas lambere?
„Desiste iudex seculi tantum nefas
„viris iubere fortibusque et liberis.
„Nil est amore veritatis celsius:
„Dei perennis numen adserentibus
„nihil pavori est, mors et ipsa subiacet.“
Dudum coquebat disserente martyre
Asclepiades intus iram subdolam,
stomachatus alto felle, dum longum silet,
bilemque tectis concipit praecordiis;
tandem latentis vim furoris evomit:
„Proh Iuppiter, quid est, quod ex hoc audio?
„Stat inter aras et deorum imagines,

377. *Deo* 1 α. 378. *terrulente* B 2 W α (cum gl. *terrulenter*) 1 a 2 m q Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cham. Cell. Obb., *terrulenter* 1 W Laur. Rat. 2 a b 1 m u Ald. Lugd. Weitz. Arev., sed cfr. v. 22. 381. *Diasciato* α q, *Deasceato* b 1 m Ald. Lugd., *Et dissecato* u. 383. *offellis* B W b m q Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett., sed *o* in *offa* extrito uno *f* corripiendum; *consecrare* q, *obseruare* u; *bubulis* supra ultima *l ni* b (an *bubulinis*, *bubulnis*?), *bibulis* u. 385. *deorum* Nebr. 387. *que* om. Weitz. cum 2 W (non B). 390. 388. 389 ordinat b. 389. *nomen* 1 R W (alt. supra) Laur. Rat. (supra *l u*) α 1 m u Ald. Lugd. Parrh. 390. *Nihil pavori est* A H O R Laur. a u Ald. Lugd. Parrh. Obb., *Nil pavori est* B W Rat. b m, *Nihil est pavori* α q Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev., *Nil est pavori* Lott.; *et mors ipsa* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. 391. *quoquebat* α. 394. *que* des. in u.

add. *tractum a lupis, quorum extremi foetus rapacissimi noscuntur.*

381. *stipiti* sqq.] „Min. Fel. XXIII, 9: *Deus enim ligneus, rogi fortasse vel infelicis stipitis portio suspenditur, caeditur, dolatur.* [Hor. Sat. I, 8, 1] Tertull. Apolog. 19: *In deos vestros per omnia membra incumbunt asciae et runcinae et scobinae.* Cereri aliisque diis sues consecratas esse, satis constat, cfr. Ov. ex Pont. II, 9, 29 coll. Heins. et Wüstem. ad Hor. Sat. 2, 3, 164; *homines* Arev. bene imperatores in deos relatos interpretatur; similem ritum describit Min. Fel. II, 5: *Caecilius simulacro Serapidis denotato, ut vulgus superstitiosus solet, manum ori admovens osculum labiis impressit*, Apul. Met. IV, p. 155 ed. Elmenh., Apol. p. 130.“ *Obb.* Cfr. A. 293.

,,et, quod fateri cogor, in medio foro,
,,tacente memet ac perorat perditus,
,,quidquid sacrorum est ore foedans inpio.
,,O fas priorum, moris o prisci status!
,,inventa regum pro salute publica
,,Pompiliorum nostra carpunt secula.
,,Quis hos sophistas error invexit novus,
,,qui non colendos esse divos disputent?
,,Nunc dogma nobis Christianum nascitur
,,post evolutos mille demum consules
,,ab urbe Roma: ne retexam Nestoras.
,,Quidquid novellum surgit, olim non fuit.
,,Vis summa rerum nosse? Pyrrham consule.
,,Ubi iste vester tunc erat summus Deus,
,,divum favore cum puer Mavortius
,,fundaret arcem septicollem Romulus?
,,Quod Roma pollet auspicato condita,
,,Iovi Statori debet et dis caeteris:
,,hoc sanctum ab aevo est, hoc ab atavis traditum,
,,placanda nobis pro triumphis principis
,,delubra, faustus ut secundet gloriam
,,procinctus utque subiugatis hostibus
,,ductor quietum frenet orbem legibus.
,,Accingere ergo quisquis es, nequissime,

399. *ac* A E N P T α a Heins. Cham. Cell. Obb., *hic* Laur. Prag. Rat. Vall. b m q u Ald. Lugd. Lott. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev.; *perditos* Prag. cum gl. *orando suadet perditos sibi credere.*

401. *piorum* A H a b Ald. Lugd., *prioris* q; *motis* Sich. tres. 410. *summam* 2 m q Ald. Lugd. Sich. tres; *consulem* Rat. b m, (sed in hoc *m* inductum man. sec.) = *Vis summa rerum, nosse Pyrrham consulem* Arev. interprete. 413. *arcem* om. A. 414. *auspitio* b, *auspicatu* u.

415. *debetur* Rat.; *dis* a m q Heins. Cham. Obb., *diis* Laur. α b u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Cell. Arev.

416. *avis* Ald. Lugd. Parrh. Sich. tres Chor. Poett., *hoc avis est trad...* u. 418. *et* A. 419. *Precinctus* q; *utique* Rat., *ut quae* u, *ut que* Ald. Lugd.

403. *Pompiliorum*] *Pompilius Numa, qui ferociam populi ad sacra convertit* Iso. Nam et leges dedit, et sacra plurima instituit, ut populi barbari et bellicosi mores molliret.

410. *Pyrrham*] Cfr. A. 292.

415. *Romulus cum aliquando fugeret hostes, invocavit Iovem et stetit exercitus illius fugiens: unde Stator dictus est* gl. a, Liv. I, 12: *At tu, pater deum hominumque, hinc saltem arce hostes: deme terrorem Romanis fugamque foedam siste. Hic ego tibi templum Statori Iovi, quod monumentum sit posteris tua praesente ope servatam urbem esse, voveo.*

„pro principali rite nobiscum deos
„orare vita, vel quod hostem publicum
„pati necesse est, solve paenam sanguine:
„sprevisse templa, respuisse est principem.“
„Tunc ille: „Nunquam pro salute et maximis
„fortissimisque principis cohortibus
„aliter precabor, quam fidele ut militent
„Christique lymphis ut renascantur Patri,
„capiant et ipsum caelitus paraclitum,
„ut idolorum respuant caliginem,
„cernant ut illud lumen aeternae spei,
„non suculentis influens obtutibus,
„nec corporales per fenestras emicans,
„puris sed intus quod relucet mentibus.
„Pupilla carnis crassa crassum perspicit,
„et res caduca, quod resolvendum est, videt:
„liquidis videndis aptus est animae liquor,
„natura fervens sola ferventissimae
„divinitatis vim coruscantem capit.
„Hoc opto lumen inperator noverit
„tuus meusque, si velit fieri meus;
„nam si resistit Christiano nomini,
„meus ille talis inperator non erit:

422. *ritu* Prag. 425. *principum* E, *Spreuisse templa, respuisse templum* (ad oram *principem*) m prob. Mar., si admiseris lect. marg. 428. *fidei* Parrh. 430. 431. *Ipsumque flamen caelitus capiant sacrum, lacodaemonumque respuant caliginem* Rat. priorib. eras.; *uti dolorum* Ald. Lugd. 432. *et* b Ald. Lugd. Lott. Fabr. Gis. Weitz. (non P) Chor. Poett. Amstr.; *illum* Ald. Lugd. 435. *sensibus* u. 436. *conspicit* Lott. 438. *Liquidus* Chor. Poett. Amstr. 439. *solam* u. 440. *coruscante* u. 443. *resistat* O R Tirr. cod. Cauch. u Ald. Lugd., *resistet* Amstr., *resistis* H.

422 sq. *pro principali ... vita*] pro Caesaris salute.

428. *fidele ut militent*] „Ut sacramenti lex exigit, vel potius, ut fides Christiana requirit.“ *Fabr.* (cfr. II, 443, V, 334). Subseqq. vss. fusius id cum exprimant, iam Arev. de illa fide hic agi vidit, quam imperatores praedicabant in solenni occasione, praesertim ante praelium verba facientes ad milites cohortandos. Itidem in nummis imperatoriis: *Fides militum*, *Fides exercitus*, in inscriptionibus: *Legiones fideles*. Cfr. Liv. XXI, 44, 2: *Vos socios fidelissimos fortissimosque pugnaturos*, XXXVII, 53, 22, Gronov. ad XXVIII, 9, 8, Herodian. in Commod. V, Ammian. Marc. XV, 6: *ut fidus esset et fortis*, ibid. XXVI, 2 Valentinianus milites adloquitur: *vos firmitatem factorum retinentes et fidem*.

433. *suculentis*] *quia humore consistunt* interp. Cell. Adde: *Hinc parum clari et acuti*. Recte iam Iso: *nebulosi*.

„scelus iubenti, crede, nunquam serviam.“
„Statis ministri?“ clamitans iudex ait,
„statis manusque continetis vindices,
„non rupta sulcis dissecatis viscera?
„animam nec intus abditam rimamini,
„erumpit unde vox profana in principem?“
Scindunt utrumque milites teterrimi
mucrone hiulco pensilis latus viri,
sulcant per artus longa tractim vulnera,
obliqua rectis, recta transversis secant,
et iam retectis pectus albet ossibus.
Nitendo anhelant, diffluunt sudoribus,
cum sit quietus heros, in quem saeviunt.
Haec inter addit sponte Romanus loqui:
„Si quaeris, o praefecte, verum noscere,
„hoc omne, quidquid lancinamur, non dolet.
„Dolet, quod error pectori insedit tuo,
„populos quod istos perditum tecum trahis.
„Currunt frequentes undique ad spectaculum
„gentile vulgus, heu, gemenda corpora,
„crudumque nostrae sortis exemplum tremunt.
„Audite cuncti, clamo longe ac praedico,
„emitto vocem de catasta celsior:
„Christus paternae gloriae splendor, Deus
„rerum creator, noster idem particeps,
„spondet salutem perpetem credentibus.

445. *inserviam* coni. Cauch. 450. *erupit* T Heins. Cell. 451. *utrimque* T2rr. b et supra m; *deterrimi* Prag. m, in hoc supra *t t*, sed *d* ibidem ex alia quadam litera factum. 454. *transuersi* supra *t sis* m. 458. *audet* Lott. Amstr. Luneb. 1648. 460. *Hoc omne* supra *t in me α*; *lacinamur* A E H Weitz., *laniamur* a, *lanzinamur* b. 461. *insidet* Ald. Lugd. Lott. Torn. Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Gall. 462. *quid* q; *perditum* 1 T a Heins. Cell., *perditus* 2 T Ambr. a Parrh. Gis. Amstr. Arev., *Populos quod istos tecum perditos trahis* Laur. u, *tecum trahis perditos* B W b m q Ald. Lugd. Sich. tres Weitz. Chor. Poett., *perditos tecum trahis* A R Obb., *Populos trahis tecum quod istos perditos* Vall. Fabr. 465. *trahunt* B W b m margo trium Sich., *trahunt* supra *t tremunt* Rat., *tremet* u. 469. *nostri idem* Prag. Lott., *nostri et idem* Parrh. 470. *Spondit* A; *perpetim* A H q.

449. *rimamini*] *rimari est proprie porcorum, qui in rimis i. e. in venis terrae cibos inquirunt* gl. a. Cfr. Gell. N. A. I, 4: *Antonius Iulianus rhetor ... scripta pleraque omnia antiquiora tam curiose spectabat et aut virtutes pensitabat, aut vitia rimabatur* etc 452. *hiuleo*] Cfr. V, 113. 460. *lancinamur*] V, 155 *membra dilancinata.* 467. *catusta*] Vid. I, 56.

„Animae salutem, sola quae non occidit,
„sed iuge durans dispares casus subit,
„aut luce fulget, aut tenebris mergitur.
„Christum secuta Patris intrat gloriam,
„disiuncta Christo mancipatur tartaro.
„Curanda mercis qualitas, quaenam mihi
„contingat olim perpetis substantiae:
„nam membra parvi pendo, quo pacto cadant,
„casura certe lege naturae suae.
„Instat ruina, quod resolvendum est, ruat.
„Nec distat, ignis et fidiculae saeviant,
„an corpus aegrum languor asper torqueat,
„cum saepe morbos maior armet saevitas.
„Non ungularum tanta vis latus fodit,

474. *intret* Chor. Poett. 476. *Curanda* supra *i dum* m; *Curanda merces qualis et quaenam mihi* castig. Cauch., *qualis ac quaenam mihi* coni. Heins. 479. *certa* Lott. Weitz. Amstr., sed cfr. H. praef. 12. 480. *cadat* ß (supra alt.) q margo trium Sich. 481. *ignes* Prag. b 2 m u Gis. Weitz.; *et fidiculae* A R Laur. α a b m q u Ald. Lugd. Lott. (heic *fiducule*) Sich. tres Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev. Obb. [Cfr. 592 et Grammat. ap. Maium VIII, p. 207], *an fidiculae* Vall., *et fidiclae* Prag. Heins. Cham. Cell. 482. *langor* q u Ald. Lugd. 483. *saevitas* E q Weitz coni. Cauch. Heins. Cell. Arev. Obb., *saevitia* B H W cett. codd. ap. Heins. et Obb. cum Laur. Vall. α a b m u et relqq. edd. nisi quod Gis. in marg. *saevitas*, *Cum saepe morbus maior ac saevitia* Parrh. 484. *fodet* A E.

481. *fidiculae*] *funes ad flagellandum. Quamvis fidicula a fidibus dicatur, in hoc tamen loco significat ungulas vel genus tormenti, quo rei in equuleo suspensi torquentur, ut fides et veritas inveniatur Fidicula genus tormenti vel ferri subtilissimi, quo incidebantur martyres.* Iso. Quodnam triplicis huius interpretamenti verum sit, de eo inter commentatores disceptatur. Plurimi enim machinam multis funibus intentam (Sigon. de iudic. III, 18), alii fidiculas idem quod ungulas censent, quae explicatio Obbario una vera videtur; „primum enim hoc verbum v. 484 sqq. et 550 interpretatur Prud. ipse, deinde adsentitur Isidor. Orig. V, 27: *ungulae dictae, quod effodiant; haec et fidiculae, quia eis rei in equuleo torquentur.* Denique in adhibendo equuleo, quem V, 109 et. v. 110, 496 poeta describit, ungulae sive fidiculae non deerant, cfr. Sen. de ira III, 3: *equuleus et fidiculae*, III, 19, Hieron. ep. 49: *Crines ligantur ad stipitem* [in illa machina stantem] *et toto corpore ad equuleum fortius adligato vicinis pedibus ignis adponitur, utrumque latus carnifex fodit*, Ammian. Marc. XXIX, 1: *Intercluduntur equulei, expediuntur pondera plumbea cum fidiculis et verberibus.* De equuleo ipso vid. Sigon. l. l., Iuret. ad Paullin. vit. Martin. V, 47, Turneb. Adv. XV, 16, Gallon. de martyr. cruc. p. 312, Vales. ad Amm. Marc. XXVI, 10, Osenbrügg. ad Cic. pr. Mil. 21, 57, p. 108, qui conf. Iac. Döpler. theatrum paenarum oder Schauplatz derer Leibes- u. Lebens-Strafen I, p. 279.“ Equidem non dubitaverim, quin ea voce vario variis temporibus sensu veteres usi fuerint.

„mucrone quanto dira pulsat pleurisis.
„Nec sic inusta lamminis ardet cutis,
„ut febris atro felle venas exedit,
„vel summa pellis ignis obductus coquit
„papulasque fervor aestuosus excitat:
„credas cremari stridulis cauteribus.
„Miserum putatis, quod retortis pendeo
„extentus ulnis, quod revelluntur pedes,
„conpago nervis quod sonat crepantibus:
„sic eiulantes ossa clamant dividi,
„nodosa torquet quos podagra et arthrisis.
„Horretis omnes hasce carnificum manus:
„num mitiores sunt manus medentium,
„laniena quando saevit Hippocratica?
„vivum secatur viscus et recens cruor
„scalpella tingit, dum putredo abraditur.
„Putate ferrum triste chirurgos meis
„inferre costis, quod secat salubriter.
„Non est amarum, quo reformatur salus:
„videntur isti carpere artus tabidos,
„sed dant medelam rebus intus vividis.
„Quis nescit autem, quanta conruptela sit
„contaminatae carnis ac solubilis?
„sordet, tumescit, liquitur, foetet, dolet,
„inflatur ira, solvitur libidine:
„plerumque felle tincta livores trahit.

485. *quanta* 1 q; *pleuresis* 2 $\alpha$ u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. 486. *Nec si* Sich. II III (non I) perperam, nec melius mox *iniusta* Lugd. 488. *summam* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Amstr.; *coquet* 1 $\alpha$ bene. 490. *ut stridulis* W supra; *cauteriis* Aldi emend. Lugd. male. 492. *Extensus* Prag.; *revellentur* Sich. II III (non I). 494. *heiulantes* a. 495. *arthrisis* Heins. Cell. Arev. Obb. sed sine codd. auctoritate, *arthresis* Ald. Lugd. Fabr. Gis., *artresis* P, *arthesis* Laur. Rat. b m u Sich tres Weitz. Chor. Poett. Amstr., *artesis* Prag. $\alpha$ a Luneb. 1648, *atresis* q, *artisis* Parrh. 498. *Lammina* Prag. b m (m hoc *laniena* ad oram), *At quando saevit lamina accensa Hippocratis* Rat. priorib. abr. 499. *exsecatur* Boh. 1, *secator* 1 $\alpha$. 500. *Scalpellam* Ald., *Scarpellam* Lugd. 501. *Putatur* Chor. Poett. 508. *Sorde tumescit* A E H Gif. p. 466 Weitz., *Sordet* B W scripti Heinss. $\alpha$ a b m q u cum relqq. scriptis et edd.; *liquatur* 2 m male; *fetit* Parrh. 510. *intincta* u Ald. Lugd. Weitz., cuius codd. vulg. habere videntur, *tacta* Parrh.; *labores* 1 m.

486. *lamminis*] *laminas aeneas faciebant, in quibus etiam sua idola sculpebant, quas igne calefactas martyrum corporibus infigebant* gl. a.
490. *cauteribus*] cfr. V, 230.
506. Gal. 5, 17 sqq.

„Aurum regestum nonne carni adquiritur?
„inlusa vestis, gemma, bombyx, purpura,
„in carnis usum mille quaeruntur dolis:
„luxus vorandi carnis arvinam fovet,
„carnis voluptas omne per nefas ruit.
„Medere, quaeso, carnifex tantis malis,
„concide, carpe fomitem peccaminum,
„fac, ut resecto debilis carnis situ
„dolore ab omni mens supersit libera,
„nec gestet ultra, quod tyrannus amputet:
„nec terrearis turba circumstantium.
„Hoc perdo solum, quod peribit omnibus,
„regi, clienti pauperique et diviti:
„sic vernularum, sic senatorum caro
„tabescit, imo cum sepulcro condita est.
„Iactura vilis mordet et dampnum leve,
„si, quo carendum est, perdere extimescimus.
„Cur quod necesse est non voluntas occupat,
„natura cur non vertit in rem gloriae?
„legale dampnum deputemus praemiis.
„Sed, praemiorum forma quae sit fortibus,
„videamus: illa nempe, quae nunquam perit.
„Caelo refusus subvolabit spiritus,
„Dei parentis perfruetur lumine
„regnante Christo stans in arce regia.
„Quandoque caelum, ceu liber, plicabitur,
„cadet rotati solis in terram globus,

511. *carne* u. 514. *Lux* u. 517. *Concidere* Lugd.; *rape* in marg. *carpe* Prag. 520. *Ne* A P R α a b m q Lott. Arev. Obb. [Cfr. VI, 25], *Ne* Vall. u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell.; *tyrannos* Ald. Lugd. 521. *Ne* Lott. 522. *perdolosum* A E P cod. Beckman. (si diversus est a Palatino Weitzii), *per dolosum* a q, *praedo solum* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. 523. *divite* A. 525. *immo* l α. 527. *Sic* u; *quod* A E P Gif. l l. [fortasse verum iudice Obb., cum Prudentius a comicorum constructionibus (Plaut. Curc. I, 2, 46. Non. VI, 103) non abstinuerit]; *exgemiscimus* Rat. b 2 m, in hoc *extimescimus* supra, *exgemescimus* l m. 529. *Naturam* 2 R u. 530. *Regale* l R cod. Cauch. 532. *ille* a u; *qui* a sed obvia litura. 533. *refulsus* Ambr. Cauch. 534. *Dei perennis* Prag. 535. *Regente* Ald. Lugd. 536. *plecabitur* E Weitz. 537. *rotatus* Parrh.

518. *situ*] *situs est proprie lanugo quaedam in locis neglectis et soli inaccessis: hinc pro negligentia ponitur, sed hic pro vetustate* gl. a.

530. *legale dampnum*] „poenam a lege inductam.“ *Nebr.*

536. Apoc. 6, 12. 13.

„sphaeram ruina menstrualem destruet;
„Deus superstes solus et iusti simul
„cum sempiternis permanebunt angelis.
„Contempne praesens utile, o prudens homo,
„quod terminandum, quod relinquendum est tibi:
„omitte corpus, rem sepulcri et funeris,
„tende ad futuram gloriam, perge ad Deum:
„agnosce qui sis, vince mundum et seculum.“
Vixdum elocutus martyr hanc peregerat
orationem, cum furens interserit
Asclepiades: „Vertat ictum carnifex
„in os loquentis inque maxillas manum,
„sulcosque acutos et fidiculas transferat.
„Verbositatis ipse rumpatur locus,
„scaturientes perdat ut loquacitas
„sermonis auras perforatis follibus,
„quibus sonandi nulla lex ponit modum,
„ipsa et loquentis verba torqueri volo.“
Inplet iubentis dicta lictor inpius,
charaxat ambas ungulis scribentibus
genas cruentis et secat faciem notis,
hirsuta barbis solvitur carptim cutis
et mentum adusque vultus omnis scinditur.

538. *Speram* A B H W Prag. Rat. b Weitz.; *Spaeram* Ald. Lugd.; *distruet* A Weitz. (non Laur.), [Cfr. A. 1084]. 539. *superstis* E H. 540. *permanebit* Prag. 541. *vile o prudens* Parrh. 545. *quis* A, def. Cort. ad Luc. VII, 579, vid. A. 419, *quid sit* q, *quid* Gis. ad oram. 546. *Vix tum* b m, *Vix dum* u. 549. *manus* 2 m Ald. Lugd. Lott., *inque malas malleum* emend. Parrh. 550. *fidiclas* Heins. Cham. Cell. [Vid. 481, 641], *fidiculos transforet* 1 m, *fidiculas transferet* 2 m, ubi ad oram *flagellas*. 551. *rumpator* 1 m; *Verbositatis interrumpatur locus* Prag. 552. *Scaturrientes* α a m q Heins., *Scaturientes* Laur. b u et relqq. edd., *Ebullientes* coni. Cauch. 553 *follibus* ad oram *faucibus* m. 554. *lex modum tenet* Prag. 555. *verba* supra *labia* H. 556. *livor* Ambr.; *impius* A E H R Heinss. omnes α a Gis. ad oram Heins. Cell. Obb., *improbus* Laur. Vall. b m q u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Arev. 557. *Charaxat* m u et edd., *Caraxat* E H Laur. α a b q, *Charassat* Fabr. 558. *siccat* Prag., ubi Mariettus suspicatur *sicnat* p. *signat*, ad metrum tamen non adtendens. 559. *captim* P a; *Hyrsuta barbis. carptim cutis solvitur* m.

538. *sphaeram menstr.*] lunam, cfr. supra 327.

552. *scaturientes*] Cfr. Arnob. V, p. 185: *Nonne millies optatius fuit elinguem fieri atque mutum, atque scaturiginem istam vocis et strepitum foedae loquacitatis amittere, quam deorum nominibus res turpissimas appellare?*

557. *charaxat*] *Charaxare dicimus scribere, inde character* gl. a.

Martyr fluentem fatur inter sanguinem:
„Grates tibi, o praefecte, magnas debeo,
„quod multa pandens ora iam Christum loquor:
„artabat ampli nominis praeconium
„meatus unus, inpar ad laudes Dei.“
Rimas patentes invenit vox edita,
multisque fusa rictibus reddit sonos
hinc inde plures et profatur undique
Christi Patrisque sempiternam gloriam:
tot ecce laudant ora, quot sunt vulnera.
Tali repressus cognitor constantia
cessare paenam praecipit, tunc sic ait:
„Per solis ignem iuro, qui nostros dies
„reciprocatis administrat circulis,
„cuius recursu lux et annus ducitur,
„ignes parandos iam tibi tristis rogi,
„qui fine digno corpus istud devorent,
„quod perseverans tam resistit nequiter
„sacris vetustis, nec dolorum spiculis
„victum fatiscit fitque paenis fortius.
„Quis hunc rigorem pectori iniecit stupor?
„mens obstinata est, corpus omne occalluit.
„Tantus novelli dogmatis regnat furor:
„hic nempe vester Christus haud olim fuit,
„quem tu fateris ipse suffixum cruci.“
„Haec illa crux est omnium nostrum salus“
Romanus inquit „hominis haec redemptio est.
„Scio incapacem te sacramenti, inpie,
„non posse caecis sensibus mysterium

565. *laudem* Prag. q. 567. *que* om. m, unde coni. Mar. *Multis refusa.* 570. *quod* E H. 571. *Talia* l α. 573. *ignem* A H P R α a q Heins. Cell. Arev. Obb., *ignes* Laur. Prag. Vall. b m u Ald. Lugd. Sich. I Il Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr., *ignis* Sich. III.
575. *reducitur* Prag. obstante metro. 576 sq. *Ignes parandos ... devorent* H T Ambr. α m Heins. Cell. Arev., *Ignes parandos ... devoret* Ald. Lugd., *Ignis parandus ... devoret* A R Laur. Rat. Vall. a q u Sich. tres. Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Obb., *Ignis* (supra *em* man. sec.) *parandus ... devoret* b; *tibi iam* inv. Rat. male. 580. *fatescit ... poenas* l α.
581. *inicit* α. 582. *obcalluit* Laur. Prag. α a q u Ald. Lugd. Sich. tres Weitz. Chor. Poett. 584. *iam* supra *t haut* m.

571. *cognitor*] vid. supra 205.
573. *Per solis ignem*] Iuven. XIII, 78: *Per solis radios Tarpeiaque fulmina iurat.*
588 sqq. I. Cor. 2, 14, Io. 1, 5.

„haurire nostrum: nil diurnum nox capit.
„Tamen in tenebris proferam claram facem:
„sanus videbit, lippus oculos obteget.
„Removete lumen, dicit insanabilis,
„iniuriosa est nil videnti claritas.
„Audi, profane, quod gravatus oderis.
„Regem perennem rex perennis protulit,
„in se manentem, nec minorem tempore,
„quia tempus illum non tenet: nam fons retro
„exordiorum est et dierum et temporum,
„ex Patre Christus, hoc Pater quod Filius.
„Hic se videndum praestitit mortalibus,
„mortale corpus sumpsit inmortalitas,
„ut, dum caducum portat aeternus Deus,
„transire nostrum posset ad caelestia:
„homo est peremptus et resurrexit Deus.
„Congressa mors est membra gestanti Deo,
„dum nostra temptat, cessit inmortalibus.
„Stultum putatis hoc, sophistae seculi:
„sed stulta mundi summus elegit Pater,
„ut stultus esset seculi, prudens Dei.
„Antiquitatem Romuli et Mavortiam

591. *in* om. Rat. Vall. b l m q Sich. tres Torn. Fabr. Chor. Poett. Amstr. (non Gis.). 592. *lippos oculos* Chor. Poett., *lippus oculus* Ald. Lugd. Nebr. Sich. tres Weitz., sed cfr. 481; *obtegit* Prag. 593. *dicit* A E H P Prag. 2 α q Obb. [Vid. 216], *dicet* R Laur. Vall. 1 α a b m u cum reliqq. edd. 594. *Invidiosa* Lott. 595. *oduris* A. 599. *est* des. in b; *et temporum et dierum* inv. 1 q. 604. *possit* Prag. 2 α a b m q Heins. Cham. (non Ald. Lugd. Cell.). 605. *surrexit* Prag. b. 606. *gestant ideo* Ald. Lugd. corrupte. 607. *tentant* 1 Rat.; *cessit* 2 b; *immortalitas* coni. Nebr. 608. *secli* Lugd. 609. *eligit* Ald. Lugd. Lott. Sich. tres Torn. Fabr. Chor. Poett. Amstr.; *Sed stulta mundi stultus elegit pater* Laur. u.

590. *haurire*] *haurio aliquando provideo, ut Virgilius* [Aen. IV, 661]: *haurio hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus; aliquando autem vulnerum, ut latus hausit, modo autem sumo significat* gl. a.

605. *homo est peremptus* sqq.] „Et Deus passus in carne, et homo aeque resurrexit. Hic vero declaratio utriusque naturae proponitur; humanae in morte, divinae in resurrectione, quia ὡρίσθη υἱὸς Θεοῦ ἐν δυνάμει ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν. Rom. I, 4." *Cell.*

608. Cfr. I. Cor. 1, 20, 21, 27, A. praef. 28, Ep. Barnab. V: ὅτε δὲ τοὺς ἰδίους Ἀποστόλους, τοὺς μέλλοντας κηρύσσειν τὸ εὐαγγέλιον αὐτοῦ, ἐξελέξατο, ὄντας ὑπὲρ πᾶσαν ἁμαρτίαν ἀνομωτέρους — ἵνα δείξῃ, ὅτι οὐκ ἦλθε, καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν.

„lupam renarras primum et omen vulturum:
„si res novellas respuis, nil tam recens:
„vix mille fastis inplet hanc aetatulam
„cursus dierum conditore ab augure.
„Sexcenta possum regna pridem condita
„proferre toto in orbe, si sit otium,
„multo ante clara, quam capellam Gnosiam
„suxisse fertur Iuppiter, Martis pater.
„Sed illa non sunt, haec et olim non erunt.
„Crux ista Christi, quam novellam dicitis,
„nascente mundo factus ut primum est homo,
„expressa signis, expedita est litteris;
„adventus eius mille per miracula
„praenuntiatus ore vatum consono.
„Reges, prophetae iudicesque et principes
„virtute, bellis, cultibus, sacris, stilo
„non destiterunt pingere formam crucis.
„Crux praenotata, crux adumbrata est prius,
„crucem vetusta conbiberunt secula.
„Tandem retectis vocibus propheticis

612. Commate incid. post *primum* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Amstr. 613. *respues* H P a; *tamen* l Rat. 614. *factis* A. 616. *Sescenta* α m; *prius* Prag. male; *cognita* E W (in hac litura) Rat. b m (ibid. *l condita* ad oram). 618. *Gnosiam* codd. nostri omnes Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Obb., *Cnossiam* Gis. Heins. Cell., *gnosiam* Arev. 620. *Sed et illa* q, *Sed illa nunc sunt? Haec et olim non erant* Parrh. 625. *Praenunciatur* b m. 626. *iudicesque et* A R Laur. α a b m q u Ald. Lugd. Sich. tres Weitz. Chor. Poett. Amstr. Obb. def. Cort. l. l. I, 209, *que* om. Vall. Fabr. Gis. Heins. Cell. Arev., *principes ac iudices* Lott. 628. *distiterunt* 1 α; *pingere formam* A E H R W α a b m q Ald. Lugd. Weitz. Heins. Cham. Obb. in quarto loco immo in senario pyrrhichium Arevalo improbante, *formam pingere* B Laur. u Sich. tres Chor. Poett. Cell. Teol., *pingere figuram* Lott. Arev., tribrachys non semel in quarta sede a Prudentio ponitur, *pingere hanc formam* Vall. Fabr. Gis., *Formam crucis non destiterunt pingere* Gis. 1 Amstr. Luneb. 1648.

612. S. II, 396, Liv. I, 7.

618. *Gnosiam*] Creticam. Min. Fel. XXI, 10: *Quae Iovis sacra sunt? Nutrix capella est* (Amalthea, Cretensis), cfr. Apollod. I, 6, Hygin. fab. 139.

623. *signis ... litteris*] Obb. non dubitat, quin *signa* sint miracula ipsa, quae in v. seq. commemorantur. Ast cur eiusmodi iteratio absque sententiarum progressu? Neque dicendi modus Obbarianae explicationi favet; nam esset ille τέρατα καὶ σημεῖα absque ulla inunctione. Mihi cum Cell. *signa* sunt typi, quos invenio in variis legis Mosaicae praeceptis, et iis quidem, quae in Ep. Barnabae (c. XI, XII, VI, VII, VIII) crucem ipsiusque regnum praefigurabant; *litteras* autem idem quod sacrae scripturae vaticinia.

,,aetate nostra conprobata antiquitas
,,coram refulsit ore conspicabili,
,,ne fluctuaret veritas dubia fide,
,,si non pateret teste visu cominus.
,,Hinc nos et ipsum non perire credimus
,,corpus, sepulcro quod vorandum traditur:
,,quia Christus in se mortuum corpus cruci
,,secum excitatum vexit ad solium Patris
,,viamque cunctis ad resurgendum dedit.
,,Crux illa nostra est, nos patibulum adscendimus:
,,nobis peremptus Christus et nobis deus
,,Christus reversus, ipse qui moriens homo est;
,,natura duplex: moritur et mortem domat,
,,reditque in illud, quod perire nesciat.
,,Dixisse pauca sit satis de mysticis
,,nostrae salutis deque processu spei:
,,iam iam silebo; margaritas spargere
,,Christi vetamur inter inmundos sues,
,,lutulenta sanctum ne terant animalia.
,,Sed quia profunda non licet luctarier
,,ratione tecum, consulamus proxima;
,,interrogetur ipsa naturalium
,,simplex sine arte sensuum sententia,
,,fuci inperitus fac, ut adsit arbiter.
,,Da septuennem circiter puerum aut minus,

633. *refulxit ore complicabili* u. 634. *Nec* A T et sic Obb. edere voluisse videtur ad VI, 25 (leg. 24) referens. 643. Post *ipse* interpungunt u Ald. Lugd. 644. *In natura* Rat. perperam; *simplex* supra *duplex* B; interpunctionem post *duplex* om. Heins. Obb. 647. *Nostra* A. 648. *margaritas* A 2 E [Cfr. Burm. ad Anthol. I, p. 413] R Laur. 2 $\alpha$ a b m q u Ald. Lugd. Lott. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Obb., *margarita* H I $\alpha$ coni. Gis. edd. Weitz. Heins. Cell. Arev. [Vid. Ps. 873]. 649. *inmundas* Lott. 650. *Lutenta* u. 651. *licet mihi* u; *luctuarier* A E H. *Passio Sancti Bararae Pueri* inscrib. seqq. vs. margo a (non i), [Cfr. 671]. 654. *sensuum scientia* Vall. Fabr. Gis. 655. *sit* A. 656. *septennem* Prag. 2 $\alpha$ a Torn., *puer. circ.* A.

636. I. Cor. 15, 13 sqq.
641. Gal. 2, 19.
654. *sine arte*] *Omnis ars aliud tegit et aliud ostendit: verbi gratia sic pictura maceriae aliud ostendit et aliud tegit; nam lapidibus intus obductis pictura sola videtur* gl. a.
656. *puerum*] *infans* v. 671 Isoni est *Barulas*, Mombritius quoque in Act. nomine *Barulae* puerum nuncupat, Martyrol. Rom. *Baralae*, Brev. Mozarab. Prudentii vestigia premens *parvi Theoduli*, margo cod. a *Bararae*. Neque Prud., neque homiliae auctor, quae Eusebii Emesensis (vid. not. ad h. hymn. praeviam) esse fertur, eius nominatim mentionem fecerunt. Euseb. Caesariensis, Romano aequalis (vid. ad initium h. hymn.), de puero nihil rettulit. Cfr.

,,qui sit favoris liber et non oderit
,,quemquam, nec ullum mentis in vitium cadat.
,,Periclitemur, quid recens infantia
,,dicat sequendum, quid novus sapiat vigor.“
Hanc ille sancti martyris vocem libens
amplexus unum de caterva infantium
parvum nec olim lacte depulsum capi
captumque adesse praecipit. ,,Quidvis roga“
inquit ,,sequamur, quod probarit pusio.“
Romanus ardens experiri innoxiam
lactantis oris indolem: ,,Filiole“ ait
,,dic, quid videtur esse verum et congruens,
,,unumne Christum colere et in Christo Patrem,
,,an conprecari mille formarum deos?“
Adrisit infans, nec moratus rettulit:
,,Est quidquid illud, quod ferunt homines Deum,
,,unum esse oportet, et quod uni, est unicum;
,,cum Christus hoc sit, Christus est verus Deus,
,,genera deorum multa nec pueri putant.“
Stupuit tyrannus sub pudore fluctuans,
nec vim decebat innocenti aetatulae
inferre leges, nec loquenti talia
furor sinebat efferatus parcere:
,,Quis auctor“ inquit ,,vocis est huius tibi?“
Respondit ille: ,,Mater et matri Deus.
,,Illa ex parente spiritu docta inbibit,
,,quo me inter ipsa pasceret cunabula:
,,ego ut gemellis uberum de fontibus

658. *vitio* A, *ullo. .uitio* 2 *α*. 659. *quod* 1 m. 663. *capit* Lott. 664. *praecepit* H *α* b u; *quoduis roga* b, *quiduis rogo* Prag. 665 *In quo* b, sed *o* man. rec. priori charactere eraso, *Inquo* supra *i quit* m, *Sequamur inquit* inv. q. 667. *Lactantis α* 1 b m q Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr., *Lactentis* Laur. Prag. a 2 b u Gis. (in Emend.) Weitz. Heins. Cell. Arev. Obb. 668. *congruum* Prag. 671. *retulit* 1 *α* m. 673. *et* om. b m Ald. Lugd. Parrh. (qui coni. *unicus est unicum*) Sich. tres Torn. Weitz. (non P) Chor. Poett. Amstr., *id quod* Luneb. 1648, *quod cuique* coni. Cauch., *Unum esse oportet undequaque quod unicum est* in vet. cod. invenit Latin.; *est uni* inv. R. 677. *docebant* Parrh. 678. *lege* Lott. Gis., *legis* Prag. Rat. Sich. tres Torn. Fabr. Weitz. Chor. Poett. Amstr., *leges* E Laur. *α* a b m q u Ald. Lugd. Gis. ad oram Heins. Cell. Arev. Obb. 680. *inquit auctor* inv. b. 682. *spiritus* A H P.

Tillemont. mémoires ecclesiastiq. V, p. 209. 673. *uni*] *cui filius unicus uni est.*

„lac parvus hausi, Christum et hausi credere.“
„Ergo ipsa mater adsit“ exclamat, cedo,
Asclepiades „disciplinae et exitum
„tristem suae magistra spectet inpia,
„male eruditi torqueatur funere
„infantis orba, quemque conrupit, fleat.
„Absit, ministros vilis ut muliercula
„nostros fatiget: quantulos autem dolor
„vexabit artus, mortis auxilio brevis!
„Oculi parentis punientur acrius,
„quam si cruentae membra carpant ungulae.“
Vix haec profatus, pusionem praecipit
sublime tollant et manu pulsent nates,
mox et remota veste virgis verberent
tenerumque duris ictibus tergum secent,
plus unde lactis quam cruoris defluat.
Quae cautis illud perpeti spectaculum,
quis ferre posset aeris aut ferri rigor?
inpacta quotiens corpus attigerat salix,
tenui rubebant sanguine uda vimina,
quem plaga fierat roscidis livoribus.
Ferunt minaces verberantium genas
inlacrimasse sponte demanantibus
guttis per ora barbarum frementia,

686. *assit* Prag. constanter. 687. *ut* A 2 E R Obb. (non Laur.). 690. *corrumpat* 1 m, *corrumpit* 2 m Ald. Lugd. 691. *Adsit* Nebr., qui lectionem *Absit* omnino reiecit. 692. *quantulos* 1 R T Laur. b u Heins. Cell. Arev. Obb. (est contemptim loquentis), *quantulus* A B E H 2 R W Prag. Vall. α a q Ald. Lugd. Sich. tres Torn. Weitz. Chor. Poett. Ruin. Teol. metro obnitente, *quantus* m, *tantulos* Lott., *quantulus est autem* Vall. Fabr. metro consulentes, *tantulos at si dolor* Gis., idem leg. Amstr., sed interpungit: *Absit, ministros vilis ut muliercula Nostras fatiget tantulos; at si dolor* etc. 693. *Vexabat* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett., *Vexarit* Cauch.; *mortis aspectu* coni. Fabr. 694. *parentes* E 1 α, *parentum* supra *tis* W m (in hoc supra *t tis*); *puniantur* Prag. 696. *profatur* Prag.; *praecepit* 1 α. 699. *ductis* Weitz. ex E, *ductis* supra *diris* a. 700. *inde* W Prag. Rat. b, *inde* supra *t u* m. 701. *cautis* A B E H 2 R W Prag. Rat. α 2 b m q Parrh. Weitz. Heins. Cham. Cell. Obb., *cautes* Laur. Vall. a u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Arev., *civites* 1 R, *cates* 1 b. 702. *posset* R α b m Weitz., *possit* Laur. a q u et reliqq. edd. 703. *salex* Weitz. ex E. 704. *uta* A. 705. *Que* q; *flerat* α Ald. Lugd. Gis. Weitz. Amstr. Heins. Cham. Cell. Arev. Obb., *fecerat* A E H P R a q, *ferat* B W b m Sich. tres Chor. Poett., *feret* Rat., *ferret* Vall. Lott. Fabr. Murmell., *flebat* Prag. Parrh., *fudit* Laur. u; *e roscidis* Prag. [Cfr. C. V. 24.] 707. *dimanantibus* A 1 R Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. Amstr. Obb., *denatantibus* Rat. m (in quo supra *t deminantibus* ut videtur).

scribas et ipsos et coronam plebium
proceresque siccis non stetisse visibus.
At sola mater hisce lamentis caret,
soli sereno frons renidet gaudio:
stat in piorum corde pietas fortior,
amore Christi contumax doloribus,
firmatque sensum mollis indulgentiae.
Sitire sese parvus exclamaverat,
animae aestuantis ardor in cruciatibus
hoc exigebat, lymphae ut haustum posceret:
quem torva mater eminus triste intuens
vultu et severis vocibus sic increpat:
„Puto inbecillo, nate, turbaris metu
„et te doloris horror adflictum domat?
„Non hanc meorum viscerum stirpem fore
„Deo spopondi, non in hanc spem gloriae
„te procreavi, credere ut leto scias.
„Aquam bibendam postulas, cum sit tibi
„fons ille vivus praesto, qui semper fluit
„et cuncta solus inrigat viventia,
„intus forisque spiritum et corpus simul
„aeternitatem largiens potantibus.
„Venies ad illud mox fluentum, si modo
„animo ac medullis solus ardor aestuet
„videre Christum, quod semel potum adfatim
„sic sedat omnem pectoris flagrantiam,
„vita ut beata iam sitire nesciat.
„Hic, hic bibendus, nate, nunc tibi est calix,

709. *plebeium* 2 $\alpha$. 712. *renidet* R W Prag. Ald. Lugd. 713. *in piorum* Gis. (in Emend.) Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev. Obb., *impiorum* B E H W Laur. $\alpha$ a b m q u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Heins. Cham. (hic quidem *in piorum* in notis) Cell. Teol. 719. *triste* A B E H N O W (supra) Ambr. Boh. I Laur. Vall. 1 $\alpha$ a m (pro div. lect.) q u Parrh. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. Obb., *tristi* Prag. 2 $\alpha$ b l m Ald. Lugd. Gis. Weitz. Amstr. Heins. (qui in Add. praefert *triste*) Cell. Arev., *tristem intuens* cod. Cauch., *tristem tuens* R T3rr. 720. *et* om. Ald. Lugd. Lott. [Vid. Ps. 553].
721. *inbecillo* Vall. 2 $\alpha$ a 1 b m q u et edd. ante Obb., *inbicillo* 1 $\alpha$, *inbecilli* A R Rat. 2 b Obb. 722. *doloribus* ad oram *i doluris* a.
723. *hanc* om. 1 a. 724. *spem* des. in a. 725. *loeto* m.
731. *fluetem* 1 a, *fluentem* 2 a. 732. *solis* H a; *amor aestuet* Parrh. 734. *Sic sedat animo omnem pectoris fl.* u. 736. *bib. nunc bibendus est calix* A ap. Obb. sed: *Hic hic bibendus nate nunc bibendus est calix* ex A R mecum communicavit Ioepius.

712. *renidet*] Cfr. V, 131. 736. Matth. 20, 22.
727. Io. 4, 14.

„mille in Bethleem quem biberunt parvuli:
„oblita lactis et papillarum inmemor
„aetas amaris, mox deinde dulcibus
„refecta poclis mella sumpsit sanguinis.
„Exemplum ad istud nitere, o fortis puer,
„generosa proles matris et potentia!
„Omnes capaces esse virtutum Pater
„mandavit annos, neminem excepit diem
„ipsis triumphos adnuens vagitibus.
„Scis, saepe dixi, cum docenti adluderes
„et garrulorum signa verborum dares,
„Isac fuisse parvulum patri unicum,
„qui, cum inmolandus aram et ensem cerneret,
„ultro sacranti colla praebuerit seni.
„Narravi et illud nobile ac memorabile
„certamen, una matre quod septem editi
„gessere pueri, sed tamen factis viri,
„hortante eadem matre in ancipiti exitu
„paenae et coronae sanguini ut ne parcerent.
„Videbat ipsos adparatus funerum
„praesens suorum, nec movebatur parens,
„laetata quotiens aut olivo stridula
„sartago frixum torruisset puberem,
„dira aut cremasset lamminarum inpressio.

737. *Bethleem* Laur. α a b q u Sich. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Obb., *betheleem* m, *Bethlehem* Gis. Heins. Cell. Arev., *Bethlem* Ald. Lugd. Parrh. 739. *Aetas prius amaris* 1 b; *amoris* 1 α; *tunc deinde dulc.* Lott. 740. *Referta* Rat. Weitz. (non B), sed *refectus* est *recreatus* et de cibo ac potu proprie dicitur: V, 332. Liv. XXXVII, 24. Curt. VII, 5, 16. V, 4, 23; unde C. IX, 59 *refecta* nunc malit Obb.; *sanguine* Gis. ad oram. 742. *prolis* 1 α. 746. *dum* Weitz. (non B). 747. *signavit borum* A. 748. *Isac* α Weitz. Heins. Arev., *Isaac* Laur. a b m q u et relqq. edd., quod aeque admitti potest. 750. *prebuit* u. 752. *VII aediti* u. 753. *Cessere* R. 754. *in* om. 1 m. 755. *ut non* Laur. u. 756. *Ridebat* supra alt. B; *et ipsos* Prag. 758. *autem* Lott.; *oliua* 1 m. 760. *cremassel* Laur. Prag. α b m q u Ald. Lugd. Sich. tres Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev., *crepasset* A B supra H (supra) P R a margo trium Sich. Fabr. Gis. Heins. Cham. Cell. Obb. [Cfr. C. VII, 195. Plaut. Most. III, 2, 63 etc. Bünem. ad Lact. III, 18, 13. Voss. de Analog. III, 20. Ruddimann. inst. I, p. 213. Haase ad Reisig. Vorlesungen über lat. Sprachwissenschaft p. 234].

742. *potentia*] Sicut Aen. I, 664 illud Maronis: *Nate, meae vires, mea magna potentia solus.*

750. *sacranti*] usitatius *sacrificare*, cfr. 912.

752. *septem*] septem Maccabaeorum fratres, cfr. V, 523, II. Maccab. 7, 3 sqq.

„Comam cutemque verticis revulserat
„a fronte tortor, nuda testa ut tegmine
„cervicem adusque dehonestaret caput.
„Clamabat illa: Patere, gemmis vestiet
„apicem hunc corona regio ex diademate.
„Linguam tyrannus amputari iusserat
„uni ex ephebis; mater aiebat: Satis
„iam parta nobis gloria est, pars optima
„Deo inmolatur ecce nostri corporis,
„digna est fidelis lingua, quae sit hostia.
„Interpres animi, enuntiatrix sensuum,
„cordis ministra, praeco operti pectoris,
„prima offeratur in sacramentum necis,
„et sit redemptrix prima membrorum omnium,
„ducem dicatam mox sequentur caetera.
„His Maccabaeos incitans stimulis parens
„hostem subegit subiugatum septies,
„quot feta natis, tot triumphis inclita:
„me partus unus ut feracem gloriae,
„mea vita, praestet, in tua est situm manu.
„Per huius alvi fida conceptacula,
„per hospitalem mense bis quino larem,
„si dulce nostri pectoris nectar tibi,
„si molle gremium, grata si crepundia,
„persiste et horum munerum auctorem adsere.
„Quanam arte nobis vivere intus coeperis
„nihilumque et illud, unde corpus, nescio,

763. *deonestaret* α. 764. *pater* Rat. m margo trium Sich., *pateret* Prag., *uestiet gemmis pater.* u. Lugd. Lott. Sich. tres Fabr. Weitz. 765. *Aspice* q; *hunc* om. Prag. u Ald. Chor. Poett.; *et diademate* E.
767. *ephybis* 1 α; *agebat* α. 768. *Iam parta nobis lingua. pars est optima* u. 770. *est* om. R. 772. *opera pectoris* a, *operti corporis* A. 774. *primo* u Ald. Lugd. 775. *dicata* lso; *corpora* supra *caetera* man. aliena Rat., *dicata mox sequentur corpora* ad oram *al. cetera* m. 776. *Maccabaeos* E Sich. tres Fabr. Cell. Obb., *machabeos* A R Laur. a b m q u, *Machabaeos* Ald. Lugd. Gis. Weitz. Amstr. Heins. Arev., *Macchabaeos* α Chor. Poett. 778. *Quo facta* u 779. *unus* exc. Ald. Lugd.; *et* A E a q. 781. *contemptacula* 1 T i. e. *contentacula*, quo spectat *contetacula* 1 α. 782. *menses bisquinos* Prag., *mense bisquino* 2 b u Ald. Lugd. 786. *Qua nam* u.

766. *Linguam*] *Lingua enim pars melior boni est hominis, sicut contra mali hominis pessima, unde lu-venalis lingua mali pars pessima serm.* gl. a.
782. *bis quino*] cfr. Gell. N. A. III, 10, 8.

„novit animator solus et factor tui:
„Inpendere ipsi, cuius ortus munere es:
„bene in datorem, quod dedit, refuderis.“
Talia canente matre iam laetus puer
virgas strepentes et dolorem verberum
ridebat. Hic tum cognitor pronuntiat:
„Claudatur infans carcere et tanti mali
„Romanus auctor torqueatur acrius.“
Illum recentes per cicatricum vias
denuo exarabant, quaque acutum traxerant
paullo ante ferrum, mox recrudescentibus
plagis apertas persequebantur notas,
quos iam superbus victor ignavos vocat.
O non virile robur, o molles manus,
unam labantis dissipare tam diu
vos non potesse fabricam corpusculi!
Vix iam cohaeret, nec tamen penitus cadit
vincens lacertos dexterarum inertium.
Citius cadaver dentibus carpunt canes
longeque morsus vulturum efficacior
ad devorandas carnis offas mortuae,
languetis inbelli fame ac fatiscitis:
gula est ferina, sed socors edacitas.
Exarsit istis turbida ira iudicis,
seque in supremam concitat sententiam:
„Si te morarum paenitet, finem citum

788. *amator* W b m q, *amator* supra *i animator* Prag.; *et deus factor tui* u, lectio glossemate depravata. 789. *est* A. 792. *dolores* Vall. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. (non H P) Chor. Poett. Amstr.; *verberum* H P Laur. α a u Ald. Lugd. Parrh. Sich. tres Gis. ad oram Chor. Poett. Amstr. Heins. Cham. Cell. Obb., *vulnerum* B H (supra) W Prag. Rat. Vall. b m q margo trium Sich. Fabr. Gis. Weitz. Arev. 793. *Ictum* A E H P q Lott., *Actum* B W Rat. m, unde *Ac tum* coni. Weitz., *Ac tum* reapse leg. b, *Haec tum* coni. Obb. 796. *cecatricum* 1 α. 797. *quaeque* A. 798. *crudescentibus* 1 α. 799. *prosequebantur* b Parrh., *persequebatur* q. 801. *robor* 1 α. 802. *labentis* H, *labentem* supra *labentis* man. aliena Rat. 803. *potesse* Vall. b m Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev. Obb., *Vos nos potuisse* α, *potisse* Laur. u, *potestis* 2 A B H P R Prag. a q margo trium Sich. Gis. ad oram, *potessis* pro div. lect. m, *potestas* 1 A. 805. *Vincens* α. 808. *devorandos* 1 α; *carnes* A 1 α. 809. *inbecilli* Prag. Rat., *in belli* a q; *atque* Parrh., *et* Lott., om. *ac* W.

789. *inpendere*] inpendi velis. 803. *potesse*] ἀρχαϊκῶς, Lucr. I, 666 ... *ulla credunt ratione potesse.*

„subeas licebit, ignibus vorabere
„dampnatus et favilla iam tenuis fies.“
Abiens at ille, cum foro abriperent virum
truces ministri, pone respectans ait:
„Adpello ab ista, perfide, ad Christum meum
„crudelitate, non metu mortis tremens,
„sed ut probetur esse nil, quod iudicas.“
„Quid differo“ inquit ille „utrosque perdere
„puerum ac magistrum, conplices sectae inpiae?
„gladius recidat vile vix hominis caput
„infantis, istum flamma vindex conremet,
„sit his sub uno fine dispar exitus.“
Perventum ad ipsum caedis inplendae locum:
natum gerebat mater amplexu et sinu,
ut primitivum crederes fetum geri
Deo offerendum, sancti Abelis ferculo,
lectum ex ovili puriorem caeteris.
Puerum poposcit carnifex, mater dedit,
nec inmorata est fletibus, tantum osculum
inpressit unum: „Vale“ ait „dulcissime,
„et cum beatus regna Christi intraveris,
„memento matris, iam patrone ex filio.“
Dixit: deinde dum ferit cerviculam
percussor ense, docta mulier psallere
hymnum canebat carminis Davidici:

814. *comburere* Rat. b m, in quo ad oram *al. vorabere*. 815. *ut fav.* Rat. a rec. corr.; *tenuis fies* Laur. Vall. α b m u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev., *tenuis sies* Lott., *fumans eris* A E H (supra) P R W (ad oram) Altin. Beeman. Cauch. a q (in quo exc. *eris*) Obb. 816. *arriperent* b margo trium Sich. Weitz. 818. *ad* om. a. 819. *metum* W b m q u. 820. *nihil esse* inv. a, *esse nihil* b m, sed *nil* fuit in utroque. 821. *defero* A; *inquid* α, ut saepius. 823. *caput: Infantis istum* male incid. u. 824. *Infamis* ad oram *i infantis* m. 828. *gregi* T, *gregis* coni. Heins. et Arev. 829. *sanctiali* p. *sancti Abelis* b, *sancti ali* ad oram *al. sco abelis* m, *sanctis habelis* 1 q, *sancti habelis* 2 q. 830. *ovile* 1 α; *et puriorem* a. 831. *poscit* a. 833. *udum* R T3rr. Cauch. Cell.; *vale, vale dulcissime* ... 835 *matris, ait, patrone* Vall. Fabr. 838. *davitici* b m u Ald. Lugd.

818. *Adpello...ad Christum*] Adpello populum, Tribunos, Caesarem, solennis veterum formula, Cic. Verr. VII, 72 *Vos etiam atque etiam imploro et adpello, sanctissimae deae*, Nep. Attic. 8: *Itaque appellatus est a Flavio Atticus, ut eius rei princeps esse vellet.* Hinc voc. forensis, Cic. Verr. VII, 65 *adpellare praetorem*, id. Quint. 20: *a praetore tribunos adpellare.* Seriores adiiciunt praep., Paul. Dig. IV, 4, 39 *adpellare ad imperatorem.*

„Pretiosa sancti mors sub adspectu Dei
„tuus ille servus, prolis ancillae tuae.“
Talia retexens explicabat pallium
manusque tendebat sub ictu et sanguine,
venarum ut undam profluam manantium
et palpitantis oris exciperet globum:
excepit et caro adplicavit pectori.
At parte campi ex altera inmanem pyram
texebat ustor fumidus pinu arida,
sarmenta mixtim subdita et feni struem
spargens liquato rore ferventis picis,
quo flamma pastu cresceret ferocius.
Et iam retortis brachiis furca eminus
Romanus actus ingerebatur rogo:
„Scio“ inquit ille „non futurum, ut concremer,
„nec passionis hoc genus datum est mihi;
„et restat, ingens quod fiat miraculum.“
Haec eius orsa sequitur inmensus fragor
nubis ruentis, nimbus undatim nigro
praeceps aquarum flumine ignes obruit.
Alunt olivo semiconbustas faces,
sed vincit imber iam madentem fomitem.

840. *ego servus* A P a q, *ergo serv.* α; *prolis* A T Ambr. α. 841. *et plicabat* supra pro div. lect. a. 842. *tenebat* E; *sub ictu et sanguine* Laur. Vall. α b m u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev., *sub ictu et vulneris* P supra, *sub ictum vulneris* A R a Gis. ad oram Obb., qui post *vulneris* commate distinguit [rectius: *sub ictum, vulneris Venarum ut...*], *sub ictu vulneris* ad oram pro div. lect. α, *sub ictum* p. *sub ictu et sanguine* q, *Manusque subtendebat ictu vulneris* Latin. 844. *orbis* E et H sed supra alt. 845. *Excipit* A Parrh.; ad oram inscrib. *Explicit* a. 847. *fimida* H, *fumida* suspicatur Arev.
848. *mistim* u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr.; *struem feni* inv. u. 849. *liquator ore* A, *liquato ore* 1 a, *liquatur rore* u, *liquata rore* Ald. Lugd.; *frumenti spicas* Parrh. 850. *Quos... ferocibus* E. 851. *Etiam* a Ald. Lugd. Nebr. Sich. tres Torn. Fabr. Chor. Poett.; *furcae minis* 1 m, *furcae nimis. Romanus aptus* Parrh.
853. *Sentio* u; *ut nunc cremer* T. 854, *dictum* O Ald. Lugd.
855. *Et* A E P T Ambr. T2rr. α a q Heins. Cham. Cell. Obb., *Sed* Laur. Prag. b m u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev.; *inguens* 1 m; *fiat ut* om. *quod* Rat. (man. rec.) Lott.
856. *ossa* Sich. tres Torn. Chor. Poett. mendose. 858. *flaminae* α, *fulmine* a; *et ignis* Parrh.

839. Psalm. 116, 15. 16.
844. *globum*] „sanguinis undam conglobatam.“ *Nebr.* Sic. Ov. Met. XII, 238 *Sanguinis ille globos...* *Vulnere et ore vomens.* Infantis *abscissum caput* adnotator ed. Lott. et Teol., quae interpretatio Arevalo placet, et ita germanice vertit Silbert.

Trepidare taeter carnifex rebus novis
turbatus et qua posset arte insistere,
versare torres cum favillis humidis,
prunas maniplis confovere stuppeis
et semen ignis inter undas quaerere.
Quod cum tumenti nunciatum iudici,
conmovit iram fellis inplacabilis:
„Quousque tandem summus hic nobis magus
„inludet“ inquit „Thessalorum carmine
„paenam peritus vertere in ludibrium?
„Fortasse cervix, si secandam iussero,
„flecti sub ensem, non patebit vulneri:
„vel amputatum plaga collum dividens
„rursus coibit ac reglutinabitur
„humerisque vertex eminebit additus.
„Temptemus igitur ante partem quampiam
„truncare ferro corporis superstitis,
„ne morte simpla criminosus multiplex
„cadat, vel una perfidus caede oppetat:

861. *Trepidaret aethere* A, *Trepidabat ater* Prag., *Trepidabat aether* sed voc. ultimo inducto supra *teter* Rat., *Trepidabat ether* 2 b, *Trepidat aether* m, *Trepidabat taeter* q. 862. *possit* E H a; *consistere* u. 863. *humidis* supra *al. aridis* m. 864. *stuppeis* α a b m u Fabr. Weitz. Heins. Cell. Arev., *stupeis* q Ald. Lugd. Sich. tres Gis. Chor. Poett. Amstr. Obb. 866. *nunciatum iudici* T Ambr. cod. Cauch. Rat. T2rr. b m Parrh. Fabr. Gis. Heins. Cell. Arev. Obb., *nuntiatum est iudici* Laur. Prag. α a q u Ald. Lugd. Lott. Sich. tres Weitz. Chor. Poett. Amstr. 867. *Conmovit* A R Laur. α (pro div. lect. ad oram) a q u Ald. Lugd. Sich. tres Torn. Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Gall. Obb., *Movisset* T Ambr. cod. Cauch. T2rr. α b m Heins. Cham. Cell. Arev., *Mouesset* cum gl. marg. *mouesso* esse verbum desiderativum a *moveo* ut *capesso* a *capio* Prag.; *in plicabilis* 1 b. 868. *magus nobis* 1 a. 869. *Inludet* H P vetustiores Heinss. α a q Amstr. Heins. Cham. Cell. Obb., *Inludit* Laur. b m u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Arev.; *Thessalarum* Ambr. Heins. Cham. Cell. 872. *ensem* b m q Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cham. Cell. Arev., *ense* A H P R Laur. α (in quo *hense*) a u Obb. 873. *amputatu* 2 b. 874. *cohibit* a Ald. Lugd.; *regluttinabitur* m. 877. *Truncate* Ald. Lugd. 879. *Cadat velat una* Ambr., unde *Cadatque et una* coni. Heins.

869. *Thessalorum*] *Thessalarum* (vid. varr. lectt.) certe usitatius. Cfr. Hor. Od. I, 27, 21, Epod. V, 45, Dissen. ad Tib. I, 2, 43, Tib. II, 4, 55, Claud. I in Rufin. 136 *novi quo Thessala cantu Eripiat lunare iubar*. Sed altera forma ap. seriores aeque reperitur, cfr. Symm. Ep. VII, 19: *Quis Colchus aut Thessalus cantu aut manu has offensiones levasset.*

879. *vel una*] Cypr. ep. 17 ad Demetr. p. 256: *Nec saltem contentus es dolorum nostrorum compendio, nec simpliri ac veloci brevitate paenarum: admoves laniandis cor-*

„quot membra gestat, tot modis pereat volo.
„Libet experiri, Lerna, sicut traditur,
„utrum renatis pullulascat artubus,
„ac se inminuti corporis dampnis novum
„instauret: ipse praesto erit tunc Hercules
„hydrina suetus ustuire vulnera.
„Iam nunc secandi doctus adsit artifex,
„qui cuncta norit viscerum confinia,
„vel nexa nervis disparare vincula.
„Date hunc, revulsis qui medetur ossibus,
„aut fracta nodis sarciens conpaginat.
„Linguam priorem detrahat radicitus,
„quae corpore omni sola vivit nequior:
„illa et procaci pessima in nostros deos
„invecta motu fas profanavit vetus
„audax et ipsi non pepercit principi.“
Aristo quidam medicus adcitus venit,
proferre linguam praecipit: profert statim

880. *Quod* R Cham. 882. *pullulescat* Prag. 2 α a, *pululescat* Ald. Lugd. 883. *imminutis* 1 m Ald. Lugd. Nebr., *in minutis* u, *inminutus* coni. Nebr. 884. *tunc erit* Rat. q u Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. 885. *ustuire* A E H P 1 R T Ambr. Heins. Arev. Obb., *ustuare* H (supra) Altin. T2rr. (pro div. script.) Vall. et Cauch. ex coniect. Fabr. Gis., *ustum ire* B W Gif. p. 464 Laur. α a b m q u Ald. Lugd. Sich. tres Weitz. Chor. Poett. Cell., *ire inustum* Gis. ad oram Amstr., *usturire* vel *ustulare* Salm. l. l. 888. *discrepare* B W Prag. Rat. b m, *dissipare* B supra margo trium Sich., *dissiparare* H supra alt. 890. *nouis* b 1 m, *nodis* 2 m, *nouis* 3 m; *sarciens* T, ex quo *sarcinans* coni. Heins.; *compagina* W m. 892. *corpori* b. 893. *et* om. b 1 m u Ald. Lugd. Lott.; *Illa pessima et procaci* Prag. 894. *motus* A P. 895. *ipsa* 1 α, *ipse* Cell. 896. *quondam* Ambr.; *ascitus* scr. Weitz. 897. *profert cito* u.

*poribus longa tormenta, multiplices lacerandis visceribus supplicia, nec feritas atque inmanitas tua usitatis potest contenta esse tormentis, excogitat novas paenas ingeniosa crudelitas.*

881. *Lerna*] „Ait Asclepiades, se experiri velle, an amputata parte aliqua Romani aliae renascantur, ut in Hydrae Lernaeae capite accidebat. Quodsi id fiat addit, non deerit aliquis Hercules, qui hanc hydram interficiat.“ *Arev.* Cfr. Hor. Od. IV, 4, 61 *Non Hydra secto corpore firmior vinci dolentem crevit in Herculem*, Hygin. fab. 30.

886. *artifex*] „Elegantissima veri chirurgi periphrasis desumpta a proximis adiunctis, peritia sc. anatomicae artis et proba luxationum ac vulnerum curatione. Apparet autem ab ea usque tempore partes nobilissimae artis pessimo exemplo discerpi ac laniari caepisse. Hic enim Aristo eo tantum nomine innotuisse videtur, qui solam χειρουργικήν, tertiam θεραπευτικῆς partem exerceret.“ *Gis.*

martyr retectam, pandit ima et faucium,
ille et palatum tractat et digito exitum
vocis pererrans vulneri explorat locum.
Linguam deinde longe ab ore protrahens
scalpellum in usque guttur insertans agit.
Illo secante fila sensim singula
nunquam momordit martyr, aut os dentibus
conpressit artis, nec cruorem sorbuit.
Inmotus et patente rictu constitit,
dum sanguis extra defluit scaturiens,
perfusa pulcer menta russo stemmate
fert et cruenti pectoris spectat decus
fruiturque et ostro vestis ut iam regiae.
Ergo ratus praefectus elinguem virum
cogi ad sacrandum posse, cum verbis carens
nil in deorum blateraret dedecus,
iubet reduci iam tacentem ac debilem,
multo loquentis turbine olim territus.
Reponit aras ad tribunal denuo
et tus et ignem vividum in carbonibus

898. *retecta* q; *et pandit ima* inv. Vall. Sich. I III Fabr. Gis. Chor. Poett., *et ima pandit* Sich. II, *ima et pandit* Amstr., *pandit ima* om. *et* Cell. 901. *protrahans* 1 α, *trahens ab ore* Prag. corrupte.

905. *Conpressit ictis* E H supra alt.; *aut cruorem* Vall. margo trium Sich. Fabr. Gis. 907. *defluat* R cod. Cauch., *defluens ebulliit* coni. Cauch.; *scaturriens* E W b q Weitz. Heins., senario haud dubie consonantius. 908. *meta* u; *ruffo* 2 R Lott. Chor. Poett., *rufo* Gis. I Amstr., *rubro* Vall. Fabr., *russos* q [Cfr. Gell. II, 26]; *stegmate* q, *stemmate* (pro *stagmate*) leg. affirmat Salm. in notis ad Lampridii Elagab. p. 854.

910. *et* om. 2 Rat. 911. *Praefectus ergo ratus* A R scripti ap. Heins. mira pertinacia Laur. 1 α (*erga* 2 α) a b m q u Ald. Lugd. Lott. Sich. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett. Amstr. metro obnitente [Voss. A. Gr. II, 22]; primus emendavit Gis. *Ergo ratus praefectus.* 913. *in* om. Lott.; *blateraret* A P 1 R T Altin. T3rr. α a Heins. Cham. Cell. Obb., *oblatraret* B E 2 R W Laur. Rat. b m q u Gif. ex vett. libb. p. 464 Weitz.; *obblacteraret* Ald. Lugd. Lott. Sich. tres Fabr. Gis., *oblateraret* Chor. Poett., *oblacteraret* Amstr., *obblateraret* Arev., *oblatraret in Deorum* inv. Gis. ad oram.

914. *ac* A R α a b m q Fabr. Gis. Weitz. Heins. Arev., *et* Laur. u Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Amstr. Cell. Obb.

908. *stemmate*] *rubeo sanguine* bene Iso. Mirum, quod Cell. adnotat: „Sed qui stemma sanguis sit, non apparet." Cogitat quippe de signis generis et nobilitatis, qualia sint maiorum imagines. (Sen. de benef. III, 28, Plin. H. N. XXXV, 2). Haud dubie sanguis dicitur *stemma*, quippe quo Christi milites perfuso nobilitentur. In martyris mento autem et pectore corona vel sertum (στέμμα Act. 14, 13) apparebat.

912. *ad sacrandum*] *ad sacrificandum* frequentius, vid. 750.

917. *tus*] *Tus apud antiques cum aspiratione scribebatur* [supra

taurina et exta vel suilla abdomina:
ingressus ille, ut hos paratus perspicit,
insufflat, ipsos ceu videret daemonas.
Inridet hoc Asclepiades laetior,
addit deinde: „Numquid inclementius,
„sicut solebas, es paratus dicere?
„effare quidvis, ac perora et dissere.
„Permitto, vocem libere ut exerceas.“
Romanus alto corde suspirans diu
gemitu querelam traxit et sic orsus est:
„Christum loquenti lingua nunquam defuit,
„nec verba quaeras, quo regantur organo,
„cum praedicatur ipse verborum dator.
„Qui fecit, ut vis vocis expressa intimo
„pulmone et oris torta sub testudine,
„nunc ex palato det repercussos sonos,
„nunc temperetur dentium de pectine
„sitque his agendis lingua plectrum mobile:
„si mandet idem, faucium sic fistulas
„spirare flatu concinentes consono,
„ut verba in ipsis explicent meatibus,

918. *esta* u. 919. In ed. Parmensi punctum post *perspicit* male appositum. 920. *viderit* q; *daemones* u; *Insufflat ipsos, ceu* disting. Ald. Lugd. 921. *Arridet* B margo trium Sich., *Asclepiadis* A. 922. *insolentius* Lott. Amstr. 924. *quidvis* A P R scripti Heinss. α a q Heins. Cham. Cell. Obb., *quodvis* Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett., *quod vis* Laur. b m u Ald. Lugd. Amstr. Arev.; *per ora* Laur. Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett. Amstr.; *edissere* p. *et dissere* Laur. b m q u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett. Amstr. 925. *liber* a, *libere exercere te* Vall. Fabr. Gis., *libere exerceas* aut *libere tu exerceas* coni. Heins., quod Salmas. l. l. iam voluit: bene, iudice Obbario. 927. *sic exorsus* Rat., *sic exorsus est* W b m. 928. *numquam lingua* 1 a. 929. *quae* Sich. tres, *quo* ib. margg. 931. *Quis* Lugd.; *in intimo* 1 u. 932. *tecta* u. 933. *repercusso* O Ald. Lugd. Nebr., *repercussa* u. 935. *Sicque* q; *augendis* Ald. Lugd. 936. *Sic* q. 937. *continentes* 1 Rat.

*dicebatur*] *habens graecam etymologiam ἀπὸ τοῦ θε[ί]ου id est a re divina* [vel. *ἀπὸ τοῦ θύειν*]. *Apud modernos autem* [sine] *aspiratione scribitur et venit a verbo tundo* gl. a, Serv. ad Virg. Aen. VI, 4: „*thus* et *orchus* veteres dicebant: quibus sequens aetas detraxit aspirationem.“ Cfr. ib. ad Georg. I, 57.

931. *vis vocis*] *novem sunt, quibus vox humana formatur: plectro linguae, cavo gutturis, adiutorio pulmonis, repercussione quattuor dentium, impressione demum labrorum* gl. a.

934. *dentium de pect.*] Cfr. Hom. Od. X, 328 *ἔρκος ὀδόντων*.

„vel exitu oris cymbalis profarier,
„nunc pressa parce labra, nunc hiantia:
„dubitasne verti posse naturae statum,
„cui facta forma est, qualis esset primitus?
„Hanc nempe factor vertere, ut libet, potest,
„positasque leges texere ac retexere,
„linguam loquela ne ministram postulet.
„Vis scire nostri numinis potentiam?
„Fluctus liquentis aequoris pressit pede,
„natura fluxa ac tenuis in solidum coit:
„quam dispar illis legibus, quis condita est!
„solet natatus ferre, fert vestigia.
„Habet usitatum munus hoc divinitas,
„quae vera nobis colitur in Christo et Patre,
„mutis loquelam, percitum claudis gradum,
„surdis fruendam reddere audientiam,
„donare caecis lucis insuetae diem.
„Haec si quis amens fabulosa existimat,
„vel ipse tute si parum fidelia
„rebare pridem, vera cognoscas licet:
„habes loquentem, cuius amputaveras
„linguam: probatis cede iam miraculis.“
Horror stupentem persecutorem subit,
timorque et ira pectus in caliginem
vertere: nescit, vigilet anne sompniet:
miratur haerens quod sit ostenti genus.
Formido frangit, armat indignatio.
Nec vim domare mentis effrenae potest,
Nec quo furoris tela vertat, invenit.
Postremo medicum saevus insontem iubet
reum citari, nundinatum hunc arguit,

939. *Vel in exitu* O; *exitu* supra *l exitum* m; *cymbalis* cum gl. *labris* 940. *pressa labra parce* transp. Rat. m q Weitz. contra metr., *pressa labra* Amstr. Obb., nescio an consulto. 941. *Dubitansne* A. 944. om. 1 a. 945. *loquella* α Weitz., *loquellae* Rat. a prisca man. *loquelam* Lugd. perperam; *postules* supra *lat* W. 949. *Quae* R α iv. lect. a (pro div. script.) u Ald. Lugd. Amstr., *quem* q; *Qui* Vall. tres Fabr., *Quid* Chor. Poett.; *queis cond.* scr. Arev. ex arbitrio. 951. *usuatum* 1 Prag. 953. *Multis* 1 b; *loquellam* q; *concitum* 954. *audientium* 1 α. 955. *insuetam* Laur. Rat. b m u s. (non B). 957. *qui par.* Lott.; *fid. hęc* R. 960. *Linguam obstis* Prag. 963. *ne* om. W Rat. b m q Parrh. 967. *quod veta* u; *vertit* A α. 969. *hunc* om. B Weitz.

mercede certa pactus ut conluderet:
aut ferrum in ore nil agens et inritum
versasse frustra, ceu retunsis actibus
aut arte quadam vulnus inlatum breve,
quod sauciata parte linguam laederet,
nervos nec omnes usque quaque abscideret.
Manere salvam vocis harmoniam probe,
non posse inani concavo verba exprimi,
quae concrepare ligula moderatrix facit.
Esto, ut resultet spiritus vacuo specu,
echo sed extat inde, non oratio.
Veris refutat medicus hanc calumpniam:
„Scrutare vel tu nunc latebras faucium,
„intraque dentes curiosum pollicem
„circumfer, haustus vel patentes inspice,
„lateatne quidquam, quod regat spiramina.
„Quamquam forassem forte si puncto levi,
„tenuive linguam contigissem vulnere,
„titubante plectro fatus esset debilis.

970. *Mercede cepta* q, forte legendum *capta; concluderet* 1 b. 971. *angens* 1 A. 972. *ceu retunsis actibus* Obb., *seu retunsis actibus* Cell., *se retunsis actibus* A (ap. Obb.) E 1 T α Gif. p. 331. prob. Heins., *se retunsis ictibus* m pro div. lect., *seu retusis ictibus* Lott., *ceu retusis ictibus* Gis. Amstr. Heins. Cham., *seu retusis tractibus* H, *seu retunsis tractibus* 2 R (ap. Obb.), *seu retusis tactibus* 1 R (ap. Obb) W, *seu retunsis tactibus* Vall. b u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett., *se retunsis tactibus* A (teste Ieepio contra Obb.) P R (teste Ieepio contra Obb.) Altin. Laur. Prag. m Arev., *se retusis tactibus* a q [sed vid. C. IV, 77. (C. VI, 140 *astu* legendum esse docuit Obb.) Virg. Aen. XII, 687: *Fertur in abruptum magno mons improbus actu.* Stat. Theb. VIII, 469. Lucan. IX, 472, ubi codd. deteriores *ictu* exhibent]. 973. 972 R. 974. *sauciatam* H. 975. *abscideret* R castigatiores Heinss. α b m u Weitz. Heins. Arev., *abscinderet* Vall. Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Cell. [Cfr. XI, 65], *occideret* A E N W (in marg.) Altin. α (pro div. lect.) a Obb., *occiderat* q, *excideret* coni. Obb. 976. *armoniam* B H W Ambr. u Ald. Lugd., *arimoniam* E; *probe* A Laur. α a b q u Ald. Lugd. Fabr. Gis. Heins. Arev., *probae* R m Iso Sich. tres Weitz. Chor. Poett. Amstr. Cell. Obb. 978. *ligula* T Ambr. 1 α Heins. Obb., *lingula* A H P 2 α a q Weitz., *lingua* R Laur. Vall. b m u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Cell. Arev. 980. *exit* Prag. Rat. b m Fabr. Gis. Weitz. (non H), *exiet* u. 985. *Lateat nequicquam* q; *quicquid* W in marg. alt. 987. *Tenui vel* R a Lott. 988. *factus* R Laur. u Parrh. Weitz. (non B) Amstr. Obb., *fatus* supra *t factus* m.

981. *calumpniam*] *Calumniae proprie sunt verbera. Inde in Actibus apostolorum* [5, 41] *legitur: Ibant gaudentes a conspectu consilii, cum digni habiti sunt pro nomine Iesu contumelias pati, id est verbera. Sed hoc in loco pro causa ponitur* gl. a.

„Nam cum magistra vocis in vitium cadit,
„usus necesse est et loquendi intercidat.
„Fiat periclum, si placet, cuiusmodi
„edat querelam quadrupes lingua eruta,
„elinguis et quem porca grunnitum strepat,
„cui vox fragosa, clamor est inconditus,
„probabo mutam nil sonare stridulum.
„Testor salutem principis, me simplici
„functum secantis arte, iudex optime,
„servisse iussis absque fraude publicis.
„Sciat hic, quis illi verba suggillet deus:
„ego, unde mutus sit disertus, nescio."
His sese Aristo purgat: at contra inpium
nil haec latronem Christianorum movent,
magis magisque fertur in vesaniam.
Quaerit, alienus sanguis ille adsperserit
virum suove fluxerit de vulnere.
Respondet his Romanus: „Eccum, praesto sum,
„meus iste sanguis verus est, non bubulus.
„Agnoscis illum, quem loquor, miserrime
„pagane, vestri sanguinem sacrum bovis,
„cuius litata caede permadescitis?

989. *ministra vocis* Rat. 990. *et loquendi* B scripti Heinss. Laur. Vall. α u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. Heins. Cell. Arev., *ut loquendi* Gis. Amstr., *eloquendi* A E H P 1 R Altin. a b q Weitz. Obb., *loquendi* om. *et* 2 R m. 991. *Fac...huiusmodi* Prag. 992. *loquelam* Prag., *querellam* α a. 999. *Sciat* supra *t scit* a; *suggerat* Ambr. u coni. Nebr. Lott. Gis. ad oram Cauch. ex coniect. 1000. *Ergo* A b m; *sit hic disertus* a male, *mutas sic hic dissertus* q. 1001. *se* B W 1 m Ald. Lugd. Sich. tres Torn. Weitz. (non P); *ad* A. 1004. *an alienus* Prag. 2 Rat. b m Lott. Weitz. (non E H), *num alienus* Vall. Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Gall.; *illum* Prag. Vall. b m Sich. tres Fabr. Weitz. (non H) Chor. Poett. Amstr.; *sanguis an asperserit* Parrh. 1005. *effluxerit* Vall. Fabr. Gis. 1006. *Respondet* α. *Respondit* Laur. a b m q u cum edd.; *hiccum* q, *haec cum* u, *ecce* Vall. Fabr. Gis. 1007. *bubuli* H. 1009. *nostri* u. 1010. *promadescitis* T, *parma descitis* q, *prò madescitis* coni. Heins., quod est exclamantis; nam *prò*, non *proh* scribebant veteres, ut idem adnotat.

996. *salutem principis*] Vegetius III, 4: *Iurant* (milites et magistratus) *per Deum ... et per maiestatem imperatoris, quae secundum Deum generi humano diligenda est et colenda. Nam imperatori cum Augusti nomen accepit, tamquam praesenti et corporali Deo fidelis est praestanda devotio et impendendus pervigil famulatus*, Tert. Apolog. 28. 32: *Sed et iuramur, sicut non per genios Caesarum, ita per salutem eorum, quae est augustior omnibus geniis*, Dig. l. 33 *De iure iur.*

1008. *illum*] vid. ad 1011.

„Summus sacerdos nempe sub terram scrobe
„acta in profundum consecrandis mergitur,
„mire infulatus, festa vittis tempora
„nectens, corona tum repexus aurea,
„cinctu Gabino sericam fultus togam.

1011. *sub terram nempe* q. 1012. *Ac...mergit* A; *consecrandis* 1 α, *consecrandus* Laur. 2 α a b m q u cum edd.; non *consecrandus* mergitur sacerdos, sed descendit in scrobem sacra facturus. 1013. *Mire* A Laur. α a b m q u Ald. Lugd. Lott. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev. Obb., *Mitra* R cod. Cauch. T3rr. [coni. Paschal. de coron. 13, 21] Gis. ad oram Heins. Cbam. Cell.; *uictis* u. 1014. *Nexus* B H (supra) W Prag. Rat. m Lott. margo trium Sich. Weitz. (non P), *Nexus* supra *t nec tens* b; *coronatum* A R Ambr. q (in hoc quidem vocc. disiuncta haud raro in unum coniuncta inveniuntur); *replexus* A B E H P q Gif, p. 395 Weitz. (non W); *auream* Ambr., *coronam tum repexus auream* scribi vult Heins.
1015. *siricam* a, *roseam* Lott., *russeam* cod. Latinii Gis.

1011 sq. *Summus sacerdos*] „Intellegendus sacrorum rex, sive flamen, qui sacrificium agebat, idem, qui in inscript. *sacerdos primus* sive *maximus* vocatur, quem cum *Pontifice maximo* ne confundas, cfr. Orell. inscript. n. 2166, 2628. Quaeritur autem, quod sacrificium poeta describat: referunt enim vv. sqq. ad *Terentina sacra* Ael. Nebr., Fabr., Gis. et Weitz., quae in Plutonis et Proserpinae honorem instituta esse Valer. Max. II, 4, 5 enarrat. Speluncam quidem in his sacris colendis perfossam ac tauros mactatos esse nigros nemo negat, sed sacerdotem sanguine etiam pollutum nusquam legimus. Quare, cum id in *Taurobolüs* Cybebes sacris agendis factum sit, bene Ant. van Dalen de Oraculis p. 122. 159 hos Prudentii versus ad illum ritum referebat; quem secuti sunt de Boze (Mémoires de litterature tirés des registres de l'acad. royale des inscript. et belles lettres, Tom. III, p. 106, ed. Paris. 1772. 8), Cell. et Arev. Hic sacer ritus in inscriptionibus saepius commemoratur (cfr. Orell. 1899, 1900, 2322...2332, Millin. voyage I, p. 522) sed antiquissima a. 160 p. Chr. non excedit. Primus de eo scripsit Iul. Firmic. de error. prof. relig. 12, Salmas. ad Ael. Lamprid. Elagab. c. 7, p. 180 hoc carmen primus e cod. vet. edidit, quod Prud. pluribus illustrat: *Quis tibi Taurobolus vestem mutare suasit, Inflatus dives subito mendicus ut esses, Obsitus et pannis modicis tepefactus...Sub terra missus pollutus sanguine tauri, Sordidus, infectus, vestes servare cruentas, Vivere cum speras viginti mundus in annos.* Cfr. Burm. Anth. I, p. 33, ubi alius quoque epigrammatis fragmentum extat, ex quo hos vv. apponimus: *Aurorae ostrinum hic indutus supparum Coronam ex auro et gemmis fulgentem gerit Luce locum afficiens.* Ceterum cfr. Kautz. de Taurobolio (Lips. 1738), quem librum mihi comparare non potui." *Obb.*

1015. *cinctu Gabino*] Serv. ad Virg. Aen. VII, 612: „*Gabinus* cinctus est toga sic in tergum reiecta, ut una (ima) eius lascinia a tergo revocata hominem (humerum?) cingat. Hoc autem vestimenti genere [veteres Latini cum necdum arma haberent praecinctis togis bellabant, unde etiam milites *in procinctu esse* dicuntur. Hoc rursus] utebatur consul bella indicturus, ideo quia cum Gabii, Campaniae civitas sacris operaretur, bellum subito evenit. Tunc cives cincti togis suis ab aris ad bella profecti sunt, et adepti victoriam. [Propter quod omen tali habitu semper utebantur in bellis]. Unde hic ortus est mos." Sacerdotes in sacris faciundis peculiari huiuscemodi veste usitabantur, id quod in permultis monumentis sculptis adhuc videre

„Tabulis superne strata texunt pulpita,
„rimosa rari pegmatis conpagibus,
„scindunt subinde vel terebrant aream
„crebroque lignum perforant acumine,
„pateat minutis ut frequens hiatibus.
„Huc taurus ingens fronte torva et hispida,
„sertis revinctus aut per armos floreis,
„aut inpeditis cornibus deducitur,
„nec non et auro frons coruscat hostiae
„setasque fulgor bractealis inficit.
„Hic ut statuta est inmolanda bellua,
„pectus sacrato dividunt venabulo,
„eructat amplum vulnus undam sanguinis
„ferventis inque texta pontis subditi
„fundit vaporum flumen et late aestuat.
„Tum per frequentes mille rimarum vias
„inlapsus imber tabidum rorem pluit,
„defossus intus quem sacerdos excipit
„guttas ad omnes turpe subiectans caput,
„et veste et omni putrefactus corpore.
„Quin os supinat, obvias offert genas,
„supponit aures, labra, nares obicit,
„oculos et ipsos perluit liquoribus,
„nec iam palato parcit et linguam rigat,

1016. *supernae* a. 1017. *pigmatis* A E 1 α. 1019. *Crebrove* Amstr. Obb. 1023. *impeditus* Prag. Rat. b m Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. (non H P) Chor. Poett. Amstr. Arev., *impenditis* E prave.

1025. *bratteolis* prius fuisse videtur in Rat., *brattealis* α b Weitz., *bratealis* a q u, *bracteolis* 1 m, *blattealis* Ald. Lugd. 1026. *stimulando* supra man. rec. *est inmolanda* b, *stimulando* ad oram *inmolanda* m.

1027. *sacratum* 2 Rat., *sacrato* 1 et 3 m, *sacrata* 2 m; *venabula* 2 α a; *sacrata...venabula* N T Prag. Rat. b Heins. Cell., *sacratum...venabula* duo Heinss. q. 1029. *subdita* Rat. 1030. *vaporem* 1 A H W (supra) q, *vaporem* supra *l um* m. 1031. *sequentes* Prag. 1032. *Inlapsum* a, *imlapsus* m. 1034. *obiectans* E H P 2 R a q, *turpes obiectans* 2 α.

1035. *omne* Ald. Lugd. Sich. tres; *putefactus* T Heins. Cham. Cell. Teol. [Cfr. C. VII, 9]. 1036. *Qui nos* a q Ald. Lugd. Nebr. Sich. tres Torn. Chor. Poett., *Quinos* coni. Nebr. Weitz., *Cinnos* vel *Cinos* coni. Scaliger Lect. Auson. II, 1; *supinat* exc. q. 1037. *auras* 1 α.

1038. *litoribus* u.

est. Cfr. Luc. I, 595, Drakenborch. ad Liv. V, 46, IX, 9, Otfred. Müller. „Die Etrusker." Vol. I, p. 265.

1022. *sertis revinctus*] Cfr. Ps. 30, Act. 14, 13.

1029. *texta pontis*] „pegma tabularum instar sublicii pontis." *Cell.* Cfr. ad I, 56, imaginem exhibet de Boz. p. 152.

„donec cruorem totus atrum conbibat.
„Postquam cadaver sanguine egesto rigens
„conpage ab illa flamines retraxerint,
„procedit inde pontifex visu horridus,
„ostentat udum verticem, barbam gravem,
„vittas madentes atque amictus ebrios.
„Hunc inquinatum talibus contagiis,
„tabo recentis sordidum piaculi,
„omnes salutant atque adorant eminus,
„vilis quod illum sanguis et bos mortuus
„foedis latentem sub cavernis laverint.
„Addamus illam, vis, hecatomben tuam?
„centena ferro cum cadunt animalia
„variaque abundans caede restagnat cruor,
„vix ut cruentis augures natatibus
„possint meare per profundum sanguinis.
„Sed quid macellum pingue pulvinarium,
„quid maximorum lancinatores gregum,
„eviscerata carne crudos criminor?
„sunt sacra, quando vosmet ipsi exciditis
„votivus et cum membra detruncat dolor.
„Cultrum in lacertos exerit fanaticus

1042. *retraxerit* A. 1046. *Illinc* A E H (supra alt.) P; *contactibus* Fabr. 1047 in Prag. reiectus post 1050. 1050. *laverit* A E H a q Latin. (prob. Arev.) Obb. 1051. *illam si vis* coni. Cauch.; *haec atomben* A, *eccatontem* H W, *echatontem* Prag. b m, *haec antoben* l α, *haec ad opem* a, *hec acontam* q, *hecatombem* u. 1052. *fere* Prag. a, in hoc supra *t o*; *cui* R Prag. b margo trium Sich. Gis. ad oram, *cu.* (sic) H, *cum* supra *t cui* m, deest vocula in W Parrh. 1054. *natalibus* u.
1055. *profunda* E Weitz. (non H P); *sanguinem* B W b (heic supra *t is*) m Ald. Lugd. Sich. tres Gis l Chor. Poett. Amstr. 1059. *sacra* om A; *cum* (supra *al quando*) *nosmetipsos* Prag., *quando vosmet ipsos* a q.
1061. *Cultros* Prag. contra metr.; *lacertis* l m; *fanaticos* A.

1061. *Cultrum*] Id Bellonae sacerdotum erat, Lact. I, 21 *Bellonae sacerdotes non alieno, sed suo cruore sacrificant. Sectis namque humeris et utraque manu districtos gladios exerentes currunt, efferuntur, insaniunt.* Isti autem non castrati erant, vid. Heinrich. ad Iuven. VI, 511, p. 271, Creuzer. Symbolik u. Mythologie I, p. 363. De hisce Cybeles sacerdotibus effeminatis vid. Arnob. V, 16: *Quid pectoribus adplodentes palmas passis cum crinibus Gallis* et 17: *vos dicite: evirati isti mollesque, quos interesse vobiscum in istius numinis videmus sacris, quidnam istic habeant negotii, sollicitudinis, curae, et cur more lugentium caedant cum pectoribus lacertos et fortunam imitentur in lamentabili constitutorum sorte?* Apul. Met. VIII, fin. (ib. Hildebr.): *Diu capite demisso cervices lubricis intorquentes motibus crinesque pendulos rotantes in circulum et nonnunquam morsibus suos*

„sectisque Matrem brachiis placat deam,
„furere ac rotari ius putatur mysticum;
„parca ad secandum dextra fertur impia,
„caelum meretur vulnerum crudelitas.
„Ast hic metenda dedicat genitalia
„numen reciso mitigans ab inguine,
„offert pudendum semivir donum deae,
„illam revulsa masculini germinis
„vena effluenti pascit auctam sanguine.
„Uterque sexus sanctitati displicet,
„medium retemptat inter alternum genus:
„mas esse cessat ille, nec fit femina.
„Felix deorum Mater inberbes sibi
„parat ministros lenibus novaculis.
„Quid, cum sacrandus accipit sphragitidas?

1062. *deum* coni. Nebr. Lott. prob. Arev., *Rheam* coni. Oudendorp. ad Iul. Obseq. 104, sed vid. Eur. Bacch. 131. Cic. har. resp. 11. Hygin. fab. 191. 1063. *rotare* Ald. Lugd.; *eius* Lott. 1064. *Parta* supra *parca* b, *Parta* m Ald. Lugd. Nebr. Sieb. tres Torn. Fabr. Weitz. (non P) Chor. Poett. 1069. *Illa* u; *reuulsam* α. 1070. *efluenti* T, *defluenti* Prag., *fluenti* Salmas. l. l., *et fluenti* coni. Heins. 1072. *inter alterum* m. 1073. *cess. nec tamen fit* Lott. 1075. *Parati* q; *levibus* Ald. Lugd. Parrh. Sieb. tres Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cham. Cell., *laevibus* Fabr. 1076. *sacrandos* a Cell.; *fragitidas* A B H R W codd. Heins. Prag. Rat. a b m u Weitz., *sfragitidas* α, *fragittidas* q; *occidit Phryx Atidi* Parrh.

*incursantes musculos ad postremum ancipiti ferro, quod gerebant, sua quisque bracchia dissecant*, Lact. I, 17, 7, Tertull. adv. Marc. I, 13, Min. Fel. XXIV, 6.

1066. *hic*] Ov. Fast. IV, 241 *Onus inguinis aufert Nullaque sunt subito signa relicta viri.*

1076. *sphragitidas*] „Medicamenta ex terra sphragitide, i. e. sigillata, quae valet ad cicatricanda vulnera. Cels. V, 20." *Nebr.* „Verum quidem, sed verba sqq. de vulneribus medicandis poetam non agere satius docent, quare *sphr.* cum Fabr. Gis. ac Cellar. pro notis sive punctis, quae sacerdotibus inurebantur, accipio, et cum Lips. (de re mil. I, 9) atque Herald. (ad Arnob. III, p. 103) a militibus, qui ante ipsam militiam notis significabantur, hunc ritum deductum esse arbitror. Nebriss. etiam Matern. de Cilano [Ausführliche Abhandlungen der röm. Alterthümer III, p. 187] sequitur; Gesnerum (Thes. ling. lat. s. v. IV, p. 522) vocem *sphrag.* acus epitheton habentem et verba sic ordinantem *Quid...sphragit. Acus minutas, ing.* non intellego. Ritus, quem Prud. vv. 1081 ... 1085 commemorat, alios scriptores mentionem non facere, quotquot hanc rem tractaverunt, affirmant; vid. Selden. de diis Syr. II, 22, Cilanon. l. l., Creuzer. l. l. etc." *Obb.* Sphragitidas = notulas sacras et ipsi rei sacrandae adfixas aut impressas Cfr. Ep. Barnab. IX: *καὶ μὴν περιτέμνεται ὁ λαὸς εἰς σφραγῖδα*, unde peculiari sensu *baptismus σφραγίς*, vid. Herm. Past. Sim. IX, 16: *Ἔλαβον οὖν καὶ οὗτοι οἱ κεκοιμημένοι τὴν σφραγῖδα τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ κτλ.* Arevali verba ad v. 1085 Obbarius imperfecte transcripsit. Sunt autem haec: „Puto autem sermonem esse non de solis sacer-

„Acus minutas ingerunt fornacibus:
„his membra pergunt urere, ut igniverint,
„quamcunque partem corporis fervens nota
„stigmarit, hanc sic consecratam praedicant.
„Functum deinde cum reliquit spiritus
„et ad sepulcrum pompa fertur funeris,
„partes per ipsas inprimuntur bracteae,
„insignis auri lammina obducit cutem,
„tegitur metallo, quod perustum est ignibus.
„Has ferre paenas cogitur gentilitas,
„hac dii coercent lege cultores suos:
„sic daemon ipse ludit hos, quos ceperit,
„docet execrandas ferre contumelias,
„tormenta inuri mandat infelicibus.
„At noster iste sanguis ex vestra fluit
„crudelitate, vos tyrannide inpia
„exulceratis innocentum corpora.
„Si vos sinatis, incruente vivimus:
„at si cruente puniamur, vincimus.
„Sed iam silebo, finis instat debitus,
„finis malorum, passionis gloria:
„iam non licebit, inprobe, ut licuit modo,
„torquere nostra vel secare viscera:
„cedas necesse est victus et iam desinas.“
„Cessabit equidem tortor et sector dehinc“
iudex minatur „sed peremptoris manus

1077. *ingegit* Prag., ubi *ingerit* suspicatur Arev. 1078. *pergunt aere* A E; *perurere* Prag.; *cum igniverint* Prag., *utque igniverint* Gis. Amstr. Arev. (etsi Laur. α a b m q u *ut*). 1079. *Quacunque* E. 1080. *Stigmaret* A E, *Stagnarit* a, *Signarit* Lott.; *si* R, *hanc sacratam* om. *sic* A E a q, *hancce consecratam* Laur. u, *hancce consecratam* vel *hancce sacratam* coni. Heins. 1081. *relinquit* B R Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Amstr. 1083. *brateę* u, *bratteae* Ald. Lugd. 1084. *auro* Prag. 1087. *dii* codd. nostri et edd., nisi quod *dí* Heins. Cham., *di* Obb. 1092. *tyrannide cum impia* Prag. male. 1094. *vincimus* R. 1096. *debitis* Prag. 1098. *modo* exc. u. 1100. *etiam* u; *desines* a.

dotibus Cybelis neque de solis sacerdotibus Isidis, sed de quovis sacerdote, qui se numini alicui notis corpori inustis consecraret. An autem omnes sacerdotes id facere deberent, an solum alicuius numinis sacerdotes, et cuius numinis, nondum satis mihi liquet.“ Mihi quidem sphragitides illae, sive stigmata vocare velis, ansam dedisse videntur tonsurae monachorum et presbyterorum: eo spectant novissima Arevali verba. Cfr. Stellartius de Coronis et Tonsuris Paganorum, Iudaeorum, Christianorum l. l.

„succedit illis strangulatrix faucium,
„aliter silere nescit oris garruli
„vox inquieta, quam tubam si fregero.“
Dixit foroque protrahi iussit virum,
trudi in tenebras noxialis carceris.
Elidit illic fune collum martyris
lictor nefandus. Sic peracta est passio:
anima absoluta vinculis caelum petit.
Gesta intimasse cuncta fertur principi
praefectus addens ordinem voluminum,
seriemque tantae digerens tragoediae.
Laetatus omne crimen in fasces refert
suum tyrannus chartulis vivacibus.
Illas sed aetas conficit diutina,
fuligo fuscat, pulvis obducit situ,
carpit senectus, aut ruinis obruit;
inscripta Christo pagina inmortalis est,
nec obsolescit ullus in caelis apex.
Excepit adstans angelus coram Deo
et quae locutus martyr et quae pertulit:
nec verba solum disserentis condidit,
sed ipsa pingens vulnera expressit stilo
laterum, genarum pectorisque et faucium.
Omnis notata est sanguinis dimensio,
ut quamque plagam sulcus exaraverit,
altam, patentem, proximam, longam, brevem;
quae vis doloris, quive segmenti modus,
guttam cruoris ille nullam perdidit.

1103. *Succedit* A E H Ambr. Rat. 2 $\alpha$ Parrh. Obb., *Succedat* O P R q u Gis. ad oram, *Succedet* Vall. 1 $\alpha$ a b m et reliqq. edd.; *illi* N R 2 $\alpha$ u Lott. Gis. ad oram. 1107. *nox illis* E a. 1108. *Elidit* seqq. vid. Heins. Adv. p. 118. 1110. Cum hoc versu exorditur fragmentum hymni, quod est usque ad finem in cod. i. 1113. *disserens* u. 1114 sq. *in fastos refert Suos tyrannus* Cauch. ex coniect. et Latin., quod tenent Gis. Heins. Cham. Cell., hi quidem *Suum tyrannus*. 1117. *Uligo* T Rat. h i m Parrh. margo trium Sich. Cauch. Weitz (non P). Primam versus literam adpingere librarius oblitus esse videtur. 1119. *Inscripto* 1 m. 1120. *obsolescat* Ald. Lugd. 1122. *protulit* 1 u. 1124. *Et ipsa* u; *pingens* supra *u* a. 1125. *et* om. 1 i. 1126. *vulnerum dimensio* Lott. 1127. *exaraverat* A. 1128. *potentem* 1 $\alpha$. 1129. *quisve* u. 1130. *illa* m; *nullum* 1 $\alpha$.

1114. *in fasces*] fasces librorum, 1115. *vivacibus*] perduraturis. annales.

Hic in regestis est liber caelestibus
monumenta servans laudis indelebilis,
relegendus olim sempiterno iudici,
libramine aequo qui malorum pondera
et praemiorum conparabit copias.
Vellem, sinister inter haedorum greges,
ut sum futurus, eminus dinoscerer,
atque hoc precante diceret rex optimus:
„Romanus orat, transfer hunc haedum mihi;
„sit dexter agnus, induatur vellere.“

## XI. PASSIO HIPPOLYTI BEATISSIMI MARTYRIS.

Innumeros cineres sanctorum Romula in urbe
vidimus, o Christi Valeriane sacer.

1131. *Hic intregestis* Ald., mutavit *Hic inter gestis*, *Hic intergestis* Lugd.; *est liber est celestibus* q; *liber est* inv. Sich. tres Chor. Poett. Amstr. Obb., nescio an consulto. 1132. *Monimenta* Prag 2 α b i 2 m Ald. Lugd. Sich. tres Weitz. Chor. Poett. Amstr. Obb. 1133. *Religendus* A E H R Weitz. 1135. *conparavit* A E H a; *conp. pondera* A, *comparauit copi paruit* q. 1136. *hedorum* α i, *edorum* m u. 1137. *Si sum* Latin.; *dignoscerer* Fabr. Gis. Arev., sed Laur. α a b i m q u scr. *dinoscerer* cum Ald. Lugd. Sich. tribus Weitz. Amstr. Heins. Cell. 1138. *precanti* supra *l e* a. 1139. *huc* R (ap. Heins.) Heins. Cham. Cell. Teol.; *edum* m q.

Epigraphe *Finit Romanus Aurelii Prudentii Clementis* $\widehat{V}$. α, nulla a, *Finit romanus Aurelii prudentii. clementis* b i m, nulla q, *Explicit Passio Sancti Romani Martyris* u.

Inscriptionem dedi ex a, *Incipit ad Valerianum episcopum de passione s. Hippolyti M.* Rat. b, in quo om. *s.*, *Ad Valerianum episcopum de passione Hyppoliti beatissimi martyris* α, *Incipit ad Valerianum episcopum de passione Yppoliti martyris* m, nulla p, *Hymnus XI in S. Hippolytum* man. rec., ut semper) q, *Passio Sancti Hippoliti Presbyteri* u. 1. *sanctorum cineres* inv. A. 2. *Christo* Fabr. Gis. Amstr. (non α).

1136. Cfr. Matth. 25, 33 et ad IX, 97.

XI. Diu multumque videmus ab interpp. esse disceptatum, quisnam ille fuerit Hippolytus a Prud. carmine celebratus. Etenim cum tres sint eiusdem nominis, Hippolytus Portuensis episcopus, alter Antiochenus presbyter, Novatiani schismati, cum iuvenis esset, fautor (Martyrol. ad d. 26. Febr.), tertius miles quidam ex ethnico a S. Laurentio Christianus factus et ab equis discerptus (Martyrol. ad d. 13. Aug., Phil. Bergom. chron. I, p. 179, Les vies des Saints V, p. 188), Cham. Cell. Sam. Basnagius (Annal. ad a. 250), Ruinart. (p. 155) cum aliis, qui huic Martyrologii Rom. traditioni auctoritatem vindicant omnibus numeris absolutam, trium Hippolytorum historiam Prudentium confudisse in unam sibi persuaserunt. Nec desunt, qui cum Fabricio, Weitz. Baillet. (Les vies des Saints l. l.) poetae Hippolytum a ceteris prorsus diversum esse statuant. Ast neutrum argumentis alicuius pon-

Incisos tumulis titulos et singula quaeris
nomina? difficile est, ut replicare queam.
Tantos iustorum populos furor inpius hausit,
cum coleret patrios Troia Roma deos.
Plurima litterulis signata sepulcra loquuntur
martyris aut nomen aut epigramma aliquod.
Sunt et muta tamen tacitas claudentia tumbas
marmora, quae solum significant numerum.

3. *tu sing.* Fabr. Gis., hic corr. *et sing.* 5. *Quantos* a. 7. *locuntur* scr. Weitz. cum W. 9. *muta* B W castigatiores Heinss. α a b m Ald. Lugd Sich. tres Fabr. Gis (ad oram) Weitz. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cham. Cell. Arev. [Cfr. *frigida saxa* C. X, 171], *multa* A E P R W (supra) Laur. a (pro div. lect.) p q u Gis. Obb.; *turbas* q u Gis., *tumbas* idem in marg.

deris demonstratum video. Video autem effugisse interpretes rem unam, quae in dirimenda hac contentione vel summi momenti esse videtur, Hippolyti dico monumentum sepulcrale et locum, ubi repertum fuit. Monumentum quippe illud celeberrimum est statua marmorea Hippolyti Portuensis episcopi sellae insidentis, cui cum cyclo Paschali tituli reliquorum eius operum incisi extant. Locus, unde a. 1551 detectum in Bibliothecam Vaticanam pervenit, ager Veranus est, quem veterum Christianorum necropolin fuisse satis constat. Integrum id monumentum aevum Prudentiano haud multo serius indicat (Cfr. E. Platner, C. Bunsen etc. Beschreibung der Stadt Rom Bd. II, Abth. 2, p. 329). Is igitur Novati doctrinae iuvenis favisse (19), senex ad Catholicos conversus (23, 24), praefecto iubente ab equis discerptus, a fratribus Romae inhumatus (152) a Prudentio dicitur. Quando id evenerit, parum constat; omnibus autem quae Prud. rettulit accuratius perpensis, martyrium ex Decii vel Galli vel Valeriani temporibus nos ante oculos habere probabile fit. Martyrologiis haud raro nimium fidei praestitum fuisse, inter omnes constat: multa enim illic a criticis iam emendata sunt et posthac emendabuntur. Ea igitur Prudentii auctoritatem haudquaquam debilitare poterunt, quamvis plures Hippolytos martyres exstitisse adseverent. Diem autem martyris natalem Idibus Augustis (d. 13) e v. 232 apparet: idem dies festus Laurentio martyri sacer. Cfr. Les vies des Saints l. l., Tillemont. mémoires ecclesiastiq. III, p. 675, Mabillon. Annal. IV, p. 599. Elegia Valeriano episcopo pluries inscripta est. Missa ad eum a Prud. fuit, ut eumdem 13 mens. Aug. diem in honorem Hippolyti celebrari iuberet (v. 232 sqq.). Obbarius huncce Valerianum cum Valerio Caesaraugustano episcopo (IV, 80) confundit. Ceteroquin hocce carmen haud paucum confert ad catacumbarum structuram accuratius cognoscendam atque divina quae ibi celebrabantur officia pie illustranda. Cfr. Bellermann. Ueber die ältesten christlichen Begräbnissstätten etc. p. 9 sqq.

9. *muta*] „Aber es schliesst auch oft die verschwiegenen Gräber ein stummer Marmor, welcher allein zeigt der Begrabenen Zahl." Bellermann. l. l. Glossa cod. R pro lect. *multa* stat: *multa enim sunt sepulcra martyrum, ubi nomen quidem eorum reticetur, numeros* [sic] *vero inscribitur.*

10. *numerum*] Damas. carm. XVI, p. 231 (opp. ed. Sarazanius, Romae 1754): *Sanctorum, quicumque legis, venerare sepulchrum, Nomina nec numerum potuit retinere vetustas.* Cfr. Paulin. nat. XIII... *hic Martyres omnes, Quos simul innumeros magnae tenet ambitus Urbis.*

Quanta virum iaceant congestis corpora acervis,
nosse licet, quorum nomina nulla legas.
Sexaginta illic defossas mole sub una
reliquias memini me didicisse hominum,
quorum solus habet conperta vocabula Christus,
utpote quos propriae iunxit amicitiae.
Haec dum lustro oculis et sicubi forte latentes
rerum apices veterum per monumenta sequor,
invenio Hippolytum, qui quondam schisma Novati
presbyter attigerat nostra sequenda negans,
usque ad martyrii provectum insigne tulisse
lucida sanguinei praemia supplicii.
Nec mirere, senem perversi dogmatis olim
munere ditatum catholicae fidei,
cum iam vesano victor raperetur ab hoste
exultante anima carnis ad exitium;
plebis amore suae multis comitantibus ibat,
consultus, quaenam secta foret melior;
respondit: „Fugite, o miseri, execranda Novati
„schismata, catholicis reddite vos populis.
„Una fides vigeat, prisco quae condita templo est,
„quam Paulus retinet quamque cathedra Petri.
„Quae docui, docuisse piget: venerabile martyr
„cerno, quod a cultu rebar abesse Dei.“
His ubi detorsit laevo de tramite plebem
monstravitque sequi, qua via dextra vocat,

11. *acerbis* m. 12. In clausula versus interrogandi signo inepte disting. Arev. 16. *propria uinxit amicitia* Laur. u, *proprie iunxit amicitia* margo Gis., *proprie iunxit amicitiae* Chor. Poett. 19. *Inveni* Rat. b (pro div. lect.) m. 20. *Presbyteri* Prag. Rat. b 2 m q Arev.; *sequere* E et supra H; *negat* 1 q. 23. *Ne* a (non Ald.). 24. *dictatum* A. 25. *Insano cum iam* Laur. u. 27. *comitatibus* H 1 Rat. 31. *est* om. Laur. u. 35. *detersit* Ald. Lugd.; *levo* m.

19. *Novati*] Novatus Carthagine presbyter simul cum Novatiano presbytero Romano eos reditu in ecclesiam exclusit, qui inter persecutionem lapsi erant aut defecerant. Vid. Cypr. Ep. 49: *Idem est Novatus, qui apud nos primum discordiae et schismatis incendium seminavit, qui quosdam istic ex fratribus ab episcopo segregavit, qui in ipsa persecutione ad evertendas fratrum mentes alia quaedam persecutio nostris fuit. Ipse est, qui Felicissimum, satellitem suum, Diaconum, nec permittente me, nec sciente, sua factione et ambitione constituit. Urgentibus fratribus imminebat cognitionis dies, quo apud nos causa eius ageretur, nisi persecutio antevenisset.* Ibid. Ep. 41...52. 55, Euseb. hist. eccl. VI, 43...46.

23. *senem*] Cfr. 78, 109 et not. ad 137.

seque ducem recti spretis anfractibus idem
praebuit, erroris qui prius auctor erat;
sistitur insano rectori Christicolas tunc
ostia vexanti per Tiberina viros.
Illo namque die Roma secesserat, ipsos
peste suburbanos ut quateret populos,
non contentus humum celsa intra moenia Romae
tingere iustorum caedibus adsiduis,
Ianiculum cum iam madidum, fora, Rostra, Suburram
cerneret eluvie sanguinis adfluere.
Protulerat rabiem Tyrrheni ad littoris oram,

37. *rectis* 1 a. 39. *in Chr.* A. 41. *ipso* p coni. Cauch. 43. *humum* exc. q; *celsae* Laur. Prag. 2 Rat. a b m q u Parrh. Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. (non H) Chor. Poett. Amstr. Arev., quod malim. 44. *Tinguere* 2 m, *Tingueret* p. 45. *Suburam* Rat. α a b m p q u. 46. *effluere* Prag. Rat. b m q u Parrh. Weitz. 47. *littori* 1 α, *littoris* 2 α; *horam* W α u.

40. *ostia*] Tiberis gemino ostio aquas in mare inmittit. Ibi duo olim oppida extabant, in orientali parte *Ostia Tiberina* (vid. Parthey et Pinder Itinerarium Antonini Augusti et Hierosolymitanum s. v. *Ostis*), *Portus Romanus* seu *Portus Augusti* (nunc Fiumicino) in parte occidentali. Hippolytum Ostiensem episcopum fuisse, neque hinc certe concludi potest, neque id liquet ex v. 151 (vid. ibid. not.). Ceterum de Ostiensibus martyribus, inprimis sub Alexandro Severo Imp., Ulpiano quidem praef. praet. impulsore, cfr. Piazza Hier. Card. p. 16.

45. *Ianiculum*] collis in dextra Tiberis ripa adsurgens, cfr. Liv. I, 33, Plin. III, 5, Virg. Aen. VIII, 355, ib. Serv., Martial. IV, 64, 3. Hallucinatur Cellarius „Ianiculum mons trans Tiberim, unus ex septem urbis," cum septem Urbis colles sint Palatinus, Capitolinus, Aventinus, Caelius, Quirinalis, Viminalis, Esquilinus, ad unum omnes cis Tiberim siti. Urbe aucta Ianiculus et Pincius (collis hortorum Suet. Nero L) ab Aureliano illis septem adiecti moenibusque adhuc superstitibus novem circumdati sunt. Quod Ianiculi mentionem facit, non levis momenti id mihi videtur ad litem componendam, ad quem Hippolytum elegia spectet. Ianiculum quippe montem ad dextram Tiberis ripam secabat via Portuensis, laevam sequebatur via Ostiensis, quousque Ianiculus omnino non extenditur. Per viam igitur Portuensem *rector insanus* (39), qui Roma secesserat, portum se contulit. Idcirco *Christicolis caput populis* (80) Hippolytus episcopus Portuensis. — *Rostra*] Celeberrimus ille Fori Romani locus, unde ad populum orationes habebantur, cfr. E. Platner, C. Bunsen etc. Beschreibung d. Stadt Rom Bd. III, Abthl. 2, p. 57, *Rostra Iulia* ib. p. 99, Suet. Aug. 100, Dion. Cass. LVI, 34, *Rostra Flavia* ib. p. 103. Unde corrigenda est gl. a: *Rostra sunt loca in Campo Martio, ubi comitia dignitatum fiebant.* — *Suburram*] fortassis rectius *Subura*, vicus et tribus urbana Romae in regione secunda (olim prima), ubi forum rerum venalium seu macellum non sine meretricum habitaculis. Vid. Varron. L. L. IV, 8, Fest. s. v. p. 246, 676 ed. Lindem., Mart. 7, 31 *Quidquid villicus Umber, aut colonus, Aut Tusci tibi, Tusculive mittunt, Aut rus marmore tertio notatum, Id tota mihi nascitur Subura*, ib. 12, 18 *Subura clamosa*, ib. 6, 66 *Famae non nimium bonae puellam, Quales in media sedent Subura* et Pers. 5, 32.

Quaeque loca aequoreus proxima portus habet.
Inter carnifices et constipata sedebat
officia extructo celsior in solio,
discipulos fidei detestandique rebelles
idolii ardebat dedere perfidiae.
Carcereo crinita situ stare agmina contra
iusserat horrendis excrucianda modis.
Inde catenarum tractus, hinc lorea flagra
stridere, virgarum concrepitare fragor:
ungula fixa cavis costarum cratibus altos
pandere secessus et lacerare iecur.
Ac iam lassatis iudex tortoribus ibat
in furias cassa cognitione fremens:
nullus enim Christi ex famulis per tanta repertus
supplicia, auderet qui vitiare animam.
Inde furens quaesitor ait: „Iam tortor ab unco
„desine; si vana est quaestio, morte agito.
„Huic abscide caput, crux istum tollat in auras
„viventesque oculos offerat alitibus.
„Hos rape praecipites et vinctos conice in ignem,
„sit pyra, quae multos devoret una reos.
„En tibi, quos properes rimosae inponere cumbae
„pellere et in medii stagna profunda freti.
„Quos ubi susceptos rabidum male suta per aequor
„vexerit et tumidis caesa labarit aquis:
„dissociata putrem laxent tabulata carinam
„conceptumque bibant undique naufragium.
„Squamea caenoso praestabit ventre sepulcrum

50. *extratto* E. 53. *crinata* Ald. Lugd. 54. *horrificis* R; *excruciata* Parrh. 55. *tactus* R. 59. 60 om. 1 A; *conditione* B H W (supra) q margo trium Sich.; *gemens* q. 61. *ex* deest in Ald. Lugd. 62. *animum* Parrh. 63. *ab uno* E α a p q u Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. 64. *mortem* b; *agita* N q. 65. *excide* Prag. Rat. b m Parrh., *abscinde* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Cham. [sed vid. A. 949. P. IV, 123]. 66. *Viventisque* A P Laur. a p q u, *que* om. R. 67. *cape* Ald. Lugd. 68. *Si* p. 69. *cumbae* Laur. α u Ald. Lugd. Weitz. Heins. Cham. Cell. Obb., *cymbae* Prag. Rat. a b m p q Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Arev. 70. *immedii* Ald. Lugd. 71. *rabidum* Laur. α a b p q u Weitz. Arev., *grauidum* supra *i rabidum* m [Cfr. S. I praef. 50], *rapidum* O P R T Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cham. Cell. Obb. 72. *celsa* B P margo trium Sich. Amstr. Obb.; *lauarit* B margo trium Sich. Fabr. Gis., *leuarit* H (supra alt.) P cod. Cauch. al. ap. Gis. ad oram; *equis* l q. 75. *cetoso* Parrh.

51. *dedere perfidiae*] idolorum cultui reddere.

„bellua consumptis cruda cadaveribus.“
Haec persultanti celsum subito ante tribunal
offertur senior nexibus inplicitus.
Stipati circum iuvenes clamore ferebant,
ipsum Christicolis esse caput populis:
si foret extinctum propere caput, omnia vulgi
pectora Romanis sponte sacranda deis.
Insolitum leti poscunt genus et nova paenae
inventa, exemplo quo trepident alii.
Ille supinata residens cervice: „Quis“ inquit
„dicitur?“ adfirmant, dicier Hippolytum.
„Ergo sit Hippolytus, quatiat turbetque iugales
„intereatque feris dilaceratus equis.“
Vix haec ille: duo cogunt animalia freni
ignara insueto subdere colla iugo,
non stabulis blandive manu palpata magistri
inperiumque equitis ante subacta pati,
sed campestre vago nuper pecus e grege captum,
quod pavor indomito corde ferinus agit.
Iamque reluctantes sociarant vincula bigas
oraque discordi foedere nexuerant.
Temonis vice funis inest, qui terga duorum
dividit et medius tangit utrumque latus:
deque iugo in longum se post vestigia retro
protendens trahitur transit et ima pedum.

77. *Haec praesul: stanti* a. 78. *inplicitis* E P 1 R, *inplicitis* supra *ł inplicitus* a, *simplicitas* q. 79. *fremebant* W (supra) Prag. m supra pro div. lect. Fabr. Gis. Heins. Cham. (non Cell.). 82. *diis* p u. 83. *nova paena* A (teste Iecpio non *paenae* ut notat Obb.) Laur. Rat. α a m p q u Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Amstr., *nova poena est* R Prag. b Fabr. Gis. Weitz., *nova poenae* T2rr. Parrh. Heins. Cell. Arev., *novae paenae* Obb. mendose. 84. *Inventa* supra *est* a; *trepidant* supra alt. W. 87. *Ergo sit* om. A, *sit* om 1 α margo m; *agitet* p. *quatiat* Gif. ex vet. lib. l l.; *Hippolytus fiat ergo; agitet turbetque iugales* W in marg., *Yppolitus sit ergo, agitet W* in textu (*quatiat* supra) Rat. b m Parrh. Weitz. (non B H). In Prag. librarius notat ad oram, superfluum esse *ergo*, cum *fiat* primam habeat longam, additque alios codd. habere *Ergo sic Hippolytus agitet*, uti extat in Laur. u, sed in his *quatiat*, non *agitet*. 90. *insueta* H Prag. Rat. m q Gis. ad oram. 91. *stabilis* 1 α et leg. Barth., bene; *stabuli* Laur.; *blandave* cod. Cauch. 95. *sociarunt* B H W Prag. Rat. b m q. 100. *traitur* W.

77. *persultanti*] sim. H. praef. 10.

87. *Hippolytus*] Graeci nominis significatus *ab equis dissolutus discerptusque*, vid. Serv. ad Virg. Aen. VII, 761, Paus. II, 32, 1. Hygin. fab. 47, 49, Ov. Fast. III, 265, VI, 737, Ov. Met. XV, 490.

Huius ad extremum, sequitur qua pulvere summo
cornipedum refugas orbita trita vias,
crura viri innectit laqueus nodoque tenaci
adstringit plantas cumque rudente ligat.
Postquam composito satis instruxere paratu
martyris ad paenam verbera, vincla, feros:
instigant subitis clamoribus atque flagellis
iliaque infestis perfodiunt stimulis.
Ultima vox audita senis venerabilis haec est:
„Hi rapiant artus, tu rape, Christe, animam.“
Prorumpunt alacres caeco et terrore feruntur,
qua sonus atque tremor, qua furor exagitant:
incendit feritas, rapit impetus et fragor urget,
nec cursus volucer mobile sentit onus.
Per silvas, per saxa ruunt, non ripa retardat
fluminis aut torrens oppositus cohibet.
Prosternunt sepes et cuncta obstacula rumpunt,
prona, fragosa petunt, ardua transiliunt.
Scissa minutatim labefacto corpore frusta
carpit spinigeris stirpibus hirtus ager.
Pars summis pendet scopulis, pars sentibus haeret,
parte rubent frondes, parte madescit humus.
Exemplar sceleris paries habet inlitus, in quo
multicolor fucus digerit omne nefas.
Picta super tumulum species liquidis viget umbris

101. *Cuius* m; *quia pulvere* a. 103. *motuque* u. 104. *atque rud.* Ald. Lugd. Sich. tres Gis. 1 Chor. Poett. Amstr. 106. *feros* W quinque Heinss. Prag. 1 Rat. 1 α a b m Gif. p. 469 Weitz. Heins. Cell. Arev., eod. spectat *feroæ* q, *feras* A B H R Laur. 2 Rat. 2 α p u Ald. Lugd. Sich. tres Torn. Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Gall. Obb. [Cfr. Virg. Aen. II, 51. Erhard. ad Petron. c. 89]. 108. *infectis* Chor. Poett. 110. *rapiunt* Prag. 2 m Ald. Lugd. Heins. Cham. (non Cell.). 111. *alacris* Prag. Parrh.; *caeco et terrore* B H R α b m q Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev., *caeco et errore* Gif. p. 462, *et caeco errore* W Weitz., *caecoque errore* A E P Laur. a p u Ald. Lugd. Gis. ad oram Obb.
112. *Qua sonus, atque timor, qua furor exagitat* Parrh. 116. *oppositos* 1 Rat. 121. *per sentibus haeret* Cham. mendose. 124. *degerit* 1 m.

102. *refugas...vias*] „in contrarium euntes.“ *Cell.*
124. *fucus*] *malitiae, color, hic pictura* Iso. Sic supra IX, 10 *stetit obvia contra Fucus colorum picta imago martyris.* Cfr. Auson. Idyll. VI, 92 *Tincta prius traxit rutilum magis ignea fucum*, Paulin. Nolan. 5, Felic. Natal. IX, 511 *Nunc volo picturas fucatis agmine longo Porticibus videas.*
125. *liquidis*] „lucidis“ *Cell. Obb.* ex IX, 93. Non adsentior. Fuci colores sunt fere obfuscati, parum lucidi,

effigians tracti membra cruenta viri.
Rorantes saxorum apices vidi, optime papa,
purpureasque notas vepribus inpositas.
Docta manus virides imitando effingere dumos
luserat et minio russeolam saniem.
Cernere erat ruptis conpagibus ordine nullo
membra per incertos sparsa iacere situs.
Addiderat caros gressu lacrimisque sequentes,
devia quo fractum semita monstrat iter.
Maerore attoniti atque oculis rimantibus ibant
inplebantque sinus visceribus laceris.
Ille caput niveum conplectitur ac reverendam
canitiem molli confovet in gremio;
hic humeros truncasque manus et brachia et ulnas
et genua et crurum fragmina nuda legit.
Palliolis etiam bibulae siccantur arenae,
ne quis in infecto pulvere ros maneat.
Si quis et in sudibus recalenti adspergine sanguis
insidet, hunc omnem spongia pressa rapit.
Nec iam densa sacro quidquam de corpore silva
obtinet aut plenis fraudat ab exequiis.
Cumque recensetis constaret partibus ille
corporis integri, qui fuerat, numerus;

126. *tractim* 1 Rat. 1 m, *tracti* supra man. rec. *ł tractim* m. 128. *Purpureasque* a. 130. *et minio* Laur. Prag. Rat. 2 α a m q u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Obb., *e minio* T 1 α b p Heins. Cell. Arev.; *ruseolam* 2 α, *réus seolam* A, *rosseolam* 1 R, *roseolam* B Laur. Prag. Rat. a m p q u Sich. tres Chor. Poett. 133. *caro* Lugd. 134. *quo* A E T Altin. T2rr. Laur. α a p u Ald. Lugd. Obb., *qua* b m q et reliqq. edd. 135. *More* q; *lacrimantibus* cod. Cauch. T2rr.; *ibant* a et pro div. lect. *ł hęret*, (? *haerent*). 140. *framina* a. 142. *intecto* O cod. Cauch. T2rr. Ald. Lugd. Gall., *intacto* R Prag. Rat. (in hoc supra *ł infecto*) b m (ad oram *al. infecto*) Parrh. Sich. tres Chor. Poett.; *res* 1 α. 144. *Insidit* A P [Cfr. Cort. ad Luc. VI, 690]. 146. *haut* u, *haud* q. 147. *recensitis* Laur. q u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Cell. Arev.

opaci. Hinc Isonis gl. *nigris coloribus* ad *fucis* IX, 10. Accipio igitur *liquidis umbris* pro fucis coloribus liquefactis, nisi forte de obscuritate loci colores umbrante magis apposite cogitas.

137. *caput niveum*] „Pictura exhibebat (et vidit Prudentius) *caput niveum* et *reverendam canitiem*. Quis id militi Hippolyto tribuat, cuius nutrix Concordia simul cum ipso martyrio est coronata? Notum est, aetatem militarem a decimo septimo ad quadragesimum quintum aut quadragesimum sextum annum fuisse computatam et solum periculosis temporibus ad annum quinquagesimum.“ *Arev.*

nec purgata aliquid deberent avia toto
ex homine, extersis frondibus et scopulis:
metando eligitur tumulo locus, ostia linquunt:
Roma placet, sanctos quae teneat cineres.
Haud procul extremo culta ad pomeria vallo
mersa latebrosis crypta patet foveis.
Huius in occultum gradibus via prona reflexis
ire per anfractus luce latente docet.
Primas namque fores summo tenus intrat hiatu
inlustratque dies lumina vestibuli:
inde, ubi progressu facili nigrescere visa est
nox obscura loci per specus ambiguum,
occurrunt caesis inmissa foramina tectis,

149. *Ne* u; *invia* Rat. 2 m Parrh. Sich. tres Weitz. (non P) Chor. Poett. Amstr., *invida* Fabr. 150. *copulis* α. 151. *elegitur* Weitz. cum E. 152. *sanctis* 1 α. 153. *extremo* deest in q; *cultu* A E H; *poneria* 1 α, *pomaria* 1 Rat. b, *pomaeria* q, *pomeria* 2 α a m p u.
154. *cavernosis* R; *scripta* A; *fovet* B, *pauet* E p (in hoc supra *l patet*), *latet* Gis. Amstr 155. *Cuius* 1 m; *ad occultum* Prag. 157. *Primas namque fores imi summo tenus intrat Illustratque* Prag. perperam; *summo tenus* scr. u. 158. *lumina* Laur. 1 α u [Cfr. Val. Flacc. I, 128. tenues subiere latentia cerae Lumina i. e. rimas navis, ubi male aliquis *limina* reponit], *limina* 2 α a b m p q et edd. 159. *faciunt crescere* A, *facili nigressere vasa* (corr. *visa*) *est* α. 161. *Decurrunt* W (supra elt.) b Ald. Lugd.; *celsis* A B P cod. S. Mich. ap. Ruinart. Rat. α a q u Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett., *caecis* 1 m coni. Heins.; *im missa* R (teste Ieepio, silet Obb.), *inmensu* A P Laur. Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Amstr. Obb., *immena* u.

151. *metando*] *exquirendo, ponendo* Iso, *metor est eligo: hinc castra metari dicimus locum eligere, ubi castra figantur* gl. a. — *ostia*] *Tiberina* Iso. (cfr. 40.) Editores quotquot vidi, praeter Ald. Lugd. Amstr., omnes *Ostia*; unde Hippolytus episcopus *Ostiensis*. Festus: „Ostiam urbem ad exitum Tiberis in mare fluentis Ancus Marcius rex condidisse et feminino appellasse vocabulo fertur: quod sive ad urbem, sive ad coloniam, quae postea condita est, refertur." Sed dicitur etiam *Ostia, orum* Iuven. IX, 49: *Qui vertere solum, Baias. et ad Ostia currunt.*
153. *ad pomeria*] Gell. N. A. XIII, 14: „*Pomoerium* quid esset augures Populi Romani, qui libros de auspiciis scripserunt, istius modi sententia definierunt: *Pomoerium est locus intra agrum effatum per totius urbis circuitum pone muros, regionibus certis determinatus, qui facit finem urbani auspicii.*" Ea pomerii peculiaris significatio huc non spectat. *Pomerium dicitur quasi postmurium; est autem quicunque amoenus locus, sive habet poma sive non* gl. a. Recte Bellermann. l. l. p. 9: „Nahe dem äussersten Wall, wo in Gärten gedeihet der Obstbaum, Thut sich, in Spalten versenkt, auf eine bergende Gruft."
161. *caesis...tectis*] „Sepulcrum Hippolyti in medio monte est, sed ut luce illustretur, tegitur tecto multis foraminibus terebrato, per quae solis radii penetrant." *Obb.* Ager Veranus in planitie situs montem ostendit nullum; colliculus enim basilicae S. Laurentii adiacens huc non pertinet. Martyris autem sepulcro in fovea posito, cum cryptae Catacumbarum

quae iaciunt claros antra super radios.
Quamlibet ancipites texant hinc inde recessus
arta sub umbrosis atria porticibus,
attamen excisi subter cava viscera montis
crebra terebrato fornice lux penetrat.
Sic datur absentis per subterranea solis
cernere fulgorem luminibusque frui.
Talibus Hippolyti corpus mandatur opertis,
propter ubi adposita est ara dicata Deo.
Illa sacramenti donatrix mensa eademque
custos fida sui martyris adposita
servat ad aeterni spem vindicis ossa sepulcro,
pascit item sanctis Tibricolas dapibus.
Mira loci pietas et prompta precantibus ara
spes hominum placida prosperitate iuvat.
Hic conruptelis animique et corporis aeger
oravi quotiens stratus, opem merui.
Quod lactor reditu, quod te venerande sacerdos
conplecti licitum est, scribo quod haec eadem,
Hippolyto scio me debere, deus cui Christus
posse dedit, quod quis postulet, adnuere.
Ipsa, illas animae exuvias quae continet intus,
aedicula argento fulgurat ex solido.
Praefixit tabulas dives manus aequore levi
candentes, recavum quale nitet speculum:

162. *iaciunt* R α m p Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev., *iaciant* B N O P T Altin. a b q u Cauch. Heins. Cham. Cell. Obb. 165. *cava subter* inv. m q u Parrh. 167. *subter terranea* Rat. (ubi aliquid abrasum est) m. 170. *dicato* 1 α.

171. *Illa dicamenti* O pro div. script.; *mensa sub antro* A O u, *mens eademque* E. 173. *vindicis* A O P Altin. Laur. α (c. gl. supra *iudicis*) a (supra *i iudicis*) p u Ald. Lugd. Gis. ad oram Cauch. Obb., *iudicis* b m q Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev.

175. *cuncta* A E H P u, fortassis *compta* ex iudicio Obb. ad III, 206 (1) referentis. 177. *corruptibilis* supra *i corruptelis* a. 184. *fulgorat* p; *et solido* Prag. (non m). 185. *stabulas* q; *manus ebore levi* p, quod glossam sapit. 186. *qualinit et* q, i. e. *quali nitet.*

eaeque ipsae sub arcubus vividi saxi exstructae essent, terrae superficies montis (165) instar erat, sicuti super cella domus.

174. *dapibus*] sacra caena.

185. *tabulas ... aequore levi*] intellige *lamminas* solidi argenti marmore vel ebure expolitas, vid. supra IX, 53, Anastas. Bibl. in Pelagio II: *Hic fecit supra Beati Laurentii Martyris Basilicam a fundamento exstructam, et tabulis argenteis exornavit sepulchrum eius*, Lucr. III, 904 *cum summo gelidi cubat aequore saxi.*

nec Pariis contenta aditus obducere saxis,
addidit ornando clara talenta operi.
Mane salutatum concurritur: omnis adorat
pubis, eunt, redeunt solis adusque obitum.
Conglobat in cuneum Latios simul ac peregrinos
permixtim populos religionis amor:
oscula perspicuo figunt inpressa metallo,
balsama defundunt, fletibus ora rigant.
Iam cum se renovat decursis mensibus annus
natalemque diem passio festa refert:
quanta putas studiis certantibus agmina cogi,
quaeve celebrando vota coire Deo?
Urbs augusta suos vomit effunditque Quirites,
una et patricios ambitione pari
confundit plebeia phalanx umbonibus aequis
discrimen procerum praecipitante fide,
nec minus Albanis acies se candida portis

188. *cernendo* supra *ℓ ornando* q. 190. *Pubis* E P T 1 α p Ald. Lugd. Chor. Poett. Heins. Cham. Cell. Obb., *Pubes* R Laur. Prag. 2 α a b m q u Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Amstr. Arev.; W ita disting.: *omnis adorat: pubes eunt.* 192. *Permistim* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr.; *relligioni timor* Sich. tres Fabr. 193. *perspiculo* 1 u. 194. *defundunt* B E H P Laur. 1 α p u Gis. Heins. Cham. Cell. Obb., *detundunt* 1 q, *diffundunt* R 2 α a b m Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev., *resudant* Altin., *desundunt* 2 q, fortassis *desudant.* 195. *Nam* Prag. q; *renovant* 1 m; *anni* q. 201. *plebea falans umbonibus equis* p.

193. *oscula figunt*] ritus ex ethnico christianus, cfr. X, 385.

194. *balsama defundunt*] praefiguratum id videbant Matth. 26, 7 sqq.

196. *natalemque diem*] *dies obitus sanctorum natales vel natalicios dicimus, quia tunc transeunt ad immortalitatem* gl. a, Polycarpi Smyrn. martyr. XVIII: *Ἔνθα ὡς δυνατὸν ἡμῖν συναγομένοις ἐν ἀγαλλιάσει καὶ χαρᾷ παρέξει ὁ κύριος ἐπιτελεῖν τὴν τοῦ μαρτυρίου αὐτοῦ ἡμέραν γενέθλιον, εἵς τε τὴν τῶν ἠθληκότων μνήμην, καὶ τῶν μελλόντων ἄσκησίν τε καὶ ἑτοιμασίαν*, Petr. Chrysol. Serm. 122.

199. *vomit effunditque*] Virg. Georg. II, 462 *Mane salutantum totis vomit aedibus undam*, Apion. Aegyptiac. V (Gell. N. A. VII, 8, 5) *ἐξεχεῖτο δ' ἄρα ἡ Ῥώμη καὶ πᾶσα ἡ Ἰταλία θεάσασθαι ἰχθὺν νηχόμενον ὑπὸ ἔρωτος.*

201. *Confundit*] „Ut Quirites urbe effusi et ambitione pari patricii properabant, ita plebeii aeque fide armati praecipites ibant, neque hac in re ullum erat discrimen. Dixit vero poeta *umbonibus aequis* pro aequalibus armis allegorice, quoniam agmina, et plebeiam phalangem dixerat, et mox acies.“ *Arev.*

203. *acies candida*] Arevalo interprete significat toga recenti ornatos. Cfr. S. I, 547. Poeta mihi videtur indicare festiviora indumenta montis Albani incolarum ad festum S. Hippolyti concurrentium. — *Albanae portae*] mihi sunt cuiusvis oppidi in monte Albano positi, non unius Albae (Albani) Romam portae deducentes.

explicat et longis ducitur ordinibus:
exultant fremitus variarum hinc inde viarum,
indigena et Picens plebs et Etrusca venit.
Concurrit Samnitis atrox, habitator et altae
Campanus Capuae, iamque Nolanus adest.
Quisque sua laetus cum coniuge dulcibus et cum
pigneribus rapidum carpere gestit iter.
Vix capiunt patuli populorum gaudia campi,
haeret et in magnis densa cohors spatiis.
Angustum tantis illud specus esse catervis,
haud dubium est, ampla fauce licet pateat.
Stat sed iuxta aliud, quod tanta frequentia templum

204. *dicitur* A (ap. Obb. *ducitur* teste Ieepio) E H, *duloiter* Prag. 206. *Peligna et picens* Parrh. 207. Non bene post *habitator* commate distingg. Ald. Lugd Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. 208. *ianicolanus* p. *iamque nolanus* scribere nonnullos confuso locorum ordine refert Parrh., *iamque Bolanus* coni. Cauch., nam *Nolanus* est contra metrum. 210. *Pigneribus* Laur. αqu Weitz. Heins. Obb., *Pignoribus* a b m p ctt. 211. *cap. populi populorum* u (non Laur.). 214. *Haut* Prag.; *dubiest* q. 215. *iuxta illud* l u; *Stat sed aliud quod frequentia templum* mutilus vs. p.

215 *templum*] Cum nonnullis Const. Ruggerius (de Portuensi S. Hippolyti episcopi et martyris sede dissert. ab Ach. Ruschio ed. Romae 1771. num. 18) *aliud* hoc *templum* S. Laurentii basilicam in agro Verano esse censet haud procul ab Hippolyti aedicula positam. Prudentii descriptio reapse in basilicam S. Laurentii (vid. II, 527, 551) post varios casus adhuc superstitem bene quadrat. Nam Liber Pontific. in Vita S. Silvestri I refert: „Constantinus Augustus fecit Basilicam b. Laurentio Martyri via Tiburtina in agrum Veranum (sic), supra arenarium cryptae et usque ad corpus b. Laurentii Martyris, in qua fecit gradum ascensionis et descensionis: in quo loco construxit absidam et exornavit marmoribus porphyreticis, et desuper locum clausit de argento et cancellos ex argento purissimo ornavit — et ante ipsum locum in crypta posuit lucernam." *Aliud* igitur = *alius* templum. Multi autem pro certo habent *aliud templum* illud eidem Hippolyto fuisse consecratum, vid. E. Platner, C. Bunsen etc. Beschreibung der Stadt Rom Bd. III, Abthl. 2, p. 317: „Nun hatte ja nach seiner [des Prudentius] sehr ausführlichen Beschreibung der hl. Hippolytus damals schon ausser einer Confession, die aber nur aus einem Altar an der Begräbnissstätte bestand, woran die Gläubigen communicirten, eine förmliche Basilica mit Absis und Thron über derselben." Idem sentit Bellermann. l. l. p. 11, 12: „Prudentius erwähnt dann noch, wie dieses Grab besonders bei der jährlichen Wiederkehr des Todestages dieses Märtyrers von einer unzähligen Menge gläubiger Christen besucht werde, die aus allen Gegenden Italiens von Hetrurien und Picenum bis Capua und Nola hieher wallfahrten, um an der Gruft des hl. Hippolytus zu beten, und wie endlich die unterirdischen Räume nicht gross genug sind, um sie alle aufzunehmen, weshalb noch daneben eine Kirche über der Erde errichtet werden musste, in welche nun ein Theil der Feierlichkeit verlegt worden ist." Huic opinioni non adstipulor. Nullibi enim, quod scio, huius basilicae Hippolyto consecratae mentio fit, neque ullum eius vestigium per secula duravit. Qui de martyre narrant, nihil nisi dormitorium eius cognoscunt. Sic

tunc adeat cultu nobile regifico,
parietibus celsum sublimibus atque superba
maiestate potens muneribusque opulens.
Ordo columpnarum geminus laquearia tecti
sustinet auratis suppositus trabibus.
Adduntur graciles tecto breviore recessus,
qui laterum seriem iugiter exsinuent.
At medios aperit tractus via latior alti
culminis exurgens editiore apice.
Fronte sub adversa gradibus sublime tribunal
tollitur, antistes praedicat unde Deum.
Plena laborantes aegre domus accipit undas
artaque confertis aestuat in foribus,
maternum pandens gremium, quo condat alumpnos
ac foveat fetos accumulata sinus.
Si bene conmemini, colit hunc pulcerrima Roma
idibus Augusti mensis, ut ipsa vocat
prisco more diem, quem te quoque, sancte magister,
annua festa inter dinumerare velim.
Crede, salutigeros feret hic venerantibus ortus
lucis honoratae praemia restituens.
Inter sollempnes Cypriani vel Chelidoni
Eulaliacque dies currat et iste tibi.
Sic te pro populo, cuius tibi credita vita est,
orantem Christus audiat omnipotens:
sic tibi de pleno lupus excludatur ovili,
agna nec ulla tuum capta gregem minuat.
Sic me gramineo remanentem denique campo
sedulus aegrotam pastor ovem referas.

216. *cultum* A. 221. *Addentur* p. 222. *extenuent* p Sich. II III, *exinuent* Sich. I, *exinient* Fabr., *eximient* Gis. ad oram ex mss. 223. *tractus violatior* q. 228. *consertis* b. 229. *Materne pandens gremio ceu* A; *condit* Parrh.; *alumno* Sich. II III (non I). 230. *foetus* Prag. a supra pro div. lect. b (supra *i os*) m u Gis. ad oram, *foetis* I α; *sinus* supra *i suos* a, *suos* u Gis. ad oram. 232. *ipse* I Rat. 235. *hic orantibus* u; *annos* Gis. ad oram. 237. *Chelidoni* α a p Ald. Lugd. Gis. Amstr. Heins. Cham. Cell. Obb., *Cheledonii* Sich. I III Fabr. Chor. Poett., *Chelidonii* Sich. II, *Cheledoni* Weitz., *Celedoni* b m q Arev., *Celedonii* Laur. u. 238. *ista* R. 239. *tradita* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Amstr. 242. *rapta* coni. Barth.

Anastasius Bibl. in Hadriano I: „Simul et coemeterium B. Hippolyti martyris *iuxta* S. Laurentium, quod a priscis marcuerat temporibus, renovavit.“ Mirum autem, quod inter tot almae Urbis ecclesias S. Hippolyti titulus adhuc restat nullus.

Sic, cum lacteolis caulas conpleveris agnis, 245
raptus et ipse sacro sis comes Hippolyto.

## XII. PASSIO PETRI ET PAULI APOSTOLORUM.

Plus solito coeunt ad gaudia: dic amice, quid sit?

*Passio Petri et Pauli Apostolorum* Amstr. Obb., *Incipit passio Apostolorum Petri et Pauli* Rat. b m Arev., *Passio beatorum apostolorum Petri et Pauli α* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Heins. Cell., *Passio Apostolorum Petri et Pauli* a Weitz., *Passio sanctorum Apostolorum Petri et Pauli* p u, *Hymnus XII in Petrum et Paulum Apostolos* q, *Petro et Paulo Apostolis* Gis. 1. *quid sit* Cell. ex coniectura Heinsii invitis codd.

XII. De Romano Petri apost. itinere ac morte cum scriptores inter se dissideant, in eadem re antiquitatem summo cum consensu de Paulo reliquisse pernotum est. Nam cum Petrum Romae cathedram possedisse et Nerone iubente a. 67 capite ad terram verso, pedibus autem in altum extensis crucifixum vulgo enarrant (cfr. Clem. Rom. Ep. ad Iac. 2: *ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας ἔφη* [*ὁ Πέτρος*]... *Κλήμεντα τοῦτον ἐπίσκοπον ὑμῖν χειροτονῶ, ᾧ τὴν ἐμὴν τῶν λόγων πιστεύω καθέδραν*, Euseb. H. E. III, 1, VII, 2, chron. ad a. 68, Niceph. II, 36, Tertull. praescript. haer. 36, Lact. inst. IV, 21, mort. pers. 2, Hieron. chron. I, p. 169, A. Kuinoel. ad Acta Ap. proleg. p. XXIX, Marcil. ad Lucian. Philop. IX, p. 500 ed. Bip., Cellar. diss. acad. p. 619), non desunt, qui apostolorum principem in Aegypto obiisse et sepultum reliquerunt (vid. Epiphan. monach. et presbyt. p. 5 nostrae ed.). Prudentius duce vulgari opinione utriusque apostoli gloriam celebrat (12, 17, 27); differt autem cum August. serm. 28 et Arat. II, 12, Greg. Turon. de glor. mart. I, 29 ab aliis in hoc, quod non eodem die et anno, sed eodem quidem die utrumque passum esse integro anno interiecto (5) asserit. Atquin in re perquam ambigua nil adhuc certi definiri potest. Qui diligenter in ea versati sunt, hac illave praelibata opinione ducti rem non absque partium studio diiudicarunt. Idcirco in medio eam relinquendam censemus, dum solidiora argumenta ad litem componendam praesto erunt. Adeas tamen Cortesi de romano itinere gestisq. princip. apost. l. l., P. F. Foggini de rom. Petri itin., epist. etc. Flor. 1741, Bellarmin. controv. de rom. pontif. II, 3, Hug. Einleitung II, p. 64, Tübinger (kathol.) theol. Quartalschrift 1820, IV, p. 1 sqq., Baur. in d. Tübing. Zeitschrift für (protest.) Theologie 1831, IV, p. 162, Winer biblisches Realwörterbuch II, p. 281 (ed. II). Diem 29 Iunii, quo utrumque apostolum subiisse martyrium traditio est, iam inde a sec. quarto vergente festum fuisse ex Prudentii carmine discimus, sicuti ex Maximi Turon. homilia p. 68, ed. Colon. 1678, Ambr. Serm. 68, August. l. l., Chrysost. hom. 167, Tom. V, Gavantii thesaur. sacr. rit. II, p. 230, Les vies des Saints IV, p. 892, Augusti die Feste der Christen III, p. 175. Pauli natalis die 30 Iunii festus celebratur. Eodem modo festum bipartitum a veteribus observatum, nonnulli opinantur. Cfr. Augusti l. l., Ughelli Ital. sacr. II, p. 1095. In ecclesia orientali Petri et Pauli natalem peculiari cultu sec. sexto celebratum colligimus ex Theodoro Lect. hist. eccl. L. II, 16: *Φῆστός τις τῶν τῆς συγκλήτου Ῥώμης, πρὸς Βασιλέα σταλεὶς Ἀναστάσιον διά τινας χρείας πολιτικάς, ἐλθὼν εἰς τὴν βασιλίδα τῶν κοριφαίων Ἀποστόλου Πέτρου καὶ Παύλου τὴν μνήμην σὺν πολλῇ τιμῇ καὶ σεβάσματι παρεκάλεσε γίνεσθαι. ἐπιτελουμένης δὲ καὶ πρότερον πλὴν ἐξ αἰτήσεως Φήστου, πολλῷ πλέον ηὐξήνθη τῆς τοιαύτης τὸ φαιδρὸν πανηγύρεως.*

1. *gaudia*] Cfr. August. Serm.

Romam per omnem cursitant ovantque:
festus apostolici nobis redit hic dies triumphi,
Pauli atque Petri nobilis cruore.
Unus utrumque dies, pleno tamen innovatus anno,
vidit superba morte laureatum.
Scit Tiberina palus, quae flumine lambitur propinquo,
binis dicatum caespitem tropaeis;
et crucis et gladii testis, quibus inrigans easdem
bis fluxit imber sanguinis per herbas.
Prima Petrum rapuit sententia legibus Neronis,
pendere iussum praeminente ligno.
Ille tamen veritus celsae decus aemulando mortis
ambire tanti gloriam magistri
exigit, ut pedibus mersum caput inprimant supinis,
quo spectet imum stipitem cerebro.
Figitur ergo manus subter, sola versus in cacumen:
hoc mente malor, quo minor figura.

6. *mente* Prag. 7. *lambitur* 1 A E O P 1 T Laur. α p u Fabr. Cell. Arev. Obb. [Vid. Burm. ad Anthol. I, p. 489], *lambit ex* Davr., *labitur* supra *al: labitur* (sic) a, *labitur* R α (pro div. lect.) b m q Ald. Lugd. Sieb. tres Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cham.; *Scit Tiberina potus, qui flumine lambitur propinquo, Binis dicatum cespitem tropaeis* castigandum putat Heinsius, quia non palus lambitur sed caespes, ut infra 46. Recte. 9. *testes* A E p; spectat *testis* ad Tiberim. 13. *aemulandae* E W (in hoc supra) p, *emulande* q. 14. *tangi* E a (in hoc supra *al: tanti*) q, *tantam* H. 15. *versum* Fabr. Gis. ad oram; *imprimat* Ald. Lugd. 17. *in* exc. p. 18. *quod minor* Arev., nescio an consulto.

298: *Debuimus tantorum Martyrum diem h. e. S. Apostolorum Petri et Pauli maiore frequentia celebrare*, et *Laetus hodierno die propter tantam festivitatem, sed aliquantulum tristis, quia non video tantum populum congregatum, quantum congregari debuit in Natali passionis Apostolorum.*

5. *pleno ... anno*] August. Serm. 28: *Currunt uterque ad palmam martyrii et uterque perveniunt ad coronam non quidem eodem temporis cursu, sed anni vertentis occursu*, Arator. II, 12: *Cum natura dedit geminos, quos addidit astris: Non eadem tamen una dies annique voluto Tempore sacravit repetitam passio lucem.*

7. *palus*] ager fluvio adiacens, qui ob nimios imbres alluvionesque frequenter stagnabat. Ea autem Prudentii narratione excluditur traditio ista, quae Petrum apostolum in Janiculo passum vult, ubi nunc est ecclesia S. Petri in Montorio. Passionis autem locus in planitie positus fuit. Cfr. E. Platner, C. Bunsen etc. Beschreibung der Stadt Rom Bd. III, Abthl. 3, p. 619.

8. *binis ... tropaeis*] duplice victoriosa morte, cfr. Ign. martyr. 24 (PP. Apost. opp. nostrae ed. p. 364) *πρότερόν τε ἠνίκα δέσμιος ἐξ Ἀντιοχείας ὁ μάρτυς εἰς Ῥώμην κατήγετο, καὶ νῦν, ὅτε μετὰ λαμπρῶν τῶν τροπαίων ἐκεῖθεν ἀνεκομίζετο κτλ.*

Noverat ex humili caelum citius solere adiri,
deiecit ora spiritum daturus.
Ut teres orbis iter flexi rota percucurrit anni
diemque eumdem sol reduxit ortus,
evomit in iugulum Pauli Nero fervidum furorem,
iubet feriri gentium magistrum.
Ipse prius sibimet finem cito dixerat futurum:
„Ad Christum eundum est, iam resolvor“ inquit.
Nec mora: protrahitur, paenae datur, inmolatur ense:
non hora vatem, non dies fefellit.
Dividit ossa duum Thybris sacer ex utraque ripa,
inter sacrata dum fluit sepulcra.
Dextra Petrum regio tectis tenet aureis receptum
canens oliva murmurans fluento:
namque supercilio saxi liquor ortus excitavit
fontem perennem chrismatis feracem.

20. *Defecit* 1 q; *hora* Sich. tres Amstr. 21. *Ut veteres* q; *retro* O (pro div. script.) R T Prag. Rat. b m (in quo *rętro*) q Parrh. Weitz. 23. *cruorem* supra *furorem* a. 24. *Iubet et feriri* u. 25. *cato* cum gl. supra *sapiens* p. *cito* Prag. inepte. 26. Post *iam* commate disting Parrh. 27. *Nec mora protrahitur: paenae datur* disting. u. 28. *Non hora autem non* a. 31. *perceptum* Prag. 32. *Canans* 1 m; *olivo* R Prag. b q Weitz., *oliva et* Ald. Lugd. Chor. Poett. Amstr., *oliva* Rat. cum cett., unde Arev. in nota corrigendus. 33. *lamque* p. 34. *Fontem* A P a u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Cell. Teol. Obb. [Cfr. Burm. ad Anthol. II, p. 658. Beschreibung der Stadt Rom von Platner, Bunsen etc. Tom. II, p. 82], *Frondem* R T Prag. Rat. T2rr. α b m Weitz. Heins. Arev., *Frontem* p q.

26. Rom. 8, 22, II. Tim. 4, 6, Philipp. 1, 23.

27. *inmolatur ense*] In valle quadam (ad aquas Salvias, nunc alle Tre Fontane) fere tria milia passuum ab Urbe id evenisse eo loco, ubi ignoto quidem sed remoto tempore ecclesia aedificata fuit et Paulo apostolo dedicata, traditio est. Cfr. Westphal. die Römische Campagne p. 12, E. Platner, C. Bunsen etc. Beschreibung der Stadt Rom Bd. III, Abthl. 1, p. 460.

29. *Dividit ossa* sqq.] Locus ab interpp. immerito sollicitatus; non enim ambigua Prudentii descriptio. Tiberis quippe duorum martyrum sepulchris intermedius: in ripa eius dextra tropaeum Petri, Pauli in sinistra. Cfr. Marangoni l. l. p. 206 sq. Sensum vv. 33...36 Obbarius definit: „Ex scaturiginibus oritur fons perennis unctionis plenus.“ „Denn aus der Spitze des Felsens entsprung'nes Gewässer hat erzeuget Den Quell, der stetig strömet, Weihe schwanger. letzo rollt durch kostbar Gestein er dahin, den Abhang feuchtend, Bis er im Becken wogt, das grünlich spiegelt“ eleganter vertit Bunsen l. l. Baptisterium veteris Vaticanae basilicae heic describi (Baron. I, p. 863) persuasum mihi habeo; fontem ante ecclesiam exstructum (Paullin. p. 33), quo ora manusque Christiani, priusquam illam intrarent, lavare solebant, Obb. intelligi mavult.

Nunc pretiosa ruit per marmora lubricatque clivum,
donec virenti fluctuet colymbo.
Interior tumuli pars est, ubi lapsibus sonoris
stagnum nivali volvitur profundo.
Omnicolor vitreas pictura superne tingit undas,
musci relucent et virescit aurum.
Cyaneusque latex umbram trahit inminentis ostri:
credas moveri fluctibus lacunar.
Pastor oves alit ipse illic gelidi rigore fontis,
videt sitire quas fluenta Christi.
Parte alia titulum Pauli via servat Ostiensis,
qua stringit amnis caespitem sinistrum.
Regia pompa loci est, princeps bonus has sacravit arces

35. *Tunc* p; *marmura* b, *murmura* l m Ald. Lugd.; *rubricatque* u; *clivo* O. 36. *utrecti* p; *colymbo* A R Laur. Prag. 2 α a b m q u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev. Obb., *corymba* E T l α Gis. ad oram. 38. *nivale* H Prag. Rat. l m Parrh. 39. *superba* Cauch.; *tinguit* α m q. 44. *Vidit* E Laur. α a u (non q) Ald. Lugd.; *quas sitire* inv. R. 45. *Pauli titulum* inv. Ald. Lugd. 47. *Regi* l α; *hac* E, *his* l α; *artes* α.

43. *Pastor*] *Petrus* Iso. Fortassis rectius *Christus*, qui inter baptisterii picturas et musiva opera in saxi supercilio stans cernebatur, e quo scaturiebant aquae: fideles autem saepissime oves effigiebantur, quae sitientes ad eum adcurrunt.

45. *titulum*] communis significatio est inscriptio sepulcralis, ut V, 392, XI, 3. Haud raro etiam monumentum sepulchro superpositum ipsamque ecclesiam martyris notat. Eundem dicendi modum adhuc servat Romana Curia in titulis, quos Cardinalibus recenter creatis adsignat.

47. *princeps bonus*] *Constantinus* Iso. Is quidem veterem Pauli titulum sacravit. Theodosius autem Sallustio praef. Urbi praecepit, ut basilicam regia munificentia erigendam curaret. Itaque Constantini aedificio demolito novum surrexit. Tenor memorabilis istius rescripti hic est: „Valentinianus, Theodosius et Arcadius A A A. Sallustio Urbis Praefecto. Desiderantibus nobis contemplatione venerationis, antiquitus iam sacratam basilicam Pauli Apostoli pro sanctimonia religionis ornare, pro quantitate conventus amplificare, et pro studio devotionis attollere: gratum fuit tuae sublimitatis officium, quod ad inspicienda universa, ut res exigebat, detulisti, et omnem situm locorumque faciem sermonis congrui diligentia nostrae serenitatis auribus intimasti. Instructiores enim nos iubere decuit, quae iubenda sunt. Quare participato examine cum venerabili sacerdote, intimatisque omnibus, et magnificentissimo ordini et Christiano populo, quae iubemus; sublimitas tua rem diligentiori tractatu et plena rerum inspectione discutiat; ac si placuerit tam populo quam Senatui, iter vetus, quod basilicae praeterit dorsum, quodque ripae Tiberis amnis adiacet, innovari, ut praesens via spatio futuri operis applicetur: eatenus per architectos futurae basilicae dirige formam, quatenus se planicies extructioni amica protulerit, ne ulla inaequalitas splendorem fabricae amplificentioris sublimet. Sic quidem in omnium moenium facie decor summus est, quem servari oportere, prima statim fronte magnarum aedificationum demonstret intentio.“ Cfr. Baron. ad a. 386, num. 40. Idem inscriptio confirmat cubitalibus

lusitque magnis ambitum talentis.
Bracteolas trabibus sublevit, ut omnis aurulenta
lux esset intus, ceu iubar sub ortu.
Subdidit et Parias fulvis laquearibus columpnas,
distinguit illic quas quaternus ordo:
tum camuros hyalo insigni varie cucurrit arcus,
sic prata vernis floribus renident.
Ecce duas fidei summo Patre conferente dotes,
urbi colendas quas dedit togatae.
Adspice, per bifidas plebs Romula funditur plateas,
lux in duobus fervet una festis.
Nos ad utrumque tamen gressu properemus incitato,
et his et illis perfruamur hymnis,
ibimus ulterius, qua fert via pontis Hadriani,

48. *Elusitque* a, forte *Clusitque* ut scriptum est in nummo illo Neronis cum effigie templi Iani quadrifrontis: Clusit Pace P. R Ubique Parta Ianum, *Clausitque* Fabr. Gis. Amstr. 49. *Brateolas* α b m q, *Bratteolas* p u Weitz., *brateoas* corr. *bratteoas* a; *supplevit* R W Prag. Rat. b q, *suplevit* a, *subplevit* m; *aurolenta* u Ald. Lugd. 51. *pariat* 1 α; *columnis* 1 α. 53. *Tunc* p; *camyros* W α b 1 m Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Amstr., *cameros* H 2 m, *camiros* Prag. Rat. a p q u; *insigni varię* p, *insignauarię* q, *insigni variae* Ald. Lugd.; *percucurit* Rat. m, *recurvat* coni. Cauch. 54. *renitent* Prag. q. 55. *donas* A. 57. *funditus* Ald. Lugd. 59. *properemus gressu incitato* R. 60. *Et* exc. Prag. b m, *E his* Lugd.; *Istis et illis* u; *profruamur* E. 61. *Ibi honus ulterius* q.

litteris in arcu basilicae S. Pauli maiori superstes: *Theodosius cepit, perfecit Onorius aulam Doctoris mundi sacratam corpore Pauli. Placidiae pia mens operis decus homne paterni Gaudet Pontificis studio splendere Leonis.* Vid. Nicolai Della Basilica di S. Paolo Roma 1815, Westphal. die röm. Campagne p. 3.

53. *camuros* sqq.] „Quaeritur autem, quid sit *camuros hyalo* v. 53. Adnotat enim Gis.: Num vitreas fenestras intellegit, quae fornicatis arcubus includi solent, an potius arcus illos camuros columpnis Pariis innixos vitreo colore seu lumine fuisse perfusos? Sed *camurus* legendum esse teste Heinsio iam Salmas. vidit, ita ut sensus sit: Per totum templum arcus concameratus vitro viridi insignis porrigitur, quem qui adspiciunt cum pratis floribus viridibus nitentibus comparant. *Camurus* enim, ut ait Macrob. Sat. VI, 4, *peregrinum verbum est, i. e. in se rediens:* similiter Fest. p. 34 ed. Lind., et hyalum [ὕαλος] vitrum viride significari e Virg. Georg. IV, 334, Auson. Mos. 418 apparet." *Obb.* Qui post conflagrationem (a. 1823) basilicae S. Pauli etiamnum muri cum ornamentis intacti perstant, picturas atque musiva opera a poeta heic esse delineata satis superque demonstrant. Simili modo omnes fere veterum basilicae exornatae erant. Obbarii autem et aliorum explicatio in serioris temporis aedificiorum ornatus cadit.

61. *pontis Hadriani*] pontis Aelii, nunc ponte di sant' Angelo. Cell. et Obb. insigniter lapsi sunt, cum ille scribat: „Pons Aelius: ubi Paulum apostolum tradunt sepultum esse, in via Ostiensi," hic: „erat in viae Ostiensis parte sinistra." Scribe sal-

laevam deinde fluminis petemus.
Transtiberina prius solvit sacra pervigil sacerdos,
mox huc recurrit duplicatque vota.
Haec didicisse sat est Romae tibi: tu domum reversus,
diem bifestum sic colas memento.

## XIII. PASSIO BEATI CYPRIANI MARTYRIS.

Punica terra tulit, quo splendeat omne, quidquid usquam est:
inde domo Cyprianum, sed decus orbis et magistrum.
Est proprius patriae martyr, sed amore et ore noster:
incubat in Libya sanguis, sed ubique lingua pollet,

64. *Mox hic* Ald. Lugd. 66. *bis festum* Ald. Lugd. Parrh. Sich. tres Chor. Poett. Amstr.

*Passio sancti Cypriani* Rat. a b m, *Passio beati Cypriani martyris* α Heins., *Passio sancti Cypriani martyris* p u Arev., *Hymnus XIII in B B Cyprianum* q. 1. *splendea* (sic) b. 3. om A; *propriae* u; *sed ubique amore et ore nr* R.

tem in *dextra*. Sed ponti Aelio nil loci est, ubi illi credunt. Est enim intra Urbem, via Ostiensis cum basilica S. Pauli extra muros. Cfr. E. Platner, C. Bunsen etc. Beschreibung der Stadt Rom Bd. II, Abthl. 1, p. 422, Westphal. l. l. p. 3.

XIII. Quae apud PP. Eccl. (August. serm. 311, Hieron. vir. illustr. 67, de script. eccles. I, p. 187, Lact. Div. Inst. V, 1) de Cypriano pluribus enarrata occurrunt, Prud. paucis eadem adumbrat. Thascius Caecilius Cyprianus igitur Carthaginiensis (88, 1; 4, IV, 18) praeclara litterarum monumenta condidit (7, 8), episcopus electus (33), Valeriano et Gallieno Impp. (35, 54) catenis nexus ob Christi militiam, haud ita multo post ense immolatur (94). Magicis artibus eum studuisse, antequam Christi fidem amplecteretur, Gregor. Naz. et Prud. auctores sunt. Idne potius cadat in Cyprianum Antiochenum, qui inter persecutionem a Diocletiano ordinatam Nicomediae periit (cfr. Phot. bibl. 184, Fabric. bibl. Lat. med. et inf. aetat. I, p. 444), an in alium quendam eiusdem nominis affirmare non auserim. Ex Prudentii carminis v. 103 colligitur, diem natalem Cypriani iam sub finem sec. IV non in Africa solum, sed etiam per Galliam, Britanniam, Italiam, Hispaniam fuisse concelebratum. Alii mens. Septembr. diem 14, alii 16 ei festum dedicarunt. Cfr. Procop. de bell. Vand. I, 21, Gregor. M. ep. XII, 30, Baron. Annal. ad a. 256, Mabillon. Annal. III, p. 413, Tillemont. mém. ecclesiastiq. IV, p. 186, 198, Les vies des Saints VI, p. 200, Maran. Vit. Cypr., Cypr. opp. ed. Pamel. Antw. 1568, Neander. Kirchengeschichte I, 1, p. 210–217. De gemina autem basilica haud procul a Carthagine Cypriano martyri sacrata, quarum altera, cui corpus creditum fuit, *Mappalia* nuncupata, vid. August. l. l.

3. *amore et ore*] „Hispanum vocat, quia in Hispania peculiaris est memoria S. Cypriani ob celeberrimam epistolam ad Legionem, Asturicam et Emeritam. Ecclesia et sedes episcopalis Legionensis titulo S. Mariae et S. Cypriani iam olim erat insignita. Cfr. Risc. Hisp. sacr. XXXIV, p. 89. In officio Mozarabico celebratur etiam festum S. Cypriani, sed alius recitatur hymnus ab hoc Prudentii diversus.“ *Arev.*

sola superstes agit de corpore, sola obire nescit.
Dum genus esse hominum Christus sinet et vigere mundum,
dum liber ullus erit, dum scrinia sacra litterarum,
te leget omnis amans Christum, tua, Cypriane, discet.
Spiritus ille Dei, qui fluxerat auctor in prophetas,
fontibus eloquii te caelitus actus inrigavit.
O nive candidius linguae genus, o novum saporem,
ut liquor ambrosius cor mitigat, inbuit palatum,
sedem animae penetrat, mentem fovet et pererrat artus:
sic Deus interius sentitur et inditur medullis.
Unde bonum subitum terris dederis, Pater, revela.
Deerat apostolicis scriptis opulentus executor:
eligitur locuples facundia, quae doceret orbem,
quaeque voluminibus Pauli famulata disputaret,
quo mage cruda hominum praecordia perpolita nossent
sive timoris opus seu mystica vel profunda Christi.
Unus erat iuvenum doctissimus artibus sinistris,
fraude pudicitiam perfringere, nil sacrum putare:
saepe etiam magicum cantamen inire per sepulcra,
quo geniale tori ius solveret aestuante nupta.
Luxuriae rabiem tantae cohibet repente Christus,
discutit et tenebras de pectore pellit et furorem:
inplet amore sui, dat credere, dat pudere facti.
Iamque figura alia est, quam quae fuit, oris et nitoris:
exuitur tenui vultus cute, transit in severam:
defiua caesaries conpescitur ad breves capillos.
Ipse modesta loqui, spem quaerere, regulam tenere,

5. *Illa superstes* E H P W (supra) Altin. uterque Boh. (non Laur. Rat.) α a p. 6. *sinit* W; *ac* b m, om. *et* Rat.; *mundo* cod. Cauch. 7. *scripturarum* supra *i literarum* b. 8. *legit* Rat. b m. 9. *prophetа* Ald. Lugd. 10. *auctus* H Ald. Lugd. 12. *O* p. *Ut* 1 A P T Altin. u Ald. Lugd., *Quo* coni. Heins.; *inrigat palatum* B W (supra alt.) cod. Cauch. T2rr. Rat. b m q. 16. *opulenter* W supra alt. 17. *urbem* 1 a. 21. *ditissimus* 1 m. 22. *perstringere* Laur. α, quod *malim*. 23. *contamen* b, *catamen* 1 m, *carmen* p. 24. *genia lo et ori* A (*geniale tori* in marg. man. sec. notante Iecpio), *genitale tori* Prag. Rat. u Lugd.; *iusso lueret* q Ald. Lugd. 29. *severam* A N 2 R Laur. α a p q u Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Heins. Cell. Arev. Obb., *severum* 1 R Rat. b m Fabr. Gis. Weitz. Amstr., *severa* O.

16. *executor*] *tractator* Mar., *adsertor* gl. b, cfr. infra 101 et Barth. Adv. XLI, 20. Ignatius Antiochen. in Heronis laude (nostr. PP. Apost. ed. Prolegg. p. XXI) est: *Sacerdos et assertor sapientissimi Dei.*

25. *Luxuriae rabiem*] Cfr. praef. in Prud. opp. 11 *Luxus petulans.*

vivere iustitiam Christi, penetrare dogma nostrum.
His igitur meritis dignissimus usque episcopale
provehitur solium doctor, capit et sedile summum.
Valerianus opum princeps erat atque Gallienus:
constituere simul paenam capitis Deum fatenti.
Milia terrigenum spurcissima iusserant sacrari:
contra animos populi doctor Cyprianus incitabat,
ne quis ab egregiae virtutis honore discreparet,
neu fidei pretium quis sumere degener timeret:
esse levem cruciatum, si modo conferas futura,
quae Deus ipse viris intermina fortibus spopondit:
merce doloris emi spem luminis et diem perennem,
omne malum volucri cum tempore transvolare cursim.
Nil grave, quod peragi finis facit et quiete donat,
se fore principium pulcrae necis et ducem cruoris,
seque caput gladio submittere, sanguinem dicare:
qui sociare animam Christo velit, ut comes sequatur.
His ubi corda virum Christo calefacta praeparavit,
ducitur ante alios proconsule perfurente vinctus.

32. *Vivere iustitiam* A H 2 α Heins. Cell. Arev. Obb., *Bibere iustitiam* T [*bibere* idem esse puto ac *vivere* modo tamen scribendi diverso, ut est in illa Catacumbarum inscriptione Musei Vaticani: *Bibas in Deo.* Cfr. supra V, 538], *Iustitiam bibere* Gis., *Iustitiam imbibere* coni. Heins., *Ubere iustitiam bibere Christi* E, *Vivere iustitia* O R Altin. Cauch. Prag. T3rr. a b m p u Ald. Lugd., *Vivere iustitiae* Rat. q Sich. tres Fabr. Gis. ad oram Weitz. Chor. Poett. Amstr., *Videre iustitiam* 1 α, sed cfr. C. II, 33. Cic. pro Sext. XIX, 43. Baur. ad Sanct. Miserv. I, p. 415, 40; *et penetrare* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Cell. Obb., omisi *et* cum A R Laur. α a b m p q u Weitz. Heins. Arev., *penetrabat* 2 R; *nostrorum* B.
33. *dign. mer. usque ad ep.* R. 34. *rapit* u. 35. *Galienus* u Ald. Lugd. 36. *poena* Ald. Lugd. Sich. tres; *capiti* R Prag. Rat. (cum gl *omni*) b m Weitz. (non P), *capta penam* p. *paenam capitis* q. 40. *qui* q Ald. Lugd. 41. *conferat* R Prag. Rat. b m q Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. 44. *cum* om. Ald. Lugd. Sich. tres, *volucri dat tempore* emend. Ald., *volucri nam tempore* Amstr.; *cursum* A. 45. *quietem* B R W Prag. Rat. 1 α b m q metro obnitente. 46. *Sed* q; *furoris* W (supra *cruoris*) Rat. pro div. script. m (pro div. lect. ad oram) q Iso. 47. *Seque gladio caput* Teol. mendose; *sanguine* Prag. 48. *Quis* Ald. Lugd.
49. *Is* P b p, *Lis* ad oram *l His* a; *calefacto* Sich. II III (non I) perperam. 50. *ante oculos* Laur. u.

32. *vivere iustitiam Christi*] Christi evangelium fide ac moribus exprimere, cfr. C. II, 33 *severum vivitur*, Cic. Fam. XIII, 25 *Studia illa nostra, quibus antea delectabamur, etiam nunc vivimus.*
37. *sacrari*] Cfr. X, 750, 912.
50. *proconsule*] „Baron. l. l. tunc Paternum Procos. fuisse in Africa probat tum ex Pontii diac. exilii comitis testimonio, tum etiam ex Actis ipsis a notariis diligenter exceptis. Ado [ad a. 258] vero scribit Galerium Max. Procos. iussu Aspasii Paterni

Antra latent Tyriae Carthaginis altius reposta,
conscia tartariae caliginis, abdicata soli:
clausus in his specubus sanctus Cyprianus et catena
nexus utramque manum nomen Patris invocat supremi:
„Omnipotens genitor Christi Deus et creator orbis,
„Christe parens hominis, quem diligis et vetas perire:
„ille ego, vipereis quem tu bonus oblitum venenis,
„criminibus variis tinctum miseratus abluisti,
„iamque tuum fieri mandas, fio Cyprianus alter,
„et novus ex veteri, nec iam reus aut nocens, ut ante.
„Si luteum facili charismate pectus expiasti,
„vise libens tenebris ergastula caeca dissipatis:
„eripe corporeo de carcere vinculisque mundi
„hanc animam: liceat fuso tibi sanguine inmolari,
„ne qua ferum reprimat clementia iudicem, tyranni
„neu sciat invidia mitescere, gloriam negare.
„Da quoque, ne quis iners sit de grege, quem tuum regebam,
„ne cadat inpatiens paenae titubetve quis tuorum,
„incolumem ut numerum reddam tibi debitumque solvam.“
Vocibus his Dominum permoverat: influebat inde
spiritus in populum Carthaginis, auctor acrioris
ingenii, stimulis ut pectora subditis calerent
ad decus egregium discrimine sanguinis petendum,

51. *Ante latent* q; *altius* supra *abditis* a, *abditis* Laur. Prag. Rat. 1 α b p q u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Weitz. (non B E P) Chor. Poett. 52. *abdita* a b, in illo supra *negata abdicata*. 54. *utraque manu* B W Prag. Rat. b 1 m Sich. tres Amstr. Cell. Teol.; *inocat superni* R, *invocat summi* 1 α, *invocabat summi* Prag. Rat. b m, hic ad oram *l supremi*. 55. *Christe* W b m, *Christus* Weitz. cum B; *decus* 1 E W (supra) a p Ald. Lugd. Sich. tres Gis. (ad oram) Chor. Poett. Amstr., *decet* q. 57. *Ille ergo* Sich. tres; *quae tu* Ald. Lugd. 59. *tuus* Teol. male; *At Cyprianus* Prag. 60. *At* α q Ald. Lugd. (non Laur.). 61. *carismate* Rat., *chrismate* b; *corpus* A O P R W (supra) T3rr. α p (non Laur.). 63. *corpus de* a, *carcereo de corpore* transp. Prag.; *que* om. A. 64. *Nunc animam* q. 65. *deprim.* R. 68. *Ne* A Laur. α a b m p q u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Cell. Arev., *Neu* O R T3rr. Heins. Cham. Obb.; *titubetne quis* A (ap. Obb.) B E P, *titubet nequis* A (notante Ieepio) Rat. a m (in hoc supra *l ue*) p q coni. Arev., *titubetque ne quis* H, *titubetque quis* Laur. u Ald. Lugd. 69. *Incolomem* b. 73. *At* 2 A E H 1 a.

cos. primo amandasse S. Cyprianum in civitatem Corubitanam, deinde capite multasse in agro Sexti, ubi Procos. pro reparanda sanitate degebat.“ *Cham.*

61. *charismate*] prima contra legem producta ut in lemmate A. 11, S. II, 1046.

64. *animam*] Barth. Adv. XLI, 20 coll. Virg. Aen. I, 98, III, 654, IV, 652 *hanc animam ... est spunte offerentis magnanima vox.*

non trepidare docens, nec cedere, nec dolore vinci,
laudis amore rapi, Christum sapere et fidem tueri:
Fama refert, foveam campi in medio patere iussam,
calce vaporifera summos prope margines refertam:
saxa recocta vomunt ignem niveusque pulvis ardet,
urere tacta potens et mortifer ex odore flatus.
Adpositam memorant aram fovea stetisse summa
lege sub hac, salis aut micam iecur aut suis litarent
Christicolae, aut mediae sponte inruerent in ima fossae.
Prosiluere alacres cursu rapido simul trecenti;
gurgite pulvereo mersos liquor aridus voravit,
praecipitemque globum fundo tenus inplicavit imo.
Corpora candor habet, candor vehit ad superna mentes,
candida Massa dehinc dici meruit per omne seclum.
Laetior interea iam Thascius ob diem suorum
sistitur indomiti proconsulis eminus furori.
Edere iussus erat, quid viveret: „Unicultor" inquit

77. *vaporiferam* u. 78. *ignis ardet* R, *pulvis exit* vetus cod. in ed. Weitziana ap. Reggium et Gis. ad oram (non A). 80. *stitisse* E, *statisse* p. 81. *salis ut* 2 Rat.; *aut suis* A E α b m p q u Fabr. Gis. Heins. Arev. Obb., *et suis* 2 A (notante Ieepio) R heic *et iecur suis* asserente Ieepio Laur. a Ald. Lugd. Sich. tres Weitz. Chor. Poett. Amstr. Cell.; *laterent* A. 82. *mediꝫ corruerent* supra *ł sponte irruerent* m, *mediae sponte ruerent* Ald. Lugd. 83. *Prosiliere* u. 86. *ardos vetat superna* E, *vehat* H, *venit* Prag. (supra *ł vehit*) 1 Rat. b m (heic *ł vehit* supra); *ad* om. 1 a; *mentis* Prag. b m (hic supra *ł mentes*) q. 87. Spurium hunc versum credit Barth. l. l. 88. *thacius* 1 α, *tascius* a, *tacius* p, *tatius* q; *tassius* u; *ob fidem* coni. Cauch. 90. *Edere iussus erat, quid viveret.* „*Unicultor*" *inquit* A E P T (in quo quidem *Tradere*) α a p q Gis. Weitz. Heins. Cell. Arev. Obb., *Dogmatis atque loci iussus genus* [*erat dicere* 2 R]

79. *Ex hoc odore videlicet calcis mortuus est Adrianus imperator* gl. a.

87. *candida Massa*] „*Quod cum esse in fornacem calcariam ipsis praeparatam, nisi Iovi thus incenderent, impellente divino Spiritu coniecissent, ex cineribus eorum calci permixtis una candida massa conflata fuit.* Baron. Ann. 261..... Uticae autem praecipue agebatur horum sollempnitas atque ea de causa S. August. serm. 115 massam candidam Uticensem dictam esse refert. Idem S. Aug. in tract. in Psalm. 49: *Audite martyrum numerositatem solo in proximo, quae dicitur Massa candida.*" *Cham.*

88. *Thascius*] Martyris Ep. 66 inscribitur: *Cyprianus, qui et Thascius, Florentio, cui et Papiano, fratri salutem.* Ethnicus autem erat *Thascius Cyprianus*, Christianus *Thascius Caecilius Cyprianus* Caecilii presbyteri, qui eum ad fidem perduxerat i. e. ex idolorum servitute ad spiritus libertatem, uti servus patroni nomine sibi adiuncto. Vid. Pontii vit. Cypr, l. Pamel. ad Epist. 66, Maran. in praefat. ad ed. Paris. a. 1726, Dodwelli dissert. Cyprianic. (Oxon. 1684) p. 12, Baehr. Geschichte der Röm. Lit. Supplement-Bd. II. p. 51.

„trado salutiferi mysteria consecrata Christi.“
Ille sub haec: „Satis est iam criminis, ipse confitetur
„Thascius, ipse Iovis fulmen negat, expedite ferrum,
„carnifices; gladio paenam luat hostis idolorum.“
Ille Deo meritas grates agit et canit triumphans.
Flevit obire virum maesta Africa, quo docente facta est
cultior, eloquio cuius sibi docta gloriatur,
mox tumulum lacrimans struxit cineresque consecravit.
Desine flere bonum tantum, tenet ille regna caeli,
nec minus involitat terris, nec ab hoc recedit orbe,
disserit, eloquitur, tractat, docet, instruit, prophetat.
Nec Libyae populos tantum regit, exit usque in ortum
solis et usque obitum; Gallos fovet, inbuit Britannos,
praesidet Hesperiae, Christum serit ultimis Hiberis.
Denique doctor humi est, idem quoque martyr in supernis,
instruit hic homines, illinc pia dona dat patronus.

## XIV. PASSIO AGNETIS VIRGINIS.

Agnes sepulcrum est Romulea in domo
fortis puellae, martyris inclitae.

*Christianus inquit* B R W Altin. (in quo etiam versus alter extat ut in Rat. ad oram, sed heic man. rec.) Rat. b m Sich. tres Gis. l Fabr. Chor. Poett. Amstr., *Dogmatis atque loci iussus genus edere Christianus inquit* H Ald. Lugd., *Dogmatis atque loci genus aedere: christianus inquit* Laur. u.

91. *Trado* A T α a Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Amstr. Obb., *Trader* (sic) p, *Servo* Laur. b m q u Fabr. Gis. Weitz. Heins. Cell. Arev.

92. *Sat, ait, iam criminis* vet. cod. in ed. Weitziana ap Reggium; *ille confitetur* q. 93. *Tascius* a, *Tacius p, Tatius* q, *Tassius* u.

94. *Carnifices* R Laur. α a b m q u Ald. Lugd. Weitz. Heins. Cell. Arev., *Carnificis* A B E P p Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Obb. interpunctione sublata. 96. *obire* a b m Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev., *abire* A E P R scripti Heinss. Laur. α (in quo *abirae*) p (in quo *abre*) q u Ald. Lugd. Heins. Cham. Cell. Obb.; *ducente* q. 97. *dogma* supra *i docta* W m, *dogma* Prag. Rat. b Weitz.

99. *boni* coni. Heins.; *illa* A. 102. *exitusque* α q Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. 106. *illic* u Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett.; *patronis* a.

*Passio Agnetis Virginis* A Amstr. Obb., *Passio Agnes* R T, *Incipit passio sanctae Agnetis virginis* Rat. b m, *Incipit passio Agnes* Ambr. α, *Passio sanctae Agnetis virginis* a p Arev., *Hymnus XIV in B. Agnet* (reliqua a bibliopega abscisa) q, *Passio Sanctę Virginis Agnes* u. 1. *Agnes* R T Laur. α b m p u Ald. Lugd. Sich. tres Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev. Obb., *Agnae* O a Heins. (sed in notis mavult hic loci secundum Graecum, quo et castitas martyris designetur) Cham. Cell., *Agnen* A 2 E 2 q, *Agnem* 1 q, *Agnis* Gis.; *est* om. Laur. u; *Romuli* Ald. Lugd.

104. *Hesperiae... Hiberis*] Virg. Aen. I, 530, Hor. Od. I, 36, 4. XIV. Agnes martyris Acta apud Ambr. (serm. 98, de virgin. I, 1, II,

Conspectu in ipso condita turrium
servat salutem virgo Quiritium,
nec non et ipsos protegit advenas
puro ac fideli pectore supplices.
Duplex corona est praestita martyri:
intactum ab omni crimine virginal,
mortis deinde gloria liberae.
Aiunt iugali vix habilem toro

3. *splendida turrium* Laur. u. 9. *dein* p. 10. *habitam* supra *i lem i aptam* Rat., in quo haud raro variae lectioni glossa miscetur, *habilem* b, *habitam* supra *i habilem* m.

4) et Prud. (cfr. Les vies des Saints II, p. XXXI: Personne n'en a rapporté plus des faits historiques que le poéte Prud.) parum genuina nobis superesse, primo percipitur obtutu. Interpolationem eorum temporis decursu auctam, Aurea Legenda et Martyrologia Romano non excepto testes sunt. Martyris, quae a. 304 aut 310 palmam adepta videtur, gloriam iam pridem in ecclesia celebratam ex testimoniis ap. Ambrosium (ad Psalm. 104), Augustinum (serm. 100), Hieronymum, Damasum, Sulpit. Sev. (dialog. II, 14), et alios obviis permultis liquet. Prudentium imitati sunt Alphanus (sec. XI) et Hildebertus (sec. XII), cfr. Barth. Adv. XXXI, 13, Leyser. hist. poet. med. aevi, p. 387. Dies eius natalis 21. Ian. celebratur, cfr. Martyrol. ad h. d., Mabillon. It. Ital. p. 83 sqq., Tillemont. mémoires ecclesiastiq. IV, p. 624, Les vies des Saints II, p. 277.

3. *Conspectu in ipso*] Agnes coemeterium et ecclesia, unde Romae turres et palatia, seu potius moenia turrita conspiciuntur, plus mille passus extra Urbem invenitur ad viae Nomentanae sinistram. Liber Pontif. in vita Sylvestri I. Constantinum, precibus filiae Constantiae seu Constantinae motum, in honorem Agnes virginis eam aedificasse tradit. Sed inscriptio, cuius Damasum auctorem putant, in ecclesia etiamnunc asservata piam quidem feminam Constantinae nomine dicit aedes exstruendas curasse, neque imperatoris filiae mentionem facit. Est autem haec: *Constantina Deum venerans Christoque dicata, Omnibus impensis devota mente paratis, Numine divino multum Christoque iuvante, Sacravit templum victricis virginis Agnes; Templorum quod vincit opus, terrenaque cuncta, Aurea nam rutilant summi fastigia tecti, Nomen enim Christi celebratur sedibus istis, Tartaream solus potuit qui vincere mortem Inuectus caelo, solusque inferre triumphum, Nomen adhuc referens et corpus et omnia membra A mortis tenebris, et caeca nocte levata, Dignum Agnes munus martyr, devotaque Christo Ex opibus nostris per saecula cuncta tenebris, O feliæ virgo memorandi nominis Agnes.* Altera Agnes ecclesia visitur in circo agonali (Piazza Navona), quae locus lupanaris (25) fuisse creditur. Anastasius in vita Leonis III. de ea refert: *In Oratorio S. Agnetis, quod ponitur in Monasterio, quod appellatur duo Furna, fecit Canistram ex argento pensantem libras* etc. Denominatio *Ecclesiæ S. Agnetis in Agonis* et *de Cryptis Agonis* serioris temporis est. — *condita*] i. e. sepulta. Cfr. Westphal. l. l. die röm. Campagne, E. Platner, C. Bunsen. etc. Beschreibung d. Stadt Rom. Bd. III, Abthl. 2, p. 445 et Bd. III, Abthl. 3, p. 377.

7. *Duplex corona*] gemellum martyris diadema virginitas et sine macula fides, cfr. 127, Paschalius de coronis I, 6.

primis in annis forte puellulam
Christo calentem fortiter inpiis
iussis renisam, quo minus idolis
addicta sacram desereret fidem.
Temptata multis nam prius artibus,
nunc ore blandi iudicis inlice,
nunc saevientis carnificis minis
stabat feroci robore pertinax
corpusque duris excruciatibus
ultro referebat non renuens mori.
Tum trux tyrannus: „Si facile est“ ait
„paenam subactis ferre doloribus,
„et vita vilis spernitur: at pudor
„carus dicatae virginitatis est.
„Hanc in lupanar trudere publicum
„certum est, ad aram ni caput adplicat
„ac de Minerva iam veniam rogat,
„quam virgo pergit tempnere virginem.
„Omnis iuventus inruit et novum
„ludibriorum mancipium petit.“
„Haud“ inquit Agnes „inmemor est ita
„Christus suorum, perdat ut aureum

11. *puellam* R. 12. *improbis* Rat. man. rec. 13. *resinam* 1 A; *quo minus impiis Addicta sacris* Rat. man. rec. 14. *Addita* b negligenter. 16. *blando* R. 19. *exercitatibus* Sich. tres. 20. *renuens* q absonum. 21. *Tum torvus* q glossam sapit. 22. *Poena* u (non Laur.). 23. *et pudor* p, *aut pudor* q. 24. *Clarus* Prag.; *virginitatis es* Ald. Lugd., *virginitati erit* Parrh. 26. *est* om. m; *adplicet... roget* R Prag. Rat. 2m Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. 27. *Ac deę Minervę* p, *Ac de Menerva* E Weitz. 28. *tempnere* α p. 29. *Omni* 1 α; *inruit* A E W Laur. 2 α a m q u Ald. Lugd. Obb., *inruat* R b p Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev., *inruet* 1 α, *inruet... petet* T Altin. Ambr. Heins. Cham. Coll. 30. *mancipio* 1 q; *petet* W Laur. 2 α a m q u Ald. Lugd. Obb., *petat* R b p Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev., *petet* A E P, *patet* 1 α. 32. *perdet* 1 α.

11. *primis in annis*] Ambr. l. l.: *Haec tredecim annorum martyrium fecisse traditur*, Hieron. Ep. VIII (I, p. 41, F.): *B. martyr Agnes et aetatem vicit et tyrannum et titulum castitatis martyrio conseravit.*

16. *iudicis*] praefecti filium Agnen in matrimonium petiisse, in Ep. Ambrosio adscripta et ap. Maxim. Turon. traditio est.

24. *dicatae virginitatis*] Tertull. Apolog. 50: *nam et proxime ad lenonem damnando Christianam potius quam ad leonem, confessi estis labem pudicitiae apud nos atrociorem omni poena et omni morte reputari.*

26. Cfr. supra X, 201 *magni limen amplectar Iovis.*

„nobis pudorem, nos quoque deserat:
„praesto est pudicis, nec patitur sacrae
„integritatis munera pollui.
„Ferrum inpiabis sanguine, si voles,
„non inquinabis membra libidine.“
Sic elocutam publicitus iubet
flexu in plateae sistere virginem.
Stantem refugit maesta frequentia,
aversa vultus, ne petulantius
quisquam verendum conspiceret locum.
Intendit unus forte procaciter
os in puellam, nec trepidat sacram
spectare formam lumine lubrico.
En ales ignis fulminis in modum
vibratur ardens atque oculos ferit:
caecus corusco lumine conruit
atque in plateae pulvere palpitat.
Tollunt sodales seminecem solo
verbisque deflent exequialibus.
Ibat triumphans virgo Deum patrem
Christumque sacro carmine concinens,
quod sub profani labe periculi
castum lupanar nec violabile
experta victrix virginitas foret.
Sunt qui rogatam rettulerint preces
fudisse Christo, redderet ut reo
lucem iacenti: tum iuveni halitum
vitae innovatum visibus integris.
Primum sed Agnes hunc habuit gradum
caelestis aulae, mox alius datur.
Accensus iram nam furor incitat

38. *iubent* Ambr. 39. *Fluæu* Burm. in Add. ad Claud. p. 1012 e duobus antq. libb. Leodiensibus, *Fleæus* Prag. 1 Rat. 1 b 1 m q; *in plateas* vet. cod. in ed. Weitziana ap. Reggium Ald. Lugd. 40. *Statum* H, *Stantum* b m. 41. *Adversa* A E P a p. 44. *ne* 1 α. 45. *Expecture formam* Ald. Lugd. Sich. tres, *Formam expectare* nec melius vet. cod. in ed. Weitziana ap. Reggium, *Expectans formam* Torn., *Despectans formam* Latin. 53. *que* des. in u (non in Laur.); *concinens carmine* inv. R. 54. *pericli* b. 55. *ne* cum gl. *pro non* Prag. 56. *Aspecta* p; *virginitate* R. 57. *retulerunt* α, *retulerint* m p q. 59. *tunc* α a (non Laur.), *tunc iuvenili alitum* A, *tum vehit alitum* Laur. u.
60. *iussibus* cod. Cauch., qui *sensibus* coni. 61. *sed annus* q. 63. *Ascensus* R Prag. Rat. ms. S. Mich. ap. Ruinart. α b m q Torn. Fabr. Weitz. Chor. Poett. (i. e. *mox alius datur Ascensus. Iram nam furor* etc.).

hostis cruenti: „Vincor“ ait gemens
„i, stringe ferrum, miles, et exere
„praecepta summi regia principis.“
Ut vidit Agnes stare trucem virum
mucrone nudo, laetior haec ait:
„Exulto, talis quod potius venit
„vesanus, atrox, turbidus armiger,
„quam si veniret languidus ac tener
„mollisque ephebus tinctus aromate,
„qui me pudoris funere perderet.
„Hic, hic amator iam, fateor, placet,
„ibo inruentis gressibus obviam,
„nec demorabor vota calentia:
„ferrum in papillas omne recepero
„pectusque ad imum vim gladii traham:
„sic nupta Christi transiliam poli
„omnes tenebras aethere celsior.
„Aeterne rector, divide ianuas
„caeli obseratas terrigenis prius,
„ac te sequentem, Christe, animam voca,
„cum virginalem, tum Patris hostiam.“
Sic fata Christum vertice cernuo
supplex adorat, vulnus ut inminens
cervix subiret prona paratius.
Ast ille tantam spem peragit manu:
uno sub ictu nam caput amputat,
sensum doloris mors cita praevenit.

65. *I stringe* Ambr. cod. Cauch. T3rr. a b (heic ad oram) Heins. Cell. Arev. Obb., om. *I* A R T α q Ald. Lugd. (prima versus littera facile excidit), *tringe* p, *Astringe* Rat. b m Sich. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett. Amstr., *Iam stringe* Laur. u Gis. 72. *ephaebus* Weitz. cum W, *efybus* E H, *effebus* 1 a, *efebus* 2 a, *ephoebus* b. 75. *obvia* α a p (non Laur.). 78. *que* om. a. 81. *Sterne* u, *Aeternae* Ald. Lugd. Sich. I (non II III). 84. *Con uirginilalem* p, *Cum uirginali* 1 a. 88. *peregit* Prag. contra metr. 89. *Unum* Ald. Lugd.; *subiotu* B Gif. p. 470. Weitz. 90. *Sunsum* A.

65. *i, stringe*] Aur. Legend. SS. (cap. 24): *Praefectus viso tanto miraculo* (v. 45...60) *eam liberare voluit, sed proscriptionem metuens vicarium dereliquit, et, quia eam liberare non potuit, tristis abscessit. Tunc vicarius Aspasius nomine iussit eam in copiosum ignem iactari, sed in duas partes flamma divisa seditiosum populum exurebat et eam minime contingebat. Tunc Aspasius in gutture eius gladium immergi praecepit.* Martyrol. l. l.: *Ignibus iniecta, sed iis per orationem eius extinctis gladio percussa est.*

Exutus inde spiritus emicat
liberque in auras exilit, angeli
sepsere euntem tramite candido.
Miratur orbem sub pedibus situm,
spectat tenebras ardua subditas
ridetque, solis quod rota circuit,
quod mundus omnis volvit et inplicat,
rerum quod atro turbine vivitur,
quod vana secli mobilitas rapit:
reges, tyrannos, inperia et gradus
pompasque honorum stulta tumentium,
argenti et auri vim rabida siti
cunctis petitam per varium nefas,
splendore multo structa habitacula,
inlusa pictae vestis inania,
iram, timorem, vota, pericula,
nunc triste longum, nunc breve gaudium,
livoris atri fumificas faces,
nigrescit unde spes hominum et decus,
et, quod malorum est, taetrius omnium,
gentilitatis sordida nubila.
Haec calcat Agnes, haec pede proterit
stans et draconis calce premens caput,
terrena mundi qui ferus omnia
spargit venenis mergit et inferis;
nunc virginali perdomitus solo
cristas cerebri deprimit ignei,

91. *Extinctus* E ap. Obb. [Cfr. Burm. ad Anthol. II, p. 271 et vid. C. praef. 44, P. III, 161]. 96. *Videtque* α Ald. Lugd.; *circumit* a q. 99. *nobilitas* b m. 101. *que* om. u; *stulta* supra *t adulter* b. 102. *Argentum : et aurum :* Laur. u; *vim* exc. a p; *rabidam* A B H P R W (beic *rabida* supra) Laur. a b m p q u Ald. Lugd. Sich. tres; *sitim* A Laur. u, *sitem* a p q u Ald. Lugd., *sitis* W supra ut videtur *siti*. 110. *quod* exc. a. 112. *haec pede* Prag. Rat. 1 b m Arev., *ac pede* A R Laur. α a 2 b p q u cum reliqq. edd. 116. *predomitus* Lugd.

91. *emicat*] III, 161 *Emicat inde columba repens.*

96. *ridetque*] Ludovisiae Henricae, Friderici Guilelmi M. Brandeburgensis electoris uxoris, incomparabilis ille hymnus sepulcralis „Jesus meine Zuversicht" etc. strophа VII eadem pie exprimit.

105. *inlusa*] Cfr. XII, 48. Ornatus vestimentis intexti vel acu picti variis ludunt formis atque coloribus. Virg. Georg. II, 464 *inlusaeque auro vestes.*

107. Senec. Thyest. act. III, chor. 51 sq. *Nulla sors longa est: dolor et voluptas Invicem cedunt, brevior voluptas.*

nec victus audet tollere verticem.
Cingit coronis interea Deus
frontem duabus martyris innubae:
unam decemplex edita sexies
merces perenni lumine conficit,
centenus extat fructus in altera.
O virgo felix, o nova gloria,
caelestis arcis nobilis incola,
intende nostris conluvionibus
vultum gemello cum diademate,
cui posse soli cunctiparens dedit
castum vel ipsum reddere fornicem.
Purgabor oris propitiabilis
fulgore, nostrum si iecur inpleas.
Nil non pudicum est, quod pia visere
dignaris, almo vel pede tangere.

118. *vinctus* b. 120. *in nube* p, *in nubae* u. 121. *Una* a p q; *decem plebs* p, *decimplex* Gis. ad oram Heins. Cham. (non Cell.). 122. *Mercis* A E P. 128. *solus* Prag. 130. *Purgabo roris* p Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Amstr. 131. *nostrum si repleas iecur* Laur. u.

121. *decemplex*] ex Christi parabola Matth. 13, 8.

127. Vid. supra v. 7, Paschal. de coron X, 10.

129. *fornicem*] lupanar, cfr. S. I, 108 *obscaena cubilia*, Rom. 13, 13 *κοίταις*.

130. *Purgabor*] Christi et divini spiritus id esse, admonet Cell.

131. *iecur*] Vid. ad C. III, 180, Ps. 238.

# DITTOCHAEON.

## TESTAMENTUM VETUS.

### I. ADAM ET EVA.

Eva columba fuit tunc candida, nigra deinde
facta per anguinum male suada fraude venenum

*Incipit liber dittochei, quod nomen est ad placitum, dia grece, latine refectio* ε, *Dittochaeum* Ald. Lugd., *ΔΙΤΤΟΧΑΙΟΝ* Arev., *Incipit Diptychon* 2 man. (sec. XVI) A, *Iste liber proprie Dirocheum vocatus* in gl. O, *Incipiunt tituli historiarum Aurelii Prudentii Hispaniensis, quod Dirocheum de utroque testamento vocatur* alter cod. O, *Tituli historiarum* T in indice praevio et ita ad finem subscriptio operis, *Tetrasticha de veteri et novo Testamento* membranae Cauchii, *Incipit liber pudentii* (sic) *eue columbae* et in fine opusculi *Explicit liber prudentii Columbe. deo gratias. Amen*:· Dress. Mariettus de Prag. adnotat: „In Pragensi tantum erat hic Titulus: *Dicta Prudentii Aurelii*, et ceterorum titulorum, qui cuilibet praefiguntur hic (i. e. in ed. Aldina), ibi nullus erat, sed versus omnes continuati sine titulo ullo." *Incipiunt Tituli hystoriarum. per Adam. Et Euam* Rat. (qui in Prudentii vita auctore Gennadio opusculum dicit *Κηροχεum* ad Enchiridion innuens) b i m et *Expliciunt tituli historiarum* in fine Rat. i, *Incipiunt tituli istoriarum* α, *Incipit liber de duobus testamentis* subinde *Eva Columba* β, *Prudentius*; in marg. dextro *Historie:* in operis fine *Expliciunt historiae prudentii* 1441 δ, *Incipit de adam et Eua* et in fine *Explicit liber prudentii* d, *Incipit liber prudentij aurelij De eua et adam*, in fine *Deo: Gratias*: η, *Incipit liber prudentii de columba*, in fine *Explicit liber prudentii de columba* ϑ, *Incipit Liber Prudentij dirophei* in fine *Explicit liber prudentij dirophei. deo gratias. Amen* s, *Incipit Liber Ditrocheus Qui Continetur In Titulis Historiarum* u, *Incipit liber eue columbe am.*, et paullo infra manu aetatis sequioris *Liber prudentii carmen sacrum De veteri et novo testamento* z. Inscriptione carent Vall. a γ ζ n q (in cuius marg. man. recentiori „*Diptychon Veteris et Novi Testamenti*, quod alii Amoeno alii Sedulio tribuunt") y. Ex Gifanii coniectura *Diptychon sive Titulus utriusque Testamenti* inscripsit Heins., *Diptychon sive Enchiridium* Cell. *Diptychon* Obb. Singulorum tetrastichorum tituli in codd. perquam variant discrepantque. Nonnulli ut A R Prag. Vall. δ ζ n q y z et Obb. omnino eos omittunt; non nisi secundum et tertium inscribitur in s, exhibet titulos usque ad primum novi testamenti d. In aliis exemplaribus primi tetrastichi coivit titulus cum inscriptione totius opusculi, ut videre est ex iis, quae supra notata sunt. Quare illos tantum adposui, qui antiquiores videbantur. Esse eos non ab auctore sed a librariis pro cuiusque captu confectos ad unum omnes persuasum habeo, siquidem ipsae picturae, quibus singula tetrasticha subscripta stabant, hiscemet iam satis explicabantur.

I. *De Adam et Eua* α Ald. Lugd. Weitz. Heins., qui se expressisse ea tetrastichorum lemmata dicit, quae praebuerit T. 1. *tunc* A R Dress. Laur. Vall. α a β b γ δ ε ζ i m s u Weitz. Heins. Cham. Cell. Obb., *tum* q Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Arev. [Cfr. S. I, praef. 46].

2. *anguineum* Dress. Prag. Rat. Vall. β b γ d ε ζ η ϑ i m q s y z Weitz. (non P) Chor. Poett. Cell.; *male suasa* Dress. Vall. β γ δ ε η n y z, *mala suasa* ζ. Qui *malesuada* scribunt, *male fortis* (H. 277) coniungere debebant.

tinxit et innocuum maculis sordentibus Adam:
dat nudis ficulna draco mox tegmina victor.

II. ABEL ET CAIN.

Fratrum sacra Deus nutu distante duorum
aestimat accipiens viva et terrena refutans.
Rusticus invidia pastorem sternit: in Abel
forma animae exprimitur, caro nostra in munere Cain.

III. ARCA NOE.

Nuncia diluvii iam decrescentis ad arcam
ore columba refert ramum viridantis olivae;
corvus enim ingluvie per foeda cadavera captus
haeserat: illa datae revehit nova gaudia pacis.

IV. ILEX MAMBRAE.

Hospitium hoc Domini est, ilex ubi frondea Mambre

4. *Mox draco dat nudis ficulnea tegmina victor* Dress. β δ ζ η s, *Dat nudis ficulnea mox draco tegmina victor* Vall., *Mox draco dat nudis tegmina ficulnea victor* d n. II. *Abel et Cain* Rat. i m Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Cell. Arev., *Cain et Abel* b Weitz., *De Cain et Abel* α a γ d (qui scribit *Caym*), *De Abel et Cain* Ald. Lugd. Heins., *De caym et abel fratribus* Dress., *de cayn qui interfecit abel* β, *de abel et caym filiis primorum et morte ipsius abel* ε. 5. *nuptu* d η, *nutui distate* ζ.

6. *Aestumat* l m, *Extimat* Dress. Vall. d ζ η ϑ n s u; *divina* ζ, *diva* n; *et* exc. η. 7. *habel* s. III. *Arca Noe* Rat b i m Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev., *Archa Noe* Weitz., *de Noe et diluuio* α a Ald. Lugd., *De tempore diluuii* Dress., *de columba que contulit ramum oliuae* β, *de diluuio columba et coruo* γ, *De archa noe et diluuio* d, *de columba ferente ramum oliuae ad archam* ε. 9...12. om. A; *in adcrescentis* ζ. 10. *uirentis* ϑ, *uiridentis* ζ, *videntes* η. 11. *Corvus ab ingluvie* δ. 12. *ratae* coni. Heins. [Adv. I, 6]. IV. *Ilex Mambrae* Fabr. Cell., *Ilex Mambre* Gis. Heins., *Ad ilicem Mambrae* Rat. b i m Sich. tres Gis. I Weitz. Chor. Poett. Amstr., *Ad ilicem Mambre* Arev., *De abraam et sara uxore sua* Dress., *De Abraham et hospitio eius* α, *de abraam qui habuit filium in sua senectute* β, *de hospitio domini et sara* γ, *De hospitio Sarre* d, *de hospitio domini in quo habitauit abram et sara* ε, *De Abraham et hospitio* Ald. Lugd. 13. *haec* a, om. *hoc* Dress. (non Vall.) β ϑ d ζ η n s; *membre* l α, *membre* η, *Mambrae* Vall. m Ald. Lugd. Sich. tres Gis. I Fabr. Weitz. Chor. Poett. Cell. Obb., *Mambra* Amstr.

4. Barth. Adv. VIII, 12: „Quod subdidit draconem et Satanam Adamo et Evae fecisse velamina ficulnea, non est ex textu sacri libri, sed interpretatione Iudaeorum.“ Respondet pro poeta Arev.: „eius verba esse *dat victor draco tegmina* non quod texuerit, sed quia causa fuit peccati, ex quo tegmina ficulna consecuta sunt.“ Gen. 3, 1 sqq.

5. Gen. 4, 3 sqq.

9. Gen. 8, 7. 8 sqq., nil columba rostro olivae ramum referente in lapidibus Catacumbarum frequentius. Bibliothecae Vaticanae Museum Christianum haud pauca vetustatis monumenta marmorea adservat iis similia, quae a Prud. describuntur, ut res gestae tetrastichi II, III, IX, X, XXVII, XXXII, XXXIII, XXXVII, XXXVIII.

armentale senis pertexit culmen: in ista
risit Sara casa, sobolis sibi gaudia sera
ferri et decrepitum sic credere posse maritum.

V. MONUMENTUM SARAE.

Abraham mercatus agrum, cui conderet ossa
coniugis, in terris quoniam peregrina moratur
iustitia atque fides: hoc illi milibus emptum
spelaeum, sanctae requies ubi parta favillae est.

VI. SOMPNIUM PHARAONIS.

Bis septem spicae, vaccae totidem Pharaoni
per sompnum visae portendunt dispare forma,
uberis atque famis duo per septennia tempus
instare: hoc solvit patriarcha interprete Christo.

VII. A FRATRIBUS AGNITUS IOSEPH.

Venditus insidiis fratrum puer; ipse vicissim

14. *Armentales enim* a; *pertexit* Gold. α a β b γ ε i m q y z Arev., *pretexit* Prag., *praetexit* Gold. (supra) Weitz., *protexit* A Dress. Laur. Vall. δ d ζ η n s u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Obb., *culmen protexit* inv. Dress. Vall. δ ζ η ϑ. 15. *sahra* 1 i, *Sarra* Vall. s Ald. Lugd. Sich. tres Gis. I Fabr. Chor. Poett. Heins. Cell., *cuusa Sara* ζ, *sacra casa* u; *subolis* α; *tarda* et pro div. lect. *sera* Vall.

V. *Monumentum Sarae* Rat. α b i m Fabr. Gis. Weitz. Cell. Arev., *Monimentum Sarrae* Sich. tres Gis. I Chor. Poett., *Monimentum Sarae* Amstr., *Monumentum Sarrae* Heins., *Quando abraam emit agrum pro uxore sepelienda* Dress., *de emptione agri in quo abraam recondidit ossa coniugis* β, *de abraam qui fuit mercatus agrum* γ, *De abraam et agro empto* d, *de agro abrae empto trecentis denariis* ε, *Abraham agrum emisse* Ald. Lugd.

17. *Habraam* Vall., *Abram* 1 m; *mercatur* 2 Rat. Vall. m (pro div. lect.) Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. (non Gold. P) Chor. Poett. Amstr.; *cui* A E R T α a Ald. Lugd. Heins. Cham. Obb., *qui* ζ, *in quo* d, *quo* Dress. Vall. Prag. Rat. ϑ s cum relqq. scriptis et edd., *quod* η [Cfr. Ps. 105. Virg. Aen. III, 67. V, 48. Ov. Her. XX, 98]. 18. *moratus* P a d ζ 19. *illi* Laur. Vall. δ d ε ζ η ϑ n s u y z, *illud* A R Dress. cum relqq. scriptis et edd.; *emptum est* d ζ. 20. *favilla* ζ η; *est* om. Laur. u. VI. *Somnium Pharaonis* Rat. α b i m Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. (ap. quem *Faraonis*) Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev., *De pharaone qui uidit sompnum* Dress., *de septem spicis et uaccis uisis in sompnio a faraone* β, *De sompno Pharaonis* d, *Pharao somnium uidisse* Ald. Lugd. Desiderantur hi quattuor versus in E. 21. *totidem vaccae* inv. q 1 z, *et vaccae totidem* Gold. Prag. Rat. δ Weitz., *et totidem vaccae* Dress. Vall. η ϑ s y 2 z.

22. *procedunt* δ; *dispari* ζ. 23. *et famis* δ; *dum* B i, *dum* vel *tum* supra *duo* m; *per* om. A. VII. *A fratribus agnitus Ioseph* Rat. α b i m Weitz., *Ioseph a fratribus agnitus* Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev., *De iosep qui fuit uenditus a fratribus* Dress., *de venditione iosep* β, *De Ioseph vendito a fratribus* d, *Ioseph a fratribus venditur* Ald. Lugd. 25. *Venditur* b.

17. Gen. 23, 16.
20. Cfr. C. IX, 100, X, 142.
21. Gen. 41, 1 sqq., C. VI, 57.
25. Gen. 44, 1 sqq.

cratera in farris sacco clam praecipit abdi:
utque reos furti Ioseph tenet, auctio fallax
proditur, agnoscunt fratrem veniaque pudescunt.

VIII. IGNIS IN RUBO.

Sentibus involitans Deus igneus ore corusco
conpellat iuvenem, pecoris tunc forte magistrum.
Ille capit iussus virgam, fit vipera virga:
solvit vincla pedum, properat Pharaonis ad arcem.

IX. ITER PER MARE.

Tutus agit vir iustus iter, vel per mare magnum.
Ecce Dei famulis scissim freta rubra dehiscunt,
cum peccatores rapidos eadem freta mergant.
Obruitur Pharao, patuit via libera Moysi.

X. MOSES ACCEPIT LEGEM.

Fumat montis apex divinis ignibus, in quo
scripta decem verbis saxorum pagina Moysi

26. *Crateram* Dress. Vall. Prag. Rat. β b δ ε ζ η i m n u y z Weitz. (non P), *Cratherem* d, *Craterem* q s; *farris* A R Vall. α a β b γ δ i m q u y z Ald. Lugd. Weitz. Arev. Obb., *in sacco fratris* Dress. ε η (ambigua est scriptura ϑ) n, *in sacco fratres* ζ, *in fratris sacco* E P d Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cham. Cell., *fratris sacco* om. *in* s.

27. *Atque* Vall. β γ ε η y; *actio* W Dress. Prag. Rat. b d ζ η ϑ 2 i 2 m n q s y, *accio* δ. 28. *ueniamque* Dress. Vall. β δ ϑ s, *uenumque* ζ, *ueniam fratremque pud.* η, *vanique* Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr.; *poscunt* Vall. VIII. *Ignis in rubo* Rat. cum nostris codd. et edd., nisi quod *Quando dominus apparuit faraoni in rubro* (sic) Dress., *de moyse cum deus tribuit uirgam* β, *De contemplatione moysi* d, *Moysem Rubem uidisse ardentem* Ald. Lugd. 29. *Sensibus* ζ. 31. *uirgam iussus* inv. η s, *iussus* om. A, *iussis* u. IX. *Iter per mare* Rat. α β i m cum edd. praeter *Pharaonem in mari summersum* Ald. Lugd., *Quando filii israel transiuerant rubrum* Dress., *de populo israel qui egressus est de seruitudine* β, *Qualiter moyses recessit cum populo dei* d. 33. *iter* exc. s; *vel per mare rubrum* Dress. Vall. ζ η s; *Tutus uir iustus iter agit vel per mare rubrum* inv. Dress. 34. *famulus* η u; *sensim* B, *scissum* a. 35. *Tunc* ε; *rapidos* Prag. Vall. α β d ε ζ η n s y z Ald. Lugd., *rabidos* Dress. a b γ δ ϑ i m q u cum relqq. edd.; *mergunt* Dress. Vall. δ ζ η ϑ s. 36. *putavit* A. X. *Moyses accepit legem* Rat. α b i m Weitz. Arev. (qui scribit *Moses*), *Moyses accepit legem* Sich. tres Gis. Chor. Poett. Heins., *Moses accipit legem* Fabr. Amstr. Cell., *De lege data moysi in monte synai* Dress., *de traditione legis in monte sinai* β; *De moyse accipiente precepta dei* d, *Mosi legem datam* Ald. Lugd. 37. *Fumat apex montis* Dress., *Montis fumat apex* Vall. ζ η. 38. *verba* ζ; *sacrorum* u.

29. Exod. 3, 2 sqq., C. V, 31, A. 55 sqq.
33. Exod. 14, 28. 29.
37. Exod. 19, 20, C. VII, 36 sq.

traditur: ille suos suscepta lege revisit,
forma sed his vituli solus Deus et Deus aurum.

XI. MANNA ET COTURNICES.

Panibus angelicis albent temptoria patrum:
certa fides facti, tenet urceus aureus exin
servatum manna: ingratis venit altera nubes
atque avidos carnis saturat congesta coturnix.

XII. SERPENS AENEUS IN EREMO.

Fervebat via sicca eremi serpentibus atris,
iamque venenati per vulnera livida morsus
carpebant populum; sed prudens aere politum
dux cruce suspendit, qui virus temperet, anguem.

XIII. LACUS MYRRHAE IN EREMO.

Aspera gustatu populo sitiente lacuna
tristificos latices stagnanti felle tenebat.
Moyses sanctus ait: „Lignum date, gurgitem in istum
„conicite, in dulcem vertentur amara saporem.“

39. *reuisit* a, *remisit* ϑ. 40. *vitulis* A E a q. XI. *Manna et coturnices* α b i m cum edd., *De manna data filiis israel in deserto* Dress., *de pane angelico tradito patribus israel* β, *De manna dato populo a deo in deserto* d, *Manna in deserto datum* Ald. Lugd. 42. *tenet aureus urceus* ϑ s; *exim* scr. b m. 44. *conjecta* Torn. XII. *Serpens aeneus in eremo* Rat. (non *aereus*) α b i m cum edd. nisi quod *in remo* Ald. Lugd., *in heremo* Weitz., *De populo qui mordebatur a serpentibus* Dress., *de serpentibus erimiis qui interfecerunt populum* β, *De serpentibus mordentibus populum* d. 45. *Feruebat uia sicca moysi heremi serpentibus atris* Dress., *sicca uia* ϑ, *Aspide sicca malo uia deferuebat Eremi* Rat. priorib. eras. Ald. Lugd.; *heremo* 1 i; *acris* 2 h, in quo post *serpentibus* commate distinguitur. 46. *Namque...morsu* ϑ; *vulnera liuida* A P R Laur. α b ϑ i q s u Obb., *livida vulnera* Dress. Vall. a β γ δ d ε ζ η m n et reliqq. edd.

48. *qui uiros* (non *virus qui*) A a, *qui uerus* 1 b, *uirus ut* i Weitz., *uirus qui* m; *temperat* s y; *anguis* ζ. XIII. *Lacus myrrhae in eremo* Rat. b i Sich. I II Gis. l Weitz. Chor. Poett. Heins. Cell. Arev., *Lacus Mirrhae in eremo* Sich. III, *Quando filii israel inuenerunt aquam amaram* Dress., *lacus amara in heremo* α, *de aqua amara confecta dulci* β, *De aquis amarissimis* d, *lacus myrra in heremo* m Amstr., *Moses aquas amaras per lignum in dulcedinem uertit* Ald. Lugd., *Lacus deserti amarus* Fabr. Gis. 51. *date lignum* s; *gurgite in istum* a, *gurgite in isto* Dress. Vall. ϑ ζ η ϑ s u. 52. *Concite* A, *Condite* γ, *Proicite* δ, *Concite* 1 i, *Concite et* B 2 i; *in dulce* A, *in dulces...sapores* B Sich. tres Fabr., sed in B utrobique alt. supra, *sopores* η.

41. Exod. 16, 14.

45. Num. 21, 8 sqq. Cfr. C. V, 89 de penultimae voc. *eremi* quantitate.

49. Exod. 15, 23 sqq., C. V, 93.

### XIV. ELIM LUCUS IN EREMO.

Devenere viri Moysi duce, sex ubi fontes
et sex forte alii vitreo de rore rigabant
septenas decies palmas, qui mysticus Aelim
lucus apostolicum numerum libris quoque pinxit.

### XV. DUODECIM LAPIDES IN IORDANE.

In fontem refluo Iordanis gurgite fertur,
dum calcanda Dei populis vada sicca relinquit.
Testes bis seni lapides, quos flumine in ipso
constituere patres in formam discipulorum.

### XVI. DOMUS RAAB MERETRICIS.

Procubuit Iericho, sola stant atria Raab.
Hospita sanctorum meretrix, tanta est fidei vis,

XIV. *Helim lucus in heremo* Rat. i Arev. (qui scribit *Elim* et...*eremo*), *Helim lucus in eremo* Heins. Cell., *Helim locus in Heremo* α b m Weitz., *Quando filii israel applicuerunt inhelim* Dress., *De XII fontibus et LXX palmis* β Ald. Lugd. Sich. tres Gis. I Chor. Poett. Amstr., *De filiis israel et XII fontibus* d, *Fontes duodecim*, *et palmae septuaginta* Fabr. Gis. 53 *Moysi* Rat. a b i q Weitz. Obb., *Moyse* Dress. Vall. η ϑ cum al. Heins., *Mosi* Ald. Lugd. Sich. tres Gis. I Fabr. Chor. Poett. Cell., *Mose* Gis. Amstr. Arev. 54. *rigebant* 1 α. 55. *Aelim* A E α Ald. (*Αἰλείμ* LXX), *olim* R ϑ emend. Ald. Lugd., *Elim* vel *Helim* cett. 56. *Locus* A E q, *Lucis* η, *Licus* ϑ; *apostolorum...quoque sanxit* ζ. XV. *Duodecim lapides in Iordane* Rat. α b i m Gis. I Weitz. Amstr. Heins. Cell. Arev., *De iordano qui dedit illis uiam* Dress., *de XII lapidibus* β, *De filiis israel et XII fontibus* d, *Filii Israel Iordanem transeunt*, *et ex eo lapides colligunt* Ald. Lugd., *XII Lapides in eremo* Sich. tres Chor. Poett., *Lapides duodecim in Iordane* Fabr. Gis. 58. *populus* W; *relinquit* A R Dress. Vall. α η Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cham. Cell., *reliquit* A Laur. cum relqq. nostris codd. Weitz. Arev. Obb. 59. *flumine in isto* s. 60. *ad formam* B (supra) E Fabr. margo trium Sich., *in forma* Dress. Vall. ε ζ η s y. XVI. *Domus Raab meretricis* ex nostris optimis, *De raab quae hospitavit illos* Dress., *de meretrice ospitante populum israel* β, *De raab meretrice et hospita sanctorum* d, *Raab in Hiericho speculatores recepit* Ald. Lugd., *Domus Raab* Gis. I Fabr. Gis. II (in quo *Rahab*) Amstr, *Raab meretrix* Heins. Cell. 61. *astant* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett. 62. *est* om. 1 i 1 m, *est tanta fidei* 1 ϑ, *vis tanta fidei est* coni. Gis.

53...56. Exod. 15, 27, ubi septuaginta interpp. *ἑβδομήκοντα* mystice, Luc. 10, 1 eundem numerum exhibet, quem Prud.; sed A. 1005 et 1006 noster cum vulgata vers. Luc. 10, 1 habet septuaginta duos.

57. Ios. 4, 1 sqq. Cfr. C. XII, 177 sqq., H. 482, Middeldorpf. l. l. p. 142.

61. Ios. 2, 18; 6, 23.

incolumi secura domo spectabile coccum
ignibus adversis in signum sanguinis offert.

XVII. SAMSON.

Invictum virtute comae leo frangere Samson
adgreditur: necat ille feram, sed ab ore leonis
mella fluunt, maxilla asini fontem vomit ultro:
stultitia exundat lymphis, dulcedine virtus.

XVIII. SAMSON.

Ter centum vulpes Samson capit, ignibus armat,
pone faces caudis circumligat, in sata mittit
allophylum segetesque cremat: sic callida vulpes
nunc heresis flammas vitiorum spargit in agros.

XIX. DAVID.

David parvus erat, fratrum ultimus et modo Iesse
cura gregis citharam formans ad ovile paternum,

63. *Incolumi...domo* Dress. Vall. 1 α β d n y Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Obb., *Incolumis...domo* 2 α 2 m, *Incolumis ... domus* Gold. (ubi *incolomis*) Rat. b (in quo gl. docet, *domus* esse gen.) γ δ ε ζ i l m u (hic *incolomis*) Arev.; *spectabilem coccum* ζ, *spectabile tectum* δ. 64. *aduersus* δ. XVII. *Samson* Rat. b m Ald. Lugd. Sich. tres Gis. I Chor. Poett. Amstr. Arev., *De sansone qui uicit leonem* Dress., *de sanson et leone et maxilla asini* β, *De Sansone qui interfecit leonem* d, nullus titulus i, *Samsonis leo* Fabr. Gis. Weitz., *Samson leonem necat* Heins. Cell. Om. hoc tetrastichon A E P 1 α a cod. Barth.

65. *leo cum* p, *comae leo* u. 66. *Egreditur* δ. 67. *asini* Dress. Laur. Vall. η s cum relqq. nostris codd. utraque Gis. Amstr. Luneb. 1648 Arev., *asinae* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett. Heins. Cell. Teol. Obb. XVIII. *Samson* α i, *Quando sanson misit ignem in segetes phylisteorum* Dress., *Item Samson* Rat. b m Arev., *de trecentum uulpibus a sansone captis* β, *De sansone qui interfecit trecentum uulpes* d, *De Samson* Ald. Lugd. Sich. tres, *Samsonis vulpes* Fabr. Gis. Weitz., *De Samsone* Chor. Poett., *De Eodem* Gis. I Amstr., *Samson uulpes capit* Heins. Cell. 69. *Trecentum* l A E Vall. δ, *Trecentos uulpes capit sampson* ζ, *Treccentum* (sic) η. 70. *facis* l i. 71. *cremant* Dress.; *quae callida* Sich. tres Fabr. Chor. Poett.; *uulpis* l i Heins. Cham. Cell.; *Alophilum segetes sic cremat callida uulpes* η, *Allophylum, segetesque cremat nunc haeresis ignes Callida quae uulpes, uitiorum spargit in agros* Ald. Lugd. 72. *in agris* ζ. XIX. *Dauid* Rat. α b l m Sich. tres Weitz. Chor. Poett. Arev., *Quando dauid interfecit goliam* Dress., lemmata cod. β abhinc rarius transcribam, *De Dauid qui interfecit goliam* d, *Dauid pastor ouium in Regem euadit* Ald. Lugd., *Dauid pastor* Fabr. Gis., *David, Filius Iesse* Gis. I Amstr., *David Goliam sternit* Heins. Cell. 73. *iessem* a. 74. *Curam* Vall.; *ferrens citharum* p. *citharam formans* δ; *ad oliue* A E.

64. *ignibus adversis*] quibus Iericho urbs concremabatur. — *sanguinis*] cognatorum, eiusdem stirpis seu familiae, qui cum Raab in eadem domo degebant. Clem. Ep. I. Cor. 12 συνάξεις πάντας τοὺς σοὺς ὑπὸ τὸ στέγος σου, καὶ διασωθήσονται.

65. Iud. 14, 1 sqq.

69. Iud. 15, 4.

73. I. Sam. (Reg.) 16 et 17, Ps. 291.

inde ad delicias regis: mox horrida bella
conserit et funda sternit stridente Goliam.

XX. REGNUM DAVID.

Regia mitifici fulgent insignia David:
sceptrum, oleum, cornu, diadema et purpura et ara.
Omnia conveniunt Christo, chlamys atque corona,
virga potestatis, cornu crucis, altar, olivum.

XXI. AEDIFICATIO TEMPLI.

Aedificat templum sapientia per Salomonis
obsequium: regina Austri grave congerit aurum.
Tempus adest, quo templum hominis sub pectore Christus
aedificet, quod Graia colant, quod barbara ditent.

XXII. FILII PROPHETARUM.

Forte prophetarum nati dum ligna recidunt
fluminis in ripa, cecidit discussa bipennis:
gurgite submersum est ferrum, sed mox leve lignum
iniectum stagnis ferrum revocabile fecit.

75. *Hinc* δ; *uenit* p. *regis* s. 76. *Golian* α a i m Weitz., *goliam* η. XX. *Regnum Dauid* Rat. b i m Sich. tres Gis. I Weitz. Chor. Poett. Amstr. Cell. Arev., lemmata cod. α iam desiderantur usque ad tetr. XXVIII, *Commendatio regni dauid* Dress., *De dauid electo rege* d, *Dauid rex ungitur* Ald. Lugd., *Dauid Rex* Fabr. Gis, *De regno Dauid* Heins. 77. *mirifici* Dress. Prag. Rat. Vall. β b γ δ d ε ζ η ϑ i m n s u ỹ Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. (non E) Chor. Poett. Amstr. [Cfr. H. 963.]. 78. *oleum et cornu* i m; *diadema purpura* om. *et* Dress. βεϑy, *diadema purpura et aurum* η. 79. *clavis* R ζ. 80. *altare* Dress. Vall. ζϑ. XXI. *Aedificatio templi* Rat. b i m Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev., *Quando salamon haedificavit templum* Dress., *De templo salamonis* d, *Salomon templum aedificat, et Regina Austri munera adfert* Ald. Lugd. 81. *Salamonis* A Dress., *Solomonis* Gold. Sich. I II (non III) Gis. I Fabr. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Obb. 83. *sub* exc. Lugd., *sub pectore christum* A a, *sub tempore Christum* E. 84. *Aedificat* ζ; *quo...quo* n; *Graia* P α (cum gl. *graia. i. Graeca*) Ald. Lugd. Gis. Amstr. Heins. Cell. Arev. Obb., *ia* A E (ionia?), *dia* a, *gaza colat* Iso Rat. Vall. β b δ ε ζ ϑ i m n q s u y Weitz., *gazza colat* Dress., *gaza colant* Sich. tres Chor. Poett., *quod gaza colentum* (an *colent tum*?) *barbara ditet* s Fabr.; *ditet* d ε ζ ϑ n y, *ditat* δ, *quod gaza colit, quod barbara ditent* Prag., *quo barbara dicet* cum gl. *sanctificet* Vall., *quod gazza colit quod barbara ditet* η. XXII. *Filii prophetarum* Rat. b i m Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev., *Quando filii israel inciderunt ligna cum securi* Dress., *De filiis prophetarum incidentibus ligna* d, *De filiis prophetarum ligna caedentibus* Ald. Lugd., *Filii prophetarum ligna caedunt* Weitz. In u hoc tetrastichon postponitur vicesimo quarto. 85. *gnati* Gis. 86. *in ripam* δ; *pipinnis* 1 α, *pipennis* 2 α. 87. *est* om. ζ s, *est ferrum* exc. η.

81. I. (III) Reg. 6, 1 sqq., 10, 1 sqq. 85. II. (IV) Reg. 6, 1 sqq.

XXIII. CAPTIVITAS ISRAEL.

Gens Hebraeorum peccamine capta frequente
fleverat exilium dirae Babylonis ad amnes:
tum patrios cantare modos praecepta recusat
organaque in ramis salicis suspendit amarae.

XXIV. DOMUS EZECHIAE.

Hic bonus Ezechias meruit ter quinque per annos
praescriptum proferre diem legemque obeundi
tendere; quod gradibus, quos vespera texerat umbra,
lumine perfusis docuit sol versus in ortum.

TESTAMENTUM NOVUM.

XXV. MARIA ET ANGELUS GABRIEL.

Adventante Deo descendit nuncius alto

XXIII. *Captiuitas Israel* Rat. b i m Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Heins. Cell. Arev., *Quando gens hebreorum ducta fuit in captiuitatem* Dress., *De gente hebreorum* d, *De Captiuitate Hebraeorum* Ald. Lugd. Amstr., *Captiuitas Hebraeorum* Gis. l. 89. *peccamina* ζ, *precamine* Sich. tres; *frequenta* 1 m, *frequenti* η ϑ 2 m.

90. *ad amnem* β, *ad arcem* Dress. Vall. β (in hoc pro div. lect. ad oram) ε ζ η ϑ y, *ad annos* δ. 91. *Tunc* ε ζ ϑ y, *Dum* margo trium Sich.; *primos cantare melos* δ, *primos captare modus* ζ; *peccata recusat* η. 92. *Organa, quae in* Gold. alt. 1 i, *Organa et in* δ. XXIV. *Domus Ezechiae* b i m Weitz. Arev., *Quando prolongata fuit uita ezechie a domino* Dress., in Rat. des. titulus, *De rege ezechia cui deus prolongauit uitam* d, *De Ezechia rege* Ald. Lugd. Gis. l Amstr. Cell., *Domus Ezechiae Regis* Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett., *De Rege Ezechia* Heins. 93. *Vir* η, *Sic* ϑ, *Hinc* u. 94. *praeferre* m. 95. *tot gradibus quot...umbram* R Heins. Cell., *tot gradibus quot... umbra* Prag. Rat. Vall. β b d ε ζ ϑ i m a q s u y Sich. tres Weitz. Chor. Poett. Cham., *tot gradibus quo propera* (sic) *umbra* Dress., *tot gradibus quos...umbra* δ, *tot gradibus quot uespera traxerat horam* η, *unda* p. *umbra* Fabr. 96. *perfusis* exc. a, *perfuso* Dress. Vall. b ε ζ η s, *profuso* δ, *perfusus* ϑ y.

Subscriptio *Finit vetus testamentum* Rat. i, *Explicit liber testamenti veteris* ε.

*Testamentum novum* Gis. Heins. Cell. Arev. Obb., *Aur. Pr. historiarum novi test.* K (Kreusleri cod.), *Incipit nouum testamentum* Rat. i, *Nouum* α, *Incipit de novo testamento* b m, *De novo testamento. et gabriele nuntio Christi* d (in quo seqq. lemmata des.), *Incipit liber noui testamenti* ε, *Novum testamentum* Sich. tres Chor. Poett. Amstr., (*Finit uetus testamentum:*) *Incipit Novum* Weitz. Huiuscemodi inscriptio non apparet in Dress. Vall. a β γ η ϑ s u Ald. Lugd.

XXV. *Maria et angelus Gabriel* Rat. i Weitz., *Quomodo beata uirgo fuit nuntiata ab angelo* Dress., *Gabrihel* b m, *Quando gabriel annunciavit mariam* β, *Aduentus Domini* Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett., *Gabriel ad Mariam* Fabr. Gis. Amstr. Arev., *Annuntiatio Dominica* Heins. Cell.

97. *Adueniente* Dress. Vall. δ d ζ η ϑ n.

89. II. (IV) Reg. 25, 8 sqq., II. Chron 36, 1 sqq. 93. II. Reg. 20, 1 sqq. 97. Luc. 1, 26.

Gabriel Patris ex solio sedemque repente
intrat virgineam: „Sanctus te Spiritus“ inquit
„inplebit, Maria, Christum paries, sacra virgo.“

XXVI. CIVITAS BETHLEEM.

Sancta Bethlem caput est orbis, quae protulit Iesum
orbis principium, caput ipsum principiorum.
Urbs hominem Christum genuit, qui Christus agebat
ante deus, quam sol fieret, quam lucifer esset.

XXVII. MAGORUM MUNERA.

Hic pretiosa magi sub virginis ubere Christo
dona ferunt puero myrrhaeque et turis et auri:
miratur genitrix tot casti ventris honores
seque Deum genuisse, hominem regem quoque summum.

XXVIII. AB ANGELIS PASTORES ADMONITI.

Pervigiles pastorum oculos vis luminis inplet
angelici natum celebrans de virgine Christum.
Inveniunt tectum pannis: praesepe iacenti
cuna erat, exultant alacres et numen adorant.

98. *Gabriel ex solio patris* $\delta$, *ex patris solio* s. 100. *Inplebit* A K R 2 Dress. Vall. a $\beta$ b $\gamma$ $\delta$ d $\varepsilon$ $\eta$ $\vartheta$ i m n q u y z Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev. Obb. (Matth. 1, 23. Esai. 7, 14), *O Maria implebit* Rat. priorib eras., *Implebit o maria* $\zeta$, *Implevit* A E O P T 1 Dress. $\alpha$ Ald. Lugd. Heins. Cell. XXVI. *Ciuitas Bethleem* Rat. b i m Sich. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Heins. Cell. Arev., *De natiuitate christi in bethelem* Dress., *de natiuitate domini* $\beta$, *Bethlem caput orbis* Ald. Lugd., *Christus nascitur* Gis. I Amstr. 101. *protulit ipsum* emend. Ald. Lugd. 103. *hominem iesum* Rat. m, *genuit christum* inv. $\beta$ $\gamma$ y; *qua christus agebat* $\zeta$, *quam christus agebat* s. 104. *deum* Geld. alt. (ad marg. *al. deus*) Prag. 1 m; *Antequam fieret sol et quam Lucifer esset* $\delta$; *quem...quem* $\eta$. XXVII. *Magorum munera* nostri scripti potiores et edd. nisi quod *Magi dona ferunt* Ald. Lugd., *Quando magi obtulerunt munera christo* Dress., *de magis qui iuerunt dominum adoratum* $\beta$. In $\zeta$ s hoc tetrastichon postponitur subsequenti. 105. *Hec* 1 Dress., *Hinc* $\delta$. 106. *que et* exc. $\zeta$, om. *et* ante *turis* s. 107. *genitus* $\delta$. 108. *regem* exc. $\beta$, *Seque hominem genuisse deum regemque supremum* $\delta$, *regemque supremum* Ald. Lugd. Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. XXVIII. *Ab angelis pastores admoniti* nostri codd. antiquiores Weitz. Heins. Arev., *De gaudio nuntiato pastoribus per Angelum* Dress., *Nuntiatur pastoribus natum christum* Ald. Lugd., *Pastores ab angelis admoniti* Sich. tres Gis. I Chor. Poett. Amstr. Cell., *Angeli ad pastores* Fabr. Gis. 110. *de* A P R $\alpha$ a Ald. Lugd. Heins. Cham. Cell. Obb., *ex* cett. scripti et Sich. tres Weitz. Chor. Poett. Amstr. Arev., *e* Fabr. Gis.; *celebrant* Vall. s; *Angelici christum celebrant ex uirgine natum* Dress. $\eta$, *celebrant ex* $\vartheta$, *Angelici ciues celebrantes uirgine natum* $\delta$. 111. *pannis tectum* inv. $\delta$ $\zeta$. 112. *Cyna* 1 b; *exaltant* $\zeta$; *alacres iam numen* $\delta$.

101. Matth. 2, 1 sqq. 109. Luc. 2, 8 sqq.
105. Matth. 2, 1 sqq.

### XXIX. OCCIDUNTUR INFANTES IN BETHLEEM.

Inpius innumeris infantum caedibus hostis
perfurit Herodes, dum Christum quaerit in illis.
Fumant lacteolo parvorum sanguine cunae,
vulneribusque madent calidis pia pectora matrum.

### XXX. BAPTIZATUR CHRISTUS.

Perfundit fluvio pastus Baptista locustis,
silvarumque favis et amictus veste cameli
tinxerat et Christum: sed spiritus aethere missus
testatur tinctum, qui tinctis crimina donat.

### XXXI. PINNA TEMPLI.

Excidio templi veteris stat pinna superstes;
structus enim lapide ex illo manet angulus usque
in seclum secli, quem sprerunt aedificantes.
Nunc caput est templi et lapidum conpago novorum.

### XXXII. EX AQUA VINUM.

Foedera coniugii celebrabant auspice coetu

XXIX. *Occiduntur infantes in Bethleem* Rat. α Ald. Lugd. (in his duobus *Bethlem* Sich. tres Gis. I Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev., *De herode qui querebat interficiendum christum* Dress., *de innocentibus* β, *Occisio infantium in Bethleem* b m (in quo *infantum*), *occiduntur in Bethleem infantes* i, *Infantum in Bethlehem caedes* Fabr. Gis., *Occiduntur in Bethleem pueri* Weitz. 113. *caedibus noctis* T et emend. *actis*. 114. *dum hostem quaerit* δ. 116. *que* om. 1 Dress. 1 i; *calent* δ; *udis pia* Prag. XXX. *Baptizatur Christus* nostri scripti praestantiores Weitz. Heins. Cell. Arev., *De ioanne stante in deserto et baptizante* Dress., *Christus in Iordane baptizatur* Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. 117. *Perfudit* T Iso Prag. Rat. Vall. 1 α 2 β d ε ζ η i m n y z Weitz., *Effudit* ϑ; *Baptista lacerta* coni. Burm. Anth. I. p. 716. (Cfr. C. VII, 69]. 118. *amictu* Ald. Lugd.; *camilli* A, *camelli* Dress. η. 119. *Tinxerat et Christum qui tinctis crimina donat Testatur tinctum sed spiritus ethere missus* η. 120. *qui cunctus* Dress. δ ε, *qui cunctis* Vall. s y z; *donat* Dress. Vall. α a β b γ δ d ε η ϑ i n q s u y z Gis. Arev., *donet* m cum relqq. edd., *purgat* ζ. XXXI. *Pinna templi* nostri scripti et edd., solus Dress. *De destructione templi salamonis*. 121. *superstis* E. 124. 123 inv. Dress. 123. *spreuere* b, *spernunt* R 2 R Dress. Vall. β δ ε ζ η ϑ n s y z Chor. Poett. Amstr. Cham. 124. *et* om. u; *laterum* Gis.; *conpago duorum* Dress. Vall. β δ d ε ζ η ϑ n s y z Gis. Amstr. Heins. Cham. (non Cell.), *comp. priorum* 1 Prag. XXXII. *Ex aqua vinum* α Ald. Lugd. Weitz. Heins. Cell. Arev., *De aqua facta uinum a domino in nuptiis galilee* Dress., *Aqua uinum* Rat. i, *Aqua in uinum conversa* b m, *Vinum ex aqua factum* Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr.

113. Matth. 2, 16 sqq.
117. Matth. 3, 13 sqq.
121. Matth. 21, 12. 42, Psalm. 118, 22.
125. Io. 2, 1 sqq.

forte Galilaei, iam deerant vina ministris.
Christus vasa iubet properanter aquaria lymphis
inpleri, inde meri veteris defunditur unda.

XXXIII. PISCINA SILOA.

Morborum medicina latex, quem spiritus horis
eructat variis fusum ratione latente:
Siloam vocitant, sputis ubi conlita caeci
lumina Salvator iussit de fonte lavari.

XXXIV. PASSIO IOANNIS.

Praemia saltatrix poscit funebria virgo
Ioannis caput, abscissum quod lance reportet
incestae ad gremium matris: fert regia donum
psaltria respersis manibus de sanguine iusto.

XXXV. PER MARE AMBULAT CHRISTUS.

It mare per medium Dominus fluctusque liquentes
calce terens iubet instabili descendere cumba
discipulum; sed mortalis trepidatio plantas
mergit, at ille manum regit et vestigia firmat.

126. *Galilaeis* Rat. b ϑ i m Weitz. (non P), *deerant iam* inv. Dress. Prag. Fabr. Gis., *Gallilei deerant dum vina ministris* s. 128. *unde meri* Gis. Gif. p. 438; *difunditur* K R W Gold. Weitz., *diffunditur* Dress. Vall. δ η ϑ u, *perfunditur* Fabr.; *ordo* p. *unda* a. XXXIII. *Piscina Siloa* nostri scripti et edd., sed *De domino qui illuminavit cecum* Dress.

129. *latet* E P R scripti ap. Heins. α a q u Ald. Lugd.; *quam* E R 2 α u Ald. Lugd.; *oris* Dress. Vall. s Ald. Lugd. Fabr. Gis. Amstr. [Cfr. A. 680 sqq.]; ceterum Vv. ordo in R: 131. 132. 129. 130. 130. *Eruptat* s; *fusam* R 2 α u Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Chor. Poett., *fusa* δ. 131. *ubi sputis* s. 132. *iussis* A E, *iussi* 1 α. XXXIV. *Passio Ioannis* nostri optimi Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev., *De saltatrice quae petiit caput Iohanis baptiste* Dress., *Caedes Ioannis* Fabr. Gis., *Passio Iohannis Baptistae* Weitz., nulla inscriptio i; postponitur hoc tetrastichon sequenti in Dress. 133. *saluatrix* η Gis. mendose; *posuit* Prag. 134. *reportat* Dress. Vall. Prag. Rat. b δ ζ η ϑ i m q s u Sich. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett. 135. *in* ζ Fabr. Gis.; *regia dona* Dress. δ ζ η s. 136. *Psaltria* Prag. Vall. 2 α Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev. Obb., *Saltatrix* Dress. δ d ζ η ϑ n y, *Psalteria* 1 α a, *Saltria* Rat. b γ i m q u Weitz., *Salta* supra *Saltria* Vall., *Psaltrix* Ald Lugd., *Saltatris* ε; *sparsis* δ d ζ ϑ n y, *manibus aspersis* ε; *ex* y. XXXV. *Per mare ambulat Christus* nostri antiquiores et edd., *Quando dominus iuit super mare* Dress., *Per mare ambulasse Christum* Ald. Lugd., *Christus per mare ambulat* Fabr. Gis. 138. *roimba* Dress., *cymba* Vall. 2 i, *cimba* η ϑ q. 139. *mortales* u; *plantis* O 2 α.

140. *Mergitur* A E O P W q, *Mergitat* R Gif. p. 374 et in unis Gold. ap. Weitz., *Mergit ad* K, *Mersitat* Gis.; *manu* R Dress. Vall. β d ε ζ η ϑ n a [Cfr. Virg. Aen. III, 659]; *tegit* Ald. Lugd.

129. Io. 9, 7, A. 680. 137. Matth. 14, 25.
133. Matth. 14, 6 sqq.

### XXXVI. DAEMON MISSUS IN PORCOS.

Vincla sepulcrali sub carcere ferrea daemon
fregerat, erumpit pedibusque advolvitur Iesu.
Ast hominem Dominus sibi vindicat et iubet hostem
porcorum raptare greges ac per freta mergi.

### XXXVII. QUINQUE PANES ET DUO PISCES.

Quinque Deus panes fregit piscesque gemellos,
his hominum large saturavit milia quinque.
Inplentur nimio micarum fragmine corbes
bis seni, aeternae tanta est opulentia mensae.

### XXXVIII LAZARUS SUSCITATUS A MORTUIS.

Conscius insignis facti locus in Bethania
vidit ab inferna te Lazare sede reversum:
adparet scissum fractis foribus monumentum,
unde putrescentis redierunt membra sepulti.

### XXXIX. AGER SANGUINIS.

Campus Acheldemach sceleris mercede nefandi
venditus exequias recipit tumulosus humandas.
Sanguinis hoc pretium est Christi. Iuda eminus artat
infelix collum laqueo pro crimine tanto.

XXXVI. *Daemon missus in porcos* nostri scripti optimae notae et edd., *Quando dominus liberauit demoniacos* Dress., *Daemonium missum in porcos* Ald. Lugd. 142. *et rumpit* Dress ζ, *erupit* η ϑ s; *auoluitur* Dress. β; *pedibus revolutus Iesu* Rat. priorib. eras. 143. *vendicat* Vall. s Ald. Lugd., *venditat* η. 144. *reputare* a, *captare* η n, *reptare* l y. *furiare t raptare* Rat., *furiare* b γ δ ζ i m margo trium Sich. Fabr. Gis. Weitz. (non P); *gregem* y. XXXVII. *Quinque panes et duo pisces* nostri potiores et edd., *Qumque pannes et duo pannes* (sic) m, *De quinque panibus et duobus piscibus* Dress. 147. *modo* δ, *minimo* Fabr. Gis. 148. *opitulentia* E, *epulentia* η, *opulatio* q; *est* om. A. Hic versus ultimus est cod. a.

XXXVIII. *Lazarus suscitatus a mortuis* nostri scripti meliores et edd., *De resurrectione lazari* Dress., *Lazarus suscitatur a mortuis* m, *Lazarus suscitatus* Fabr. Gis. 149. *locus est bethania facti* Dress. s, sed retineo *in Bethania*. 151. *Appareat* ζ; *fractis scissum* Fabr. Gis.

XXXIX. *Ager sanguinis* nostri codd. praestantiores et edd., *De iuda qui suspendit se laqueo* Dress., *Ager acheldemah* Ald., *Ager acheldemach* Lugd. 153. *Acheldemach* A Prag. b δ ζ i q u y z Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Weitz. Chor. Poett. Obb., *achaeldemach* m, *acheldemac* Dress. Rat. α β ε, *alchedemach* Vall., *alchademach* η, *acheldemath* ϑ, *achaldemach* s, *Acheldemah* Gis. I Amstr. Heins. Cell., *Haceldema* Gis., *Hacheldemach* Arev. 154. *recepit* 2 α. 155. 156 *est* om. Dress. η; *Iudę minus* A, *Iudae nimis* N, *Iudas nimis* B Gif. p. 374 Amstr., *Iudę eminus* R, *Iudas*

141. Matth. 8, 30 sqq.
145. Matth. 14, 15 sqq.
149. Io. 11, 1 sqq.
152. Matth. 27, 7.

### XL. DOMUS CAIPHAE.

Inpia blasphemi cecidit domus ecce Caiphae,
in qua pulsata est alapis facies sacra Christi:
hic peccatores manet exitus, obruta quorum
vita ruinosis tumulis sine fine iacebit.

### XLI. COLUMPNA, AD QUAM FLAGELLATUS EST CHRISTUS.

Vinctus in his Dominus stetit aedibus atque columpnae
adnexus tergum dedit, ut servile, flagellis.
Perstat adhuc templumque gerit veneranda columpna,
nosque docet cunctis inmunes vivere flagris.

### XLII. PASSIO SALVATORIS.

Traiectus per utrumque latus laticem atque cruorem
Christus agit: sanguis victoria, lympha lavacrum est.
Tunc duo discordant crucibus hinc inde latrones
contiguis: negat ille Deum, fert iste coronam.

*eminus* Dress. $\beta\,\gamma$ d $\varepsilon\,\zeta\,\eta\,\vartheta$ n s y, *Iudas emulus* $\delta$, *Iude nimis* q, *Iudae munus ... laqueus* Ald. Lugd., *Iudae manus* coni. Heins.; *laqueos* 2 $\alpha$, *laqueus* 3 $\alpha$ n, *Iudae eminus ... laqueus* Chor. Poett., vulgatam lect. confirmat Laur. XL. *Domus Caiphae* ex nostris scriptis praestantissimi et edd., *De ruina domus caiphe* Dress., *Domus Caipha* Amstr. 157. *ecce* Laur. $\alpha$ u Ald. Lugd. Sich. tres Gis. I Chor. Poett. Amstr. Heins. Cham. Cell. Teol. Obb., *domus alta* K Dress. Prag. Rat. Vall. $\eta\,\vartheta$ s cum relqq. nostris scriptis et edd. 159. *peccatoris* q Ald. Lugd., *peccatorum* Dress. $\varepsilon\,\eta\,\vartheta$ y z, *Hoc peccatorum mouet* $\delta$. XLI. *Columna, ad quam flagellatus est Christus* nostri scripti praestantiores et edd., *De flagellatione christi* Dress., *columpna ad quam christus fuit ligatus* $\beta$, *Columna ad quam Christus est flagellatus* Fabr. Gis. 161. *Victus* Dress. $\zeta\,\eta\,\vartheta$ n; *columpnis* Dress. Prag. Rat. Vall. b d $\zeta\,\eta\,\vartheta$ i m n s Sich. tres Fabr. Chor. Poett. 162. *Adnexum* I Rat. i m Weitz. (non B); *in serv.* q, *ut* om. $\zeta$, *servire* cum gl. *scilicet potuisset* m. 163. *Prestat* Dress. Vall., *Restat* $\delta\,\eta\,\vartheta$; *templum hoc gerit* Dress., *templum quod gerit* $\eta$, *geritque templum* $\zeta$ 2 $\vartheta$, *templum gerit* 1 $\vartheta$. 164. *immuneres* E. XLII. *Passio Saluatoris* nostri scripti et edd., sed *De sanguine et aqua quae exierunt de latere domini* Dress. 165. *Transiectus* A K P Dress. Vall. $\alpha\,\beta$ 1 $\varepsilon\,\zeta\,\eta\,\vartheta$ Ald. Lugd., *Trasiectus* y, *Traiectusque latus dextrum* coniectura quorundam ap. Arev.; *laticemque* Vall. $\delta\,\zeta\,\vartheta$ 1 m margo ed. Colon. ex vet. lib. ap. Arev., *lacticemque* (sic) $\eta$; *est* om. Dress. $\delta$ Ald. Lugd. Sich. tres Gis. I Fabr. Chor. Poett. 168. *Continuo* $\eta$.

157. Matth. 26, 57 sqq.

161. Marc. 15, 15. — *columpnae*] illam columpnam sive potius fragmentum eius Romae in ecclesia S. Praxedis etiamnunc adservari opinantur. Cfr. E. Platner, C. Bunsen etc. Beschreibung der Stadt Rom Bd. III, Abthl. 2, p. 250.

165. Io. 19, 34. 18, Luc. 23, 39. 42.

XLIII. SEPULCRUM CHRISTI.

Christum non tenuit saxum, non claustra sepulcri:
mors illi devicta iacet, calcavit abyssum.
Sanctorum populus superas simul ivit ad oras,
seque dedit multis tactuque oculisque probandum.

XLIV. MONS OLIVETI.

Montis oliviferi Christus de vertice sursum
ad Patrem rediit signans vestigia pacis:
frondibus aeternis praepinguis liquitur humor,
qui probat infusum terris de chrismate donum.

XLV. PASSIO STEPHANI.

Primus init Stephanus mercedem sanguinis imbri
adflictus lapidum: Christum tamen ille cruentus
inter saxa rogat, ne sit lapidatio fraudi
hostibus: o primae pietas miranda coronae!

XLVI. PORTA SPECIOSA.

Porta manet templi, Speciosam quam vocitarunt,
egregium Salomonis opus: sed maius in illa

Versum 168 sequitur in nonnullis edd. (Fabr. Gis. (non Gis. I) Weitz. Heins. Cell. Arev.) tetrastichon hoc: XLIII. *Sepulcrum Christi. Christum non tenuit saxum, non claustra sepulcri: Mors illi devicta iacet, calcavit abyssum. Sanctorum populus superas simul ivit ad oras, Seque dedit multis tactuque oculisque probandum.* In nostris quidem codd. hi versus non extant. Sed non ideo Prudentio eos abiudicarim. Haud pauca profecto perstant veterum Christianorum monumenta cum picta in catacumbis tum lapidibus incisa, ut nummos praeteream, quibus resurrectio domini expressa est. Egomet ipse gemmam mecum servo, rarae pulchritudinis cum ipsa symbolice effigiata. XLIV. *Mons Oliueti* nostri codd. et edd. praeter *De ascensione domini* Dress., *Mons oliuetum* Ald. Lugd. 173. *oliueti* E K Dress. δ. 174. *signans vestigia pacis Frondibus aeternis: praepinguis liquitur humor* disting. Gif. ex vet. lib. et Heins.; *Ad patrem redit.* (sic) *signans uestigia pacis Frondibus eternis praepinguis loquitur humor* Dress. 175. *linquitur* 1 Rat. Vall. β γ, *sequitur* ε. XLV. *Passio Stephani* α Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev., *Passio sancti Stephani* Rat. b i m Weitz., *De lapidatione beati stephani* Dress. 177. *imbre* Dress. Prag. Rat. Vall. b ε ζ η ϑ i m y 2z Weitz. Amstr. 178. *cruenta* 1 m. 180. *Hostibus opime* δ, *Postibus opprime* q, *...ôprime* Dress. Vall.; *miseranda* Dress. Gold. (supra *miranda*) Vall. β b ε ζ ϑ i (supra *l miranda*) m q s Weitz., *veneranda* η. XLVI. *Porta speciosa* nostri codd. et edd., solus Dress. *Quando petrus sanuavit claudum.* 181. *Porro* A; *speciosa* Dress. Vall. Prag. ϑ, *spatiosa* η.

169. Matth. 28, 1 sqq. coll. 27, 52. 53.
173. Act. 1, 9.
177. Act. 7, 56.
181. Act. 3, 2.

Christi opus emicuit; nam claudus surgere iussus
ore Petri stupuit laxatos currere gressus.

XLVII. VISIO PETRI.

Sompniat inlapsum Petrus alto ex aethere discum
confertum omnigenis animalibus: ille recusat
mandere, sed Dominus iubet omnia munda putare.
Surgit et inmundas vocat ad mysteria gentes.

XLVIII. VAS ELECTIONIS.

Hic lupus ante rapax vestitur vellere molli:
Saulus qui fuerat, fit adempto lumine Paulus.
Mox recipit visum, fit apostolus ac populorum
doctor et ore potens corvos mutare columbis.

XLIX. APOCALYPSIS IOANNIS.

Bis duodena senum sedes pateris citharisque
totque coronarum fulgens insignibus agnum
caede cruentatum laudat, qui evolvere librum
et septem potuit signacula pandere solus.

183. *clodus* Rat. b i m q, *clausus* ζ. 184. *laxatos* R glossa in Prag. in Rat. supra pro div. lect. α β γ Ald. Lugd. Sich. tres Fabr. Gis. Chor. Poett. Amstr. Arev. Obb., *laxatus* A E (ap. Heins.), *luxatos* Cell. et Teol. ex coniectura Heinsii, *dampnatos* K T Dress. Vall. Prag. Rat. b d ε η ϑ m n q s u Weitz. Heins., *dampnatus* cum gl. *debiles* i, *dampnatus* δ ζ. [Cfr. H. 650.] XLVII. *Visio Petri* nostri scripti praestantiores et edd., *De sompno Petri* Dress., *Somnio petri* Rat. m, *de sancto petro* β.
185. *elapsum* δ. 186. *Confestā* A. XLVIII. *Vas electionis* nostri scripti et edd., si excipias *De conuersione beati pauli* Dress., *Paulus vas electionis* Fabr. Gis. 189. *Sic* u; *uestitus* Dress. Vall. Prag. Rat. β δ ε ζ ϑ y z. 190. *Qui fuerat saulus* Vall.; *dempto* 1 Dress. Prag., *adepto* δ ζ ϑ y. 191. *fit apostolus apostolorum* Dress. β δ ε ζ 2 ϑ (in hoc primae manus priora evanuerunt), sed reclamat metrum, *fit apostolus hic aliorum* η. 192. *et praepotens* A. XLIX. *Apocalypsis Ioannis* nostri codd. et edd., sed *De reuelatione apocalipsis* Dress.
193. *citharis paterisque* Sich. tres Fabr. Chor. Poett. 195. *laudant* δ ε ζ y; *evolvere* A K b i m Ald. Lugd. Sieb. tres Fabr. Gis. Weitz. Chor. Poett. Amstr. Heins. Cell. Arev. Obb., *volvere* E R T α q u, *quia volvere* margo Gis., *solvere* Dress. Vall. β γ δ ε ζ η n s y z probante Arev., *quia soluere* ϑ, *pandere* d. 196. *solvere solus* R.

185. Act. 10, 9 sqq.
189. Act. 9, 3 sqq.
193. Apoc. 4, 4 et 5, 1 sqq

# EPILOGUS.

Inmolat Deo patri
pius, fidelis, innocens, pudicus
dona conscientiae,
quibus beata mens abundat intus:
alter et pecuniam
recidit, unde victitent egeni.
Nos citos iambicos
sacramus et rotatiles trochaeos,
sanctitatis indigi
nec ad levamen pauperum potentes;
adprobat tamen Deus
pedestre carmen et benignus audit.
Multa divitis domo
sita est per omnes angulos supellex.

*Epilogus id est clausula vel finis libri* α (post ea man. rec. *Ode in qua poeta de se loquitur*, qui titulus est Ald. Lugd.), *De opusculis suis Prudentius* 2 A (ap. Obb.) T, *Incipit de opusculis suis Prudentius* A notante Ieepio, *Immolat opuscula sua deo: Prudentius* Laur. u, *Incipit de opusculis patri deo immolat per trocheum et trimetrum endecasyllabum* b, *Incipit de opusculis suis immolat Patri Dō.* i, *Incipit de opusculis suis* R m, *Prudentii Oda operum reliquorum conclusio* q man. rec., nil notat Marlettus de Prag., Rat. Locum hoc carmen occupat varium in variis codicibus. In fine poetae operum id ponunt A O α, Dittochaeum inter et libros contra Symmachum R, inter lib. Peristephanon et Dittochaeum Laur. b i m q u (in b l m q librum Perist. claudunt Cathemerinon Hymni XI, XII. Cod. N hos versus praefationem facit libri Dittochaei et ita Sich. tres Chor. Poett. Amstr., in qua ed. uti in Sichardianis Dittochaeum agmen operum poetae claudit. Ioan. Trithemius (de script. eccl. I, p. 211) et Giselinus vetusti codicis et Daventriensis editionis, ut ait, fidem secutus praefationem libri Perist. eos esse censent, quos praeter Arev. et Obb. recentiores secuti sunt. Ast ipsius carminis indoles illis non favet, utpote quae omnium operum epilogum vel terminum huic suffixum haud obscure demonstret. 1. om. A B W α m q u Ald. Lugd. Sich. tres Chor. Poett., titulo innexus extat in b i; *patri Deo* Gold. 7. *Citatos* R, *Noscit os* A; *iambos* Ald. Lugd. 11. *Adprobet* b. 14. *supplex* A.

12. *pedestre carmen*] Quod est spiritus submissi sine stili et conceptus sublimitate Cfr. Hor. A. P. 95 *Et tragicus plerumque dolet sermone pedestri*, II. Sat. 6, 17: *Quid prius illustrem satiris, Musaque pedestri*, Auson. Ep. 16, 78 *Aesopiam trimetriam*, *Quam vertit exili stilo*, *Pedestre concinnans opus.*

14. *supellex*] Cfr. II. Tim. 2, 20.

Fulget aureus scyphus,
    nec aere defit expolita pelvis:
est et olla fictilis
    gravisque et ampla argentea est parabsis.
Sunt eburna quaepiam,
    nonnulla quercu sunt cavata et ulmo:
omne vas fit utile,
    quod est ad usum congruens herilem.
Instruunt enim domum
    ut empta magno, sic parata ligno.
Me paterno in atrio
    ut obsoletum vasculum caducis
Christus aptat usibus,
    sinitque parte in anguli manere.
Munus ecce fictile
    inimus intra regiam salutis;
attamen vel infimam
    Deo obsequellam praestitisse prodest.
Quidquid illud accidit,
    iuvabit ore personasse Christum,
[quo regente vivimus.]

16. *Nec edere fit expedita peluis* supra *expolita* Gold., *et pol.* A, *Nec non aere fit expedita pelvis* l m. 17. *olla* ad oram *t alua unde alueus* i, *aula* A l m Weitz., cfr. Plaut. Aul. IV, 2, 10 *si quis illam invenerit aulam onustam auri*, Rud. I, 2, 47, Quinct. VII, 9, 4, Suet. Vesp. 22, Fest. p. 20 ed. Lind. 18. *est* om. u; *parabsis* A B R Gold. alt. Rat. m Obb., *paripsis* b, *parapsis* O T Prag. α i q u Weitz. Heins. Cell. Arev., *paropsis* Ald. Lugd. Sich. tres Gis. Chor. Poett. Amstr. Cham. [Cfr. Ps. 532. Gramm. Haupt. p. 91, 15]. 19. *Olla eburna quaepiam* u. 21. *vas fictile* R. 23. *Inferunt* l b. 24. *partita* A q, *parato* b. Hunc et seq. versum om. u. 25. *Me materno = in Christi matris templi angulo* coni. Bivarius ad Dexter. Chron. a. 424, vid. Arev. I, p. 39. 26. *vasculis* Gis. Chor. Poett. 27. *abdat* Rat.; *asibus* l α. 28. *Sinatque* Rat.; *maneret* A. 29...32 bis extant in A. 33. *accidet* T Heins. Cham. Cell., *ut accidat* coni. Barth. l. l. 34. *personas* A, *personare* supra *personasse* Rat. 35. Extat versiculus in B W utroque Gold. α b i m q (in quo *regnante*) u Sich. tribus Weitz. Chor. Poett. Arev. Sed praeterquam quod glossam sapit, metri Horationi normae (Od. II, 18) a Prudentio inductae non congruit. Unde uncis eum inclusi. Heinsio quidem hocce carmen non integrum esse iudicanti non assentior.

# INDEX

## EORUM, QUAE IN PRUDENTII CARMINIBUS OCCURRUNT NOTATU DIGNA.

### I. NOMINUM PROPR. ET RERUM.

A. signat *Apotheosin*, C. *Cathemerinon*, D. *Dittochaeon*, epil. *Epilogum*, H. *Hamartigeniam*, P. *Peristephanon*, praef. *Praefationem omnium opp.*, Ps. *Psychomachiam*, S. *contra Symmachum libros.*


#### A.

Aaron (*paenult. prod.*) summus Ps. 548, eius virga ib. 884.
Abel beatus P. V, 372, inmolans H. praef. 5. 23, eius ferculum P, X, 829, Abel et Cain *anima et corpus* D. 7.
Abessalon H. 564. 577. 580.
aborigines S. II, 289.
Abrae prima fides A. 373.
Abrahae patri rex promissus C. XII, 43, eius posteritas carnaliter cernens A. 368.
Abraham cum stirpe et gente fideli liberatus A. 363.
Abraham et Abram Ps. praef. 4.
Abram generosi seminis princeps A. 28 coll. Ps. praef. 2. 19. 34.
Accentus vis S. I, 630 ridendaque *paenult. prod.*
*Accusativus pro adverb.* C. II, 33.
Acerra olida A. 198.
Achar Ps. 537.
Acheldemach campus D. 153.
Acherontica stagna C. V, 128.
Acisclus martyr P. IV, 19.
Actiaci fluctus S. II, 528.
Ada H. 697, eius peccamen A. 911, novus ib. 691.
Adam H. 846, pellitos habitus sumit Ps. 226, terreni corporis apex A. 1007, vetus ib. 926.
Adonis P. X, 228.
Adrianus deus S. I, 274.
aedes Fidei et Concordiae Ps. 825.
aeger lectulum suum per urbem gestat C. IX, 69.
Aegypti numina hortensia P. X, 259, S. II, 865.
Aegyptiorum dii P. X, 254, S. II, 354.
Aegyptus Christi C. XII, 203.
Aelim lucus D. 55.
Aemilianus praeses P. VI, 34.
Aeneadae *Romani* S. I, 286.
Aeneades rector *Imperator Romanus* A. 447.
Aeolia S. I, 308.
Aesculapius clinicus deus A. 205, gallina aut gallus ei sacrificabatur ib., sacratus eius aspis P. X, 257.
aetates quattuor hominis S. II, 326 sqq.
Aetna S. I, 308.
Agnes martyr P. XIV, 1.
Albanae portae P. XI, 203.
Alcides *Hercules* S. I, 226.
Alcmena P. X, 227.
Alemannus S. II, 809.
Algidus S. II, 534.
Almo agri Romani rivulus P. X, 160.
Alpes S. I, 467, binae P. II, 538.
alpha et Ω *Christus* C. IX, 11.
Amalech C. XII, 171.
amarus haustus abesto C. III, 176.
Ambacum propheta *Abacuc* C. IV, 59.
amethystus Ps. 860.

Ammon H. 443, S. II, 355.
Amor fugitivus Ps. 436.
Amorrhaei regis exercitus H. 413.
amphitheatralis pompa S. I, 380.
Amyclae S. II, 548.
Ana amnis P. III, 188.
Anchises S. I, 168.
angelorum lapsus H. 16, trinitas triformis Abrahamum revisens Ps. praef. 45.
angelus Christi C. IV, 68.
angelus et ipse peccat A. 890, hospes H. 730.
anguis cruce suspensus D. 48.
anguis *sidus* A. 618.
Anicius generosus S. I, 552.
anima ab ore factoris creata C. X, 129, flata et ore indita ib. III, 100, lucis et aetheris indigena III, 31, polluta puteo abyssi ferventis mersanda H. 832. 923.
animae coruptae stuprum H. 616.
animae liquor C. X, 12.
animus, ut qui vim habeat rationis liquidae, non moritur C. III, 185.
Anniadum soboles S. I, 551.
antichristus C. VI, 102.
Antinous Ganymedes S. I, 274, sidus caeleste ib. 271.
Antiochus magnus S. II, 562.
Anubis caniformis S. II, 354, latrator A. 196, S. II, 532.
Apenninicola pedes S. II, 521.
apis connubii nexilis inscia C. III, 75.
Apodemius martyr P. IV, 160.
Apollineus gypsus A. 458.
Apollinis antra S. I, 262.
Apollo bubulcus P. X, 195, nihil est P. III, 76, torquetur Christi nomine A. 402.
aquila eburni scipionis S. I, 349, P. X, 148.
aquilones saevi A. 658.
aquilonum conditor A. 660.
arbitrium hominis liberum H. 682. 702.
arbor vittata S. II, 1010.
arca foederis Ps. 813.
arctoa sidera C. XII, 13.
Arelas urbs P. IV, 35.
Argo S. I, 117.
Argos Palladi sacra S. II, 492.
Ariadne S. I, 136.
Ariadneus ignis *Ariadnes coronae astrum* S. I, 142.
Aristo medicus P. X, 896.
Aristoteles A. 202.
Arpinas consul S. I, 526.
Arrius Ps. 794.
arthrisis S. X, 495.
arx aetheris Christi Ps. 643. 817.
Asclepiades praefectus P. X, 42.
Asia S. II, 522.
Assur principis victoria H. 449.
Assyria Babylon S. II, 550.
Assyriae tiarae A. 145.
Assyrius thalamus Ps. 60.
astrorum pavor A. 618.
asylum S. I, 196.
Athenae S. II, 969.
Atlantis Mauri plaga A. 433.
atomi tenues A. 953.
Attica copia A. 379, Atticum mel C. V, 94,
Attis castratus S. II, 52.
Augurius martyr P. VI, 151.
Augusti sacra S. I, 247, 292.
Ausoniae facundia A. 380.
Ausonium regnum *Romanum imperium* S. II, 1114.
auspicia consulatus P. X, 146.
Austri regina D. 82.
Avaritiae pugna Ps. 454.
averni ignis H. 962.
avernus furvus H. 826.
avi rudes *Hebraei* C. III, 133.
axis igneus C. V, 92.

## B.

Baal C. XII, 196, coctile caput A. 325.
Babylon H. 448, Assyria S. II, 549, dira C. IV, 43, D. 40.
Babylonia fornax A. 130.
Babylonica captivitas H. 455.
Babylonicae fornacis pueri P. VI, 110.
Babylonis arx A. 129.
Bacchanaliorum furor S. I, 130.
Bacchi vita et sacra S. I, 122.
Bacchica Nysi S. I, 628.
Bacchus ephebus ebrius P. X, 279.
Bactra ultima A. 612.
Baianis resolutus aquis S. II, 741.
baptismus C. VII, 72.
baptisterium P. VIII, tit.
Barchinon P. IV, 33.
Bardus pater A. 296.
Basilica Pauli ap. P. XII, 47, Petri ap. ib. 31.
Bassorum gens S. I, 558.
Belia *Belial* Ps. 714.
Belia principe *Belial* H. 520.
Beliades coniunx H. 610.
Bellona Ps. 236. 557, furens S. II. 600.
Belzebul P. V, 267.

Berecynthiacus sacerdos S. II, 51.
beryllus Ps. 855.
Bethlemi laus C. XII, 77, lux *Christus* C. VII, 1.
bivium virtutis et vitiorum H. 791.
Booz *Boas* H. 786.
boreas ninguidus A. 661.
borras *boreas* Ps. 847.
bosphoreum iugum *sidus* C. V, 147.
Brennus S. II, 562.
Bromius *Bacchus* S. I, 131, S. II, 496.
Bruti fasces S. I, 556.

## C.

Caecilianus martyr P. IV, 156.
caelum septemplex C. VII, 36.
Caesaraugusta P. IV, 3, studiosa Christi ib. 54.
caespes fumat *ara* P. X, 187.
caespite et ture precari P. V, 50.
caesurae vis in producenda vocali brevi S. I, 92 resignassē, ib. 395 arguerē, ib. 345 capitis etc.
Cain H. praef. 5. coll. 1. 11. 48. 63, H. praef. 11, D. 8.
Caiphae domus D. 157.
Caius confessor P. IV, 181.
Calagurris P. IV, 31, P. VIII, tit.
Calendarum festa S. I, 240.
camena C. III, 26, C. IX, 3, *plur.* S. II, 47, P. VI, 153.
Camillus P. II, 14, S. II, 558, rediens S. II, 722.
Campania deliciis vicit hostem S. II, 746.
Campanus Capuae P. XI, 208.
campus Romuleus *Martius* S. I, 181.
cancer *sidus* A. 619.
canis miles A. 216.
Cannae infaustae S. II, 569.
Canopica regna P. III, 59.
Canopus P. X, 255, S. II, 922.
Capitolia S. I, 182, celsa ib. 216, Romula A. 444.
carcer *caduca* C. X, 22, quid Christicolis P. VI, 25.
Carrae tristificae S. II, 574.
Carthago Afra P. IV, 17.
Cassianus *Forocorneliensis* P. IX, 6.
Cassianus *Tingitan.* P. IV, 45.
castrensis porta Ps. 665.
catamitus S. I, 70.
catasta P. I, 56, ib. II, 399, VI, 33.
Catilinae multi pulsi S. I, 530.
Catonum curia P. II, 446, concilium S. I, 545.
Caucasea cos A. 429.
Cecropia mella C. III, 71.
Ceres S. II, 563. 918, praelendit facem P. X, 236.
Cethegus S. I, 527.
chalcedon hebes Ps. 857.
Chaldaeus vertex *caelum* A. 617.
Chananeus *trisyll. Christus* H. 409.
chaos C. XII, 40, S. I, 94, aeternae noctis C. IX, 81, horridum ib. V, 3.
charisma *prima brev.* A. lemm. 11. cfr. P. XII, 61, *plur.* S. II, 1046.
Charon S. I, 386, mundi H. 502.
charybdis A. 747, sanguinis C. VI, 107.
Cherubin sedile C. IV, 4.
Chettaeus *pop.* H. 420.
chrisma C. VI, 128, pacificum ib. V, 156, perenne Ps. 361.
Christicolarum praesentia turbavit sacrificia A. 485.
Christus ad vitam vocator C. I, 1, columba potens ib. III, 166, eius figura praelata XII, 143, cfr. Ps. praef. 58, filius hominis H. 970, filius Patris non adoptivus H. 48, hominem gestat A. lemm. 8, lapis angularis Ps. 837, D. 122, per mare ambulans C. IX, 49, A. 653, petra stabilis C. V, 11, quo tempore ex inferis redierit C. I, 68, secundus et novus homo C. III, 137, splendor patris P. II, 414, tartarum intrat salutem inferis laturus C. IX, 71, verbigena C. III, 2.
chrysolithus Ps. 854.
cibus angelicus Ps. 374.
cingulum militiae Christi P. I, 32.
circi vesania H. 361.
Claudia Vestalis P. II, 528, cfr. S. II, 1064.
Cloacina A. 197.
Cocytia leti iura S. I, 91.
Coi murices C. VII, 156.
Collina porta S. II, 686.
colubri colla trilinguia femina calce terit C. III, 128.
columba animae symbolum P. III, 161, cfr. C. III, 165.
columpna, ad quam Christus flagellatus est. D. 161.
Complutum P. IV, 43.
Concordiae pugna Ps. 670.
Constantinus Maxentii victor S. I, 464, idololatriam sustulit P. II, 473.
Corduba P. IV, 19.
Corinthus bimaris S. II, 352.
cornicis sagus clangor A. 298.

corona civica P. II, 556.
corpora more animae vivunt C. III. 197.
Corybantes Dictaei S. II, 515.
Cossus *Aulus Cornelius* P. II, 14.
Cottianorum iuga P. II, 539.
Crassi clades S. II, 575.
Crementius confessor P. IV, 182.
Cremera S. II, 571.
Creta S. II, 492.
Crocodilus numen Aegypt. P. X, 258, S. II, 870.
crucis figura frons et cor signandum C. VI, 132, titulus triplex A. 383, vexillum A. 448, Ps. 347, virtus C. VI, 133.
crux triumphalis C. IX, 83.
Cucufates martyr P. IV, 33.
Cultura deorum veterum Ps. 29.
Cumae oracula mortua A. 442.
Curii S. II, 558.
cyanea stagna Ps. 858. Cyaneae Nymphae S. I, 302.
Cybebe *Cybele* P. X, 196, deum mater S. I, 187.
Cybeleius hostis S. II, 521.
cygnus stuprator P. X, 221.
Cyllenius ardens A. 412.
Cynicus hircosus A. 201.
Cynthius *Apollo* S. II, 493.
Cyprianus P. IV, 18, Thascius P. XIII, 88.
Cypridis lupanar P. X, 230.
Cytherea *Venus* A. 189, S. I, 166.

## D.

daemones gallo canente exterriti C. I, 40, nocte laeti ib. I, 38.
Daha *populi nom.* S. II, 808.
Danaes fabula S. I, 66.
Danielus C. IV, 70.
Datianus praefectus P. V, 40.
David D. 73, H. 365, Ps. 386.
Davidica regna H. 787, cfr. D. 77.
Davidicus flos C. XII, 49.
Decius S. II, 672.
Delphi P. X, 188, S. II, 493.
Delphica antra A. 438.
deorum in Capitolio templa ac tituli S. I, 183.
Deucaliones A. 292.
Deus corporeus de Phlegethonte ad supremos remeat C. III, 198, cur non mali conditor H. 662, verus quis S. I, 325.
Dianae cultus multiformis S. I, 361, genua incerare A. 457.
Diomedis tentoria S. II, 544.
Dionysia Bacchi S. II, 858.
Discordiae pugna Ps. 683.
doctores a Christo in orbem missi A. 1004.
Dodona mendax A. 441.
dracones *vexilla* C. V, 56.
Drusi S. II, 558.
Dryades S. I, 303.
Duitae *qui duos deos fingunt* H. praef. 37.

## E.

ebenum nigrum C. II, 71.
eculeus P. X, 109, eius descriptio P. V, 110, P. X, 110.
Efrem *Ephraim* C. XII, 189.
Eleazar in Abrahami gremio recubans C. X, 154.
elementorum cultus S. I, 297.
Elias vetus sacerdos C. VII, 26, eius corvus P. V, 405.
Elim vid. Aelim.
Emanuel C. VII, 180, Emmanuel A. 604.
Emerita P. III, 3. 186 *intellig.* P. IV, 37.
Encratis martyr P. IV, 109, cfr. 115.
eoa plaga P. III, 63, munera C. XII, 62.
Eoum sidus C. II, 67.
Eous orbis H. 287, veneratus cunas A. 608.
Ephesus S. II, 495.
Epona A. 197.
Erebus S. I, 360.
Erinnys Ps. 566.
Erycina Venus S. I, 186.
Erycinus vertex ib.
Eryx S. I, 186.
Esaias Christum praedicans A. 595, sectus P. V, 524.
Etrusca plebs P. XI, 206.
Eulalia virgo martyr P. III.
Eulogius martyr P. VI, 152.
Eumenides Ps. 466.
Eumorphio miles P. V, 466.
Euphrates magnus H. 797.
Europa Libyaque S. II, 491.
eurus imbrifer A. 661.
Eva D. 1.
Evaeorum rex H. 442.
Evandria curia S. II, 302.
Evangelista P. X, 16, fidissimus summi magistri C. VI, 77.

Evotius martyr P. IV, 157.
Ezechias D. 93.

F.

Fabii tercenti S. II, 572.
Fabius cunctator S. II, 748.
Fabricius triumphalis S. II, 558.
Falernum vinum C. IX, 28.
Fauni P. X, 242.
Febris dea H. 158.
Felix martyr P. IV, 29.
feriae inferorum C. V, 125.
Fidei adlocutio Ps. 799, pugna ib. 21.
fides iuncta suppliciis C. IV, 84.
Fides regina Ps. 37.
fidicula tortoris P. X, 481. 550.
Flamines P. II, 518.
Florae S. I, 266.
flores martyrum C. XII, 125.
Fortunae cornu S. I, 205.
Forum Cornelii P. IX, 1.
frons oleo signata Ps. 360.
Fronto martyr P. IV, 154.
Fructuosus martyr P. IV, 23, ib. VI, 1.
funambuli H. 367.
furca rogo ingeri P. X, 851.
Furia Ps. 46, *plur.* S. I, 368.
Furiarum maxima Ps. 96.

G.

Gabinus cinctus P, X, 1015.
Gabriel angelus P. II, 454, *sec. prod.* D. 98.
Gadibus spoliatis S. I, 226.
Gaetulus S. II, 809.
Galaula S. II, 809.
Galerius Augustus P. VII, 6, ib. X, 31.
Gallienus P. VI, 41.
Gallus Cybeles P. X, 197.
Ganges S. II, 607.
Ganymedes S. I, 274, cfr. ib. 77.
Garamans S. II, 809.
gehenna C. VI, 111, ib. XI, 112, Ps. 496.
gehennae flamma H. 959, incola P. I, 111, mancipium H. 127.
Geloni A. 430.
gemini *sidus* A. 623.
gemmarum nomina Ps. 854.
Genesius martyr P. IV, 36.
genius quis? S. II, 371. 375, membrorum ib. 386.
genitus deus A. 895.
Gerasseni A. 414.
Gergesei *sec. et tert. br.* H. 413.
Gerunda P. IV, 30.
Getae A. 430.
Geticus tumultus S. II, 730, tyrannus ib. 696.
Gnosia capella P. X, 618.
Gnosii calami C. V, 52.
Golia D. 76, Ps. 291, eius stirps. H. 784.
Gomorrha Ps. praef. 17.
Gomorrhaeae ruinae H. 842.
Gomorrhea crimina *e brevi* P. V, 194.
Gorgonae caput P. X, 278.
grabatus in tormentis P. V, 207.
Gracchi plebicolae S. I, 561.
gradilis panis P. I, 582.
Gradivus *Mars* S. I, 166.
gradus in Urbe, unde panis distribuebatur S. II, 948.
Graecia C. XII, 202, eius officinis dii orti P. X, 267.
gymnosophistae H. 403.

H.

Hadriani pons P. XII, 61.
Hannibal S. II, 687.
Hebraei tori H. 781.
Hebraeus sanguis C. V, 71, stilus A. 379.
Hebrus S. II, 495, Rhodopeius H. 424.
Hecaten placare A. 460.
hecatombe P. X, 1051.
Hectorei sanguinis populus S. II, 344.
hederae Baccho sacrae C. III, 26.
Hellespontus S. I, 111.
hendecasillabi P. VI, 162.
Herculea clava H. 402.
Hercules P. X, 884, eius scelera S. I, 116.
Herodis crimen C. XII, 134, D. 114.
hesperi purpurei *pl.* C. V, 148.
Hesperia P. XIII, 104.
Hesperidum corniger *fl.* S. II, 606.
Hibera arx P. VI, 5, terra P. I, 4.
Hiberi ultimi *Hisp.* P. XIII, 104.
Hiberus *fl.* P. I, 117, Vasco P. II, 537.
Hiberus sol *occiduus* A. 424.
Hierusalem templo inlustris Ps. 811.
Hippocratica laniena P. X, 498.
Hippolytus martyr P. XI, 19. 86.
hircinum sidus *aries* A. 621.
Holofernes Ps. 60.
homo ex tonantis spiritu C. XII, 83.
Homuncionitae A. 552.
horae lactantes A. 613.
Humilitatis pugna Ps. 199.
Hunnus S. II, 808.

hydrina *Lernae* vulnera P. X, 885.
hydrius puer *aquarii sidus* A. 622.
Hylas puer S. I, 119.
Hyrcanae brumae A. 427.

## I.

Iacob A. 31, eius genus C. XII, 186, luctator angeli C. II, 73.
iambici citi epilog. 7.
Ianiculum P. XI, 45, eius molae S. II, 950.
Ianus bifrons S. I, 233, P. II, 449.
iaspis Ps. 860.
Ibis P. X, 258.
Ida Phrygia S. I, 187.
Idaliae rosae S. II, 524.
Idea mater P. X, 155. 1062.
Iebusiaca turma H. 416.
ieiuniorum victima C. VII, 5.
ieiunium nona hora solvendum C. VIII, 11. 14, P. VI, 55, publicum C. VII, 146.
Ieremias H. 450.
Iericho Iericon D. 61, Ps. 536, H. 480.
Iessaea radix C. XII, 50.
Iesus ieiunans C. VII, 178, vocibus ciendus ib. I, 81.
Iesus *Iosua* C. XII, 173.
Iliaca mater S. I, 628.
Indi nocticolae inmundi complexus H. 634.
Indus decolor II. 497.
inferorum feriae C. V, 126.
intactae anus P. II, 302.
Ioannes baptista P. V, 376, D. 134.
Ioannis (*recto casu*) *praecursor* C. VII, 46.
Ioannis evangelistae sententia A. 9, (*recto casu*) Ioannis C. VI, 108, H. 911.
Iobi pugnae Ps. 163.
Iocus Ps. 433.
Ionae fuga C. VII, 105, exceptus ib. 114.
Ionathan poenituit Ps. 397.
Iordane tincti flumine *baptizati* C. II, 64.
Iordanes refluus P. VII, 66, H. 482.
Iordanis undae Ps. 99.
Iosephus a fratribus agnitus D. 28, captivus C. VII, 58, somnii interpres D. 24.
Iovis stupra P. X, 220, S. I, 60.
Irae pugna Ps. 113.
Isac immolandus P. X, 748.
Isis dea P. III, 76. eius sacra S. I, 629.
Israel captivitas D. 89 sqq., nomen C. XII, 95, victor Ps. 651.
Ister S. II, 697.
Italus S. I, 233.
Iuda parens A. 1011, Ps. 543.
Iudae germen nobile Ps. 383, dux *Christus* C. XII, 181.
Iudaea *Iudaei* C. XII, 202, eius mens lucis egena A. 421, gens ingratissima A. 347, infelix ib. 504, plebs P II, 305.
Iudaeus vagus errat A. 542.
Iudas proditor Ps. 530, suspensus ib. 533, D. 155.
Iudith Ps. 62.
Iugurtha S. I, 525.
Iulene stirpis ductor S. II, 533.
Iuli caecitas P. II, 456.
Iulianus Deo perfidus A. 454.
Iulius martyr P. IV, 151.
Iunones duae, Saturnia et Livia S. I, 293.
Iunonis ira P. X, 214. 287, soleas lambere A. 456.
Iuppiter adulter P. II, 465, infernalis S. I, 355, Stator P. X, 415.
iustitium C. V, 80.
Iustus martyr P. IV, 41.
iuvencus *tauri sidus* A. 620.

## L.

Labarum S. I, 487.
laberinthus et error A. 203.
Lacaenae S. I, 60.
Lacedaemon viridis S. II, 247.
Lacedaemoniae palaestrae H. 365.
Lachesis S. II, 454.
lacunae vulnerum P. V, 115.
Lacus Myrrhae D. 49 sqq.
lammina P. V, 62.
lana in stipite sacro P. X, 302.
lapis natat, non mergitur P. V, 490, P. VII, 28.
Larentina *Acca* S. II, 563.
lares fuliginosi P. X, 261, nigri S. I, 204, Palladii Vestae P. II, 511.
Largitatis pugna Ps. 454.
lascivus adspectus punitur P. XIV, 46.
Lateranae aedes S. I, 585.
Latiari Iovi effunditur humanus sanguis S. I, 396.
Latii *Latini* P. XI, 191.
Latini dii P. X, 254.
Latium a latendo S. I, 48.
Latonia virgo *Diana* S. I, 366.
Laurentii martyrium P. II.

Laverna dea S. II, 870.
Lazarus Bethan. C. IX, 47. Cfr. C. X, 154, A. 743.
Ledeia proles *Castor, Pollux* S. I, 228.
Lemnius *Vulcanus* P. X, 213.
leo *sidus* A. 618.
Leontini campi S. II, 939.
Lerna P. X, 881.
Lethaea vis *somnus* C. VI, 18.
Levita P. II, 39, P. V, 30.
Levites P. V, 145, *plur.* P. VI, 3. 15.
Levitis gens Ps. 502.
lex Iulia P. X, 203, Scantinia ib. 204.
liber caeli P. IV, 171.
Libidinis pugna Ps. 42.
libri Christianorum combusti P. V, 181.
Liburnae turritae S. II, 531.
Libya P. XIII, 4. 102, S. II, 491.
Libyca arx *Carthago* S. I, 184.
Libys Hannibal S. II, 686.
Libystis ursa S. II, 300.
Ligurum opes S. II, 701.
Lilybaeum littus S. II, 941.
Liviae Augustae mores S. I, 251, consecratio ib. 265.
Loth Ps. praef. 16. 32, H. 725. 758, eius uxor H. 738.
lotus et unctus procul absit A. 487.
Lucas sanctiloquus A. 1001.
Lucinae horae S. II, 222.
Ludius saltat P. X, 222.
lumen oblatum C. V, 155.
lupa Romuli P. X, 612.
Lupercales ferulae S. II, 862.
Luperci P. II, 518, currunt P. X, 162.
Lupercus martyr P. IV, 146.
Luxuriae pugna Ps. 310.

## M.

Maccabaei martyres fratres P. V, 523, P. X, 751. 759.
Macetae *Macedones* S. II, 547.
Magi C. XII, 28. 61. 182, A. 646, D. 105.
Maia genitus S. I, 87.
Mambre D. 13.
Manasse C. XII, 190.
Manichaei mendax phantasma A. 952 sqq.
manna D. 43. Cfr. Ps. 374.
Marcion H. praef. 36, H. 56. 124. 502.
Marcionita Deus H. 129.
Marcionitae H. initium.
mare magnum D. 33.
Mariae ante pedes colla submittere A. 643. Cfr. Ps. 88, Prudentius ei tribuit Christo debita C. III, 127. 152.
Marii laurea S. I, 524.
marmoris lapicidinae S. II, 246.
Mars S. II, 495, eius adulterium P. X, 212, lascivus S. I, 174.
Martia sacra S. I, 181.
Martialis martyr P. IV, 149.
Martyrum sepulcris arae, templa imposita Ps. II, 527, P. III, 212, P. IV, 189, P. V, 515.
Massa candida P. XIII, 87.
Massylum regum monumenta P. IV, 46.
Mattheus *dissyl.* A. 981.
Matuta dea S. II, 563.
Maurus Atlas A. 433.
Mavors Ps. 240.
Mavortia lupa P. X, 611.
Mavortius puer *Romulus* P. X, 412.
Maxentii tyrannis S. I, 469.
Maximianus P. III, 77.
Meandros per mille C. VI, 142.
Megaera S. I, 368.
Megalesia festa S. I, 628.
Megalesius spado S. II, 863.
Melchisedech Ps. praef. 43.
Memphis S. II, 924.
Memphitica rostra S. II, 531.
Memphitis aula H. 462.
mens humilis Ps. 199.
Mentor artifex P. X, 291.
Mercurius furum et magorum magister S. I, 87.
Messias P. X, 17.
Minerva P. XIV. 27, A. 455, eius pectus P. X, 275, fictilis A. 455.
miracula Christi P. X, 946, A. 650.
mirmillo *gladiator* S. II, 786.
Mithridates S. II, 562.
Moabitis gens H. 778.
mola in sacrificiis P. III, 129.
Moyses comparatur Christo C. XII, 157, historicus H. 339. add. C. V, 31, D. 36. 38, receptor civium C. XII, 144, *trisyll.* P. VI, 86, A. 51.
Mulvius pons S. I, 482.
mundus muliebris Ps. 448.
Myronis forceps P. X, 269.

## N.

Napaeae S. I, 303.
Narbo P. IV, 34.
natura animae A. 909.
*naufragii supplicium* P. VII, 74.
Nazarei S. I, 549.
Nazarena disciplina P. X, 45.

Nazareni P. V, 25.
Nazarenus C. VII, 1.
neaera *amasia* P. X, 240, S. I, 139.
Nebroth H. 143.
nectar P. II, 388, P. V, 280.
Nemea pellis *Herculi* S. I, 118.
Neptunus S. I, 301.
Nero P. II, 472, P. XII, 23, S. II, 669.
Nerones *fortes Drusi* S. I, 279.
Nerva S. I, 278.
Nestores retexere P. X, 408.
Nili septem ostia S. II, 607.
Niliaci horti S. II, 866.
Niliacum littus C. V, 45.
Nilicolae Ps. 655, S. II, 494.
Ninivitae C. VII, 131.
nocturna Christianorum veterum sacra C. V, 138.
Noe arca D. III.
Noëmis H. 779.
Nolanus P. XI, 208.
nomen super omne nomen C. VI, 100.
noti Ps. 122.
Novati schisma P. XI, 19.
Numa A. 215, P. II, 444, S. I, 193, eius simpuvium P. II, 514.
numen triplex C. V, 163, cfr. A. 30.
Numida Iugurtha S. I, 525.
Numitor S. I, 193.
nymphae natantes P. X, 243, sunt flumina S. I, 302.
Nysi Bacchica S. I, 628.

## O.

obsitus pannis P. II, 282.
obsonia deorum P. X, 297.
Oceanus continet orbem S. II, 811. occidualis S. II, 598, reboans H. 103, vocatur Neptunus S. I, 302.
oleum palaestrarum H. 365.
Oliveti mons D. XLIV.
ollae inter numina P. X, 265.
Olybriacum genus S. I, 554.
Olympus Arcadiae mons S. I, 59.
Operatio *virtus* Ps. 573.
Optatus martyr P. IV, 146.
Orgia Bacchi S. I, 188, Christianis imputata P. II, 65.
Orpha Moabitis H. 778. 782.
Osiris S. I, 629.
ostia Tiberina P. XI, 40. 151.

## P.

pacis pretium Ps. 769.
Palatina saxa Capitolii S. I, 182.
Palatinus minister A. 481.
Palatium Latium S. II, 1103.
Palladium S. I, 195, eius lares P. II, 511.
Pallas inventrix olei S. II, 221.
papa *episcopus* P. XI, 127.
Paphia *Venus* S. I, 285, S. II, 576.
paradisus descriptus C. III, 105, Ps. 224, H. 839.
Parcae S. II, 454.
Paria saxa P. XI, 187, cfr. S. II, 246.
Paros S. II, 246.
Parthica arundo H. 533.
Parthus A. 225, H. 497.
Pascha Iudaicum A. 348, nostrum ib. 355.
Passio Salvatoris D. XLII.
Pastor martyr P. IV, 41.
Pater an passus A. 104, Pater et filius soli labe carentes A. 894, Pater superus C. III, 95, eius sermo ib. 141.
Patientiae pugna Ps. 109.
patroni martyres P. I, 12, ib. II, 579, ib. V, 548.
Paulinorum genus S. I, 558.
Paulus anno post Petrum passus P. XII, 21, eius titulus ib. XII, 45.
Paulus martyr P. IV, 34.
peccatum originis per traducem A. 911.
Pelusiacus C. V, 58.
pensiles ungulis laniabantur P. X, 452.
Pergameo sub lare S. II, 967.
Persa C. XII, 203.
Perses *rex Macedoniae* S. II, 562.
Persephone A. 475.
Persicus orbis C. XII, 25.
Petrus calcat mare P. VII, 61, eius visio D. 185, inverso corpore cruci adfixus P. XII, 15, eius lapsus excusatur C. I, 59, sepulcrum S. I, 583.
Pharao C. XII, 141, D. 21. 32. 36.
Pharii campi S. II, 921.
Pharii regnum ferale A. 361.
Pharos domita *Aegyptus* C. V, 82.
Pherezea gens H. 420.
Phidias P. X, 292.
philippi *nummi* P. II, 102.
Philippus A. 120.
Phlegethon C. III, 199.
Phlegethonteus gurges H. 827.
Phoebi furores S. I, 627.
Photinus Ps. 794.
Phrygii *Romani* S. II, 497.
Phrygius maritus S. I, 168.
Phrygum penates P. II, 448.

Phryx aut Graius S. II, 972.
Physicorum dogmata S. II, 203.
Picens P. XI, 206.
Picus rex veneno coniugis peremtus S. I, 234.
Pilatus ignorans A. 381.
Pinaria domus S. I, 120.
pinna templi D. 121.
Plato de fortunata republica S. I, 30, eius deliramenta A. 200.
plumbei ictus P. X, 122.
Plutonia coniux S. I, 367.
Poenus arator S. II, 954, orbis *Africa* P. IV, 61.
Pollentini agri S. II, 720.
Pollucis equum suffire A. 459.
Polycliti malleus P. X, 269.
Pompeiana acies A. 539.
Pompilii reges *Numa* P. X, 403.
poli medius orbis animas iustas dampnatasque dividit H. 866. 926.
pontes navis C. VII, 106.
pontifex P. II, 525.
Porta Speciosa D. XLVI.
potum pereuntibus dandi mos P. VI, 53.
Praefectus P. II, 134, ib. X, 41, urbi P. II, 46.
praetorium ius P. V, 101.
prandia fera de nece quadrupedum C. III, 62.
Priapus P. X, 242, S. I, 103 sqq.
Primitivus martyr P. IV, 158.
prisca effigies de tumulis renascens C. III, 194.
Proborum familia S. I, 551.
prophetae testes et signatores C. XII. 85, eorum filii D. 85.
Proserpina S. I, 357, A. 488.
Prudentii animi candor atque humilitas H. 937. 953, P. X, 1136, epil. 25, licentia in graecis praef. 39. 41, A. 400, munia praef. 14 sqq., natalis annus ib. 24.
Publius martyr P. IV, 153.
Pudicitiae pugna Ps. 41.
pullos farre pascere P. X, 147.
pulvinar in suppliciis P. V, 179.
Punica rupes S. II, 246.
Pyrenae ninguidi P. II, 540.
Pyreneae terrae P. VI, 147.
Pyrrham consulere P. X, 410.
Pyrrhus *Epirota* S. II, 562.

## Q.

Quintilianus martyr P. IV, 152.
Quirinalis toga P. II, 419.
Quirinus martyr P. VII, 2,
Quirinus *Romulus* S. I, 539, S. II, 305.
Quirites P. IX, 199, S. I, 358.
Quiritium salus P. XIV, 4.
Quiritum gaudia P. II, 563.

## R.

Raab Domus D. XVI.
Rationis pugna Ps. 502.
refluum salum *sinus Arab.* C. V, 86.
regeneratio A. 924.
reliquiae sanctorum P. V, 341.
Remi populus *Rom.* S. II, 946, regnum P. II, 425.
resurrectio carnis singulatim redintegratae A. 1036 sqq.
rex sacerdos C. IX, 4, viventium *Christus* ib. IX, 106.
Rhea S. I, 174.
Rhenus S. II, 604.
Rhodus Veneri dilecta S. II, 494.
Roma caput seculi P. X, 167, Christo dedita P. II, 2, in solio P. IV, 62, regia urbs P. II, 46, Troia P. XI, 6.
Romani imperii amplitudo inserviit condendae ecclesiae P. II, 419, S. II, 583.
Romanus elinguis loquitur P. X, 928.
Romula sceptra P. V, 22, urbs P. II, 412.
Romulea domus *Roma* P. XIV, 1.
Romuleae arces S. II, 767.
Romuleum genus S. I, praef. 80.
Romulidae A. 225.
Romulus fit fidelis i. e. *Romani* P. II, 443.
Rostra *Romana* P. XI, 45.
rubra littora *maris rubri* C. V, 60.
Ruth Moabitis H. 778.

## S.

Sabaeum medicamen C. X, 51, tus ib. XII, 71.
Sabaoth A. 833.
Sabellius A. 178.
Sabinus *deus* S. I, 233.
sagitta *sidus* A. 622.
Saguntus alta P. IV, 100.
sal in sacrificiis A. 187.
Salias consul praef. 24.
Salii sacerdotes S. I, 120.
Salomo, Salomon H. 576. 579. Ps. 807, aedificat templum D. 81, eius templum destructum A. 512.

Salomonia saxa A. 512.
Samnitis P. XI, 207, S. II, 516.
Samson D. XVII. XVIII.
Samuel Ps. 388.
sapphirus Ps. 855.
Sara Ps. praef. 47, D. 15, eius monumentum D. V.
Sardinia frugifera S. II, 946.
Sardorum granaria S. II, 943.
sardous Ps. 861.
Saturnalia S. II, 859.
Saturni advenae oratio S. I, 45, equina libido S. I, 56, festa P. II, 452.
Saturnia sacra S. II, 296.
Saturnini martyres P. IV, 163.
Satyri S. I, 132.
Saulus D. 190.
Scabies dea H. 158.
Scarioth Ps. 530.
Scotus semifer A. 216.
Scythica pietas S. II, 294.
Scythicae pruinae A. 426.
secutor *gladiator* S. II, 1101.
Seraphin C. IV, 5.
Serapis S. II, 532.
serpens protoplasti seductor C. IX, 91.
Severus *Augustus* S. I, 278.
Sibylla bacchans anus S. II, 893.
Sibyllini libri A. 440.
Siculus arator S. II, 945.
Siloa A. 680, D. 131.
Sion nutrix H. 459.
Sirius vapor C. XII, 22.
Siscia P. VII, 3.
Sobrietatis pugna Ps. 403.
Sodoma Ps. praef. 17.
Sodomis ardentibus H. 725.
Sodomita cinis P. V, 195, libido Ps. 42.
Sodomorum excidium H. 759.
Sol non deus sed Dei famulus S. I, 310.
somnus forma mortis C. I, 26.
sophia filius Dei C. XI, 20.
sophistae P. X, 404, barbati S. II, 890.
Sterculus *numen* P. II, 449.
stili duae partes P. IX, 53.
Stilico S. II, 743.
*sub* Styge C. V, 126.
Stygium antrum S. I, 356.
Styx Ps. 520
Suburra P. XI, 45.
Successus martyr P. IV, 149.
Sulla P. IX, 1.
Superbiae pugna Ps. 178.
supercilium saxi P. XII, 33.
sycophantarum strophae A. praef. 25.
Symmachus Romani decus eloquii S. I, 633.
Synna maculosa S. II, 247.
Syrtes Libycae A. 443.
Syrtica tropaea S. II, 356.
syrtium arenae C. XI, 67, silentium ib. VII, 30.

## T.

taenara tristia *Orcus* A. 749.
Tagus aurifluus S. II, 605.
Tarentus S. II, 748.
Tarpeia in rupe S. I, 548.
Tarpeia sacra P. V, 106, simulacra a Christo subacta A. 508.
Tarraco P. IV, 23, ib. VI, 1.
tartara C. V, 133, ib. XII, 92, ditissima Ps. 121, liventia H. 824.
tartareus rex S. I, 357.
tartarus C. IX, 71, ib. XI, 112.
Taurica sacra S. I, 395.
tauricornis Tonans P. X, 222.
templum Christi C. IV, 26.
Terminus *deus* quomodo cultus S. II, 1006.
testes lapides in formam discipulorum *Christi* D. 59.
Tharsus C. VII, 105.
Thebae S. II, 496.
Thessala carmina A. 477.
Thessalica magia S. I, 89.
Thessalorum carmina *magorum* P. X, 869.
Thulae ultima littora H. 881.
Tiberina palus P. XII, 7.
Tibricolae P. XI, 174.
Tingis *oppid.* P. IV, 45.
Titus Caesar S. I, 279, victor Iudaeorum A. 538.
Tobias C. X, 69.
tonantis agnus C. VI, 81, celsa P. VI, 98, filius A. 171, tonantis ex spiritu homo-Deus C. XII, 83.
Traianus S. I, 278.
Transalpina vincula S. II, 695.
Transtiberina sacra P. XII, 63.
Trinacrius ductor *Acestes* S. II, 302.
trinitas triformis Ps. praef. 45, eius una vis C. VI, 5.
triones gemini C. V, 146.
Trionum signa S. I, 331.
tripodis cortina A. 439.
Triptolemus S. II, 918.
Tritonia noctua S. II, 574.
triumvir sanguineus *Antonius* S. II, 428.
Trivia Diana S. I, 369, ib. 53.
Troicus error P. II, 445.

tropaea Christi *vulnera martyrum* P. III, 138.
tropaeum passionis Christi C. IX, 83.
Tullius Cicero S. I, 634.
Tullus S. I, 193.
Tyri regina H. 496.
Tyrrheni littoris ora P. XI, 47.

U.

uncus tortoris P. XI, 63.
ungulae tortoris P. I, 44, ib. X, 73.
Unionitae A. 178.
Urbanus martyr P. IV, 150

V.

Valerianus episcopus P. XI, 2. 233.
Vascones P. I, 94.
Vaticanus mons S. I, 583.
Veneres *plur.* S. I, 266.
Veneti S. II, 700.
Venus a columbis vecta S. II, 576.
verbum caro factum A. 525.
veritas *Filius Dei* C. VII, 55.
Vestalis P. II, 528, capitur S. II, 1066.
Vestalium castitas invita S. II, 1066.
Vettonia P. III, 187.
via sacra S. I, 218, Latina S. I, 404, Ostiensis P. XII, 45, Salaria S. I, 405.
Vincentius martyr P. IV, 77, ib. V, 4.
vinum ex aqua C. IX, 28, D. XXXII.
viperarum coitus et partus H. 582.
virga mystica Ps. 371.
virgo inproba *sidus* A. 623.
Vulcanus P. II, 356, summus faber Aeoliae vel Aetnae S. I, 305 sqq.
vulturum omen P. X, 612.

X.

Xystus papa martyr P. II, 22.

Z.

Zephyrus inpellens S. II, 788.
Zoellus martyr P. IV, 19.
Zoroastraei susurri A. 494.

## II. VERBORUM ET PHRASIUM.

A.

abdidit se maerens C. IX, 80.
abditi anguli P. II, 81.
abdomina suilla P. X, 918.
abiunctae plagae P. II, 441, cfr. S. II, 816.
abiurare nomen A. 223.
abolere mortem C. X, 18.
abolla palmata S. I, 555.
abomineris tangere P. V, 180.
abscidere A. 949.
absistere P. I, 64.
abysso abde caput Ps. 91.
abyssus fervens H. 833.
acroma festivum P. II, 324.
acta littoris secreti S. I, 136.
actus mundi *motus* C. IV, 77, *actio* C. II, 107.
acuminatus P. V, 259.
ad procinctus nata gens S. II, 512.
adactus gladius Ps. 49.
addere studiis partem noctis C. I, 11.
addi [abdi] gremio C. X, 153.
addicere *vendere* Ps. 874. P. II, 77.
adesus sucus C. X, 104.
adfatim plenus C. VIII, 15, refectus C. IX, 59.
adfatu brevi P. II, 400.
adhinnit moechus S. I, 58.
adiicere labori tempus C. I, 12.
adlambere H. 135.
adolescere in annos calidos S. II, 330.
adoperta tenebris P. III, 58.
adorata puella *Eulalia* P. IV, 38.
adpellare ad Christum P. X, 818.
adscitur in P. II, 526.
adsertor Dei P. X, 1, divum *Symmachus* S. I, 625.
adsies P. II, 569.
adsimilata monstra S. II, 39.
adsimilatus nomine et ore S. I, 307.
adspergo culparum A. 937, salis P. V, 225.
adsuescere pollere regno S. I, 540.
adsuetus bello Ps. 356.
adsultus cassi Ps. 144.
adulta messis S. II, 960.
adultera culta *ager vitiosus* H. 216.
advolat nuntius C. IV, 55.
aedicula P. XI, 184.
aedituus P. IX, 17.

aeger corruptelis animi corporisque P. XI, 177, viribus S. II, 322.
aegis *clypeus caelest.* 8. II, 652.
aemula lux diei *lychnus* C. V, 27.
aemulae avenae A. praef. 46.
aemulator hostiae H. praef. 31.
aenigmata *nummi* P. II, 118, vultus C. X, 136.
aenipedes S. I, 351.
aequiparabile H. 79.
aequiperare laudibus C. III, 85.
aequor *chartae*, *cerae* P. IX, 53, plenum P. XI, 185.
aequoreae procellae H. 109.
aequoreus portus P. XI, 48.
aeriae aurae S. I, 448.
aerius ros C. III, 73.
aerugo scabra S. I, 440.
aestibus rapidis pontus invius C. V, 85.
aestu vitiorum mens fluctuat H. 278.
aestuans culpa C. IV, 23.
aetatula P. X, 614. 677.
aether *neutr. gen.* C. VI, 35, ib. XII, 36.
aethra siderea H. 816.
agere animalis vitam A. 159, triumphum ex aliquo Ps. 529 sq.
agon P. V, 135, laudis P. IV, 184.
albescit polus *lucescit* C. II, 3.
albidus color C. X, 98.
ales arundo *sagitta* Ps. 323, diei nuntius *gallus* C. I, 1.
alimonia picea C. V, 19, simplex Ps. 610.
allophylus *penult. corr.* H. 500, D. 71.
altar D. 80, sempiternum P. IV, 189.
altaris ara C. VII, 203 coll. P. V, 515. 518.
alternans se motibus suis H. 722.
altrix C. XII, 81.
alumni carceris P. V, 137.
alumnus grex *schola* P. IX, 31.
amasionum fraudes P. X, 182.
amat fraus obtegi C. II, 22, sexus gignere sobolem S. II, 224.
ambage fallere C. VI, 48.
ambrosius liquor P. XIII, 12.
amictus pellibus C. VII, 62.
amoenus vapor P. X, 361.
amor habendi Ps. 478.
amphitheatralis pompa S. I, 385.
anathema Ps. 540.
anathemata regni externi H. 461.
ancipites recessus P. XI, 163.
ancipiti exitu P. X, 754.
anfractus spreti P. XI, 37.
angelicae species A. 47.
angelici coetus A. 532.
angoribus excruciari A. 86.
anguiferum caput H. 131.
anguina verba P. V, 176.
anguini crines Ps. 560.
anguinus sucus H. 114.
anhela Deo rude pectus *Eulalia* P. III, 34.
anhelae fornaces A. 132.
anhelitus venti C. V, 101.
anhelus funere Ps. 165.
animalis *adiect. belluinus* A. 159.
animator et factor P. X, 788.
animosa fides Ps. 274, virgo P. III, 37.
annales chartae S. I, 596.
anterior chao S. II, 96, numero H. 39.
antiquitas refert P. X, 32.
antistes Domini intonat A. 406, praedicat Deum P. XI, 226.
antrum pectoris Ps. 6. 774.
anulla P. VI, 149.
anxietas Ps. 464.
apertius quid ? A. 43.
apertus vultus A. 335.
apex mentis S. II, 629, editior P. XI, 224.
apices *litterae* P. IX, 53, flammarum H. 862.
apostolici fontes S. I, 550.
apostolicum os H. 522.
apparatus funerum P. X, 756.
apta nox turpibus C. II, 23.
aquai archaice *aquae* A. 702.
aquilae victrices *legiones* Ps. 645.
arator C. II, 40, ruris Libyci S. II, 937.
arcus triumphalis S. II, 556.
ardenter sitire aurum P. II, 189.
area *chartae libri* P. IX, 54, stelligera C. V, 145.
arena amphitheatri S. II, 1112, infamis S. II, 1128.
arens dextera P. II, 155.
argilla H. 190.
arguit canities praef. 24 sqq.
arietare aerato rostro H. 489.
aristifera seges C. III, 52.
armamenta H. 560.
armare animos praef. 14.
armaria scriptorum A. 377.
armentalis vir *pastor* C. VII, 166.
armipotens Ratio Ps. 502.
aromate tinctus P. XIV, 72.
ars patris est *opus* S. I, 12.
artharisis P. X[illegible]
articulatim A. [illegible]

artifex crucis P. V, 254, secandi P. X, 886.
arula P. X, 259, S. I, 237.
arundo aurea *pertica* Ps. 826.
arvina C. VII, 9, P. V, 229.
arx rationis S. I, 212.
ascensus *subst.* P. VII, 54.
asperat sapor Ps. 431, pectus hydris P. X, 275.
asperi casus praef. 15.
astrologus pernox A. 618.
astus *plur.* S. I, 74.
astutia versipellis A. praef. 26.
asylum S. I, 196.
atomi A. 953.
*sub* auctionibus P. II, 78.
auferte lectulos C. I, 5.
augusta urbs *Roma* P. XI, 199.
augustior ore P. V, 283.
augustissimus dux S. II, 1115.
aula caelestis P. XIV, 62.
aulaea mollia P. V, 366.
aurae madentes aromatum P. X, 363 populares S. II, 153.
auratus amictus S. I, 623.
aure ab dextra *a dextro latere* Ps. 138.
aureola laquearia P. III, 197.
aurulenta lux P. XII, 49.
auspicato conditum P. X, 414.
auspicibus S. I, 278.
austeritas fascibus est P. II, 325.
avenae vacuae H. 218.
aversus vultum P. XIV, 41.
avia longa C. V, 40, perplexa S. II, 904.
axe sub gelido P. III, 179.
axis aetherius S. I, 144, gelidus S. II, 594, poli P. I, 88.
azymon similaginis A. 353.

## B.

baca pacis alumpna *oliva* C. III, 55.
bacae catenarum P. I, 45.
bacchantia gaudia mundi H. 375.
bacis attrita colla Ps. praef. 33.
balantis sanguine A. 352.
balatibus querulis H. 222.
balbutire P. X, 12.
balsama defundunt P. XI, 194, destillant A. 482, desudant surculo C. V, 117.
baptisma dare cui P. II, 375, iustificat A. 881.
baptismate lotus A. 697.
barathrum P. V, 249.
barbara gens linguis A. 194.
barbaricae habenae H. 436.
barbarici sinus *vestes* A. 143.
barbaries fera *barbari* H. 100.
barbis hirsuta cutis solvitur P. X, 559.
beatus terque quaterque et septies P. II, 529.
bellatrix Ps. 133, Roma S. II, 490.
belligerum regnum Ps. 806.
beluinae fauces C. VII, 114.
bestiales villi C. VII, 153.
bibulae arenae P. XI, 141.
bifestus dies P. XII, 66.
bifida lux H. 93.
bifidum aequor C. V, 68.
biforis cardo Ps. 666
biformia arcana Ps. 761.
biformis portenti errore Ps. 569.
bipennis publica P. I, 55.
bisulcae ungulae P. I, 44, P. X, 73.
bitumen P. V, 199.
biviis anceps S. II, 849.
bivium hiulcum H. 790.
blasphemare Christum A. 347.
blasphemia *plur.* Ps. 715.
blasphemus P. I, 75.
blaterare P. X, 913.
bombus tumidus A. 845.
bombyx, purpura P. X, 512.
botryonis opima vallis H. 477.
brachia arborum C. III, 54.
bractea tegit gypsum S. I, 436.
bractealis fulgor P. X, 1025.
bracteolis crepitare Ps. 335.
bravii palma P. V, 538.
brutum scitum P. V, 66.
bubulcus P. X, 195.
bucina vasta signum dabit C. XI, 105.
buculae Ps. praef. 31.
bullati [pullati] patres C. VII, 151.
bullis fulgentia cingula Ps. 475.
bustis prodire C. IX, 99.
bustuale antrum C. IX, 52.
buxa cerata P. IX, 49.

## C.

*per* cachinnos solvi P. X, 226.
caeli *plur.* P. II, 372.
caelicola S. I, 170.
caelipotens A. 660.
caelitus C. XII, 79, Ps. 65.
caenosum solum S. I, 640.
caerula nox C. V, 41.
caerulea anima S. I, 424.
caesaries C. IV, 61, defluа P. XIII, 30

caespes fumat vervece caeso P. X, 187.
caespite et ture precari vel venerari P. V, 50, A. 187.
calami sulcus *versus* A. 596.
calamosque tubasque A. 148.
calamum piscis sequitur C. III, 48.
calathus C. III, 70, florum P. III, 205.
calcare pedibus C. V, 124.
calcata mors A. 1064.
calcatrix mundi Ps. 587.
calce mera *pede nudo* P. VI, 91.
calcibus reluctari Ps. 596.
calculare P. II, 131.
calens Christo puellula P. XIV, 12, in culpam sanguis P. II, 213, sol C. VII, 207.
calentia vota P. XIV, 76.
calentis nequitiae carmen H. 317.
caligantes animae S. I, 291.
caligo scinditur C. II, 5, solis spiculo percutitur C. II, 6.
callus pectoris P. V, 177.
caltha pinguia C. V, 114.
calvus *rasus sacricola* S. I, 630.
camenas reddere hymnos P. VI, 153.
caminis coquere C. XII, 196.
camurus *curvus* P. XII, 53.
candidatae cohortes P. I, 67.
candidius nive P. XIII, 11.
candidulus grex C. III, 157.
candidus dies C. IX, 77.
canistris portare P. IV, 15.
canities inrepsit seni praef. 23.
cantamen magicum S. II, 176.
capax alvus C. VII, 115, Christi P. II, 376, virtutis S. II, 162, coll. P. X, 743.
capessere caelum P. V, 368, pugnam Ps. 574.
capit unas auras impius et pius S. II, 784.
capitalis criminis reus S. II, 805.
captator lupus P. V, 19.
caput esse Christicolis P. XI, 80, excitata P. IV, 13, seculi Roma P. X, 167.
carbasea palla Ps. 186.
carceralis caecitas P. V, 269, stipes P. V, 552.
carcereae catenae S. I, 492.
cardo mundi C. XI, 107, portae S. II, 686, rotat annum praef. 3.
carens vitiis C. III, 140.
cariosa vetustas C. X, 141.
cariosi dii S. I, 434.
carmen nequitiae H. 318.
carnalis stirpis genus A. 982.
carnea lex A. 370.
carnificina P. III, 146.
carnulenta pectora P. X, 372.
carpere escas C. VIII, 76.
carpunt semitam pecudes S. II, 874, ungulae membra P. X, 695.
casa pudici cordis Ps. praef. 62.
casas culmo texere S. II, 298.
castrata animum recisum virginitas H. 957.
castum sapere *caste* C. II, 32.
catamitus S. I, 70.
catasta P. II, 399, P. X, 467, *plur.* ib. VI, 33, catastae igneae ib. I, 56.
catenatum subtemen Ps. 674.
cathedra P. II, 462.
catholica fides praef. 39, P. XI, 24, templum Ps. 107.
caula H. 223, ovile P. XI, 243.
cauter P. V, 230.
cauteribus cremari P. X, 490.
cavernosi meatus aurium H. 319.
censura *dignitas* P. II, 326.
census patrius Ps. 581. pulvereus H. 955.
centifidum iter S. II, 890.
centuplex fructus C. VII, 220.
centuplicatos agrorum fructus redigere S. II, 1051.
cerae pugillares P. IX, 15.
cerastae virides H. 135.
cerata buxa *pugillares* P. IX, 49.
ceraunis fulvis radiare Ps. 470.
cernua vipera C. III, 149, cfr. ib. VII, 43.
cernuat ora senex S. I, 350.
certans votum H. praef. 6.
certatim C. V, 139, A. 685.
cervicula P. X, 836.
chalybem procudere S. I, 50.
chalybs colla ambit P. I, 72.
chao anterior S. II, 96, intercunte P. III, 55.
chaos C. IX, 81.
charaxare P. X, 557.
chartae annales S. I, 596.
chartula P. I, 75, cfr. P. X, 1115.
chelydri virides S. I, 130.
chelys casta *musica* A. 388.
chirographum P. I, 61.
chirurgus P. X, 501.
chlamydem gestare S. II, 301.
choreae fideles C. IX, 1.
Christicolum genus P. III, 72.
Christigena domus H. 787.
Christipotens S. II, 710.
cicatricum per vias P. X, 796.

ciere quem vocibus C. I, 81.
ciniseulus C. X, 143.
cinnama spirant C. V, 118.
cippo devotus A. 293.
circulator falsus P. X, 303.
circuli catenarum P. I, 72.
circumferrier S. I, 423.
circumfiua copia H. 333.
circumfluere auro S. I, 418.
circumfremere C. IV, 79.
circumligare alas H. 811.
circumplicare P. X, 272.
circumsaltare S. I, 135.
circumsepire Ps. 753.
circumvagus Ps. 812.
cirri exstructi Ps. 184.
citharoedus S. II, 524.
classicum clangere C. V, 48, triste C. II, 42.
claustrum P. II, 41.
clausula meriti pax Ps. 770.
clava Herculea H. 402.
clementia tempestatis S. II, 1013.
clepere Ps. 562.
clerus P. IV, 78.
cliens lapidum P. III, 82.
clipeata Minerva S. II, 535.
clivoso margine callis H. 794.
cluo, cluis Ps. 2, gloria S. II, 584 [ornamenta ib. I, 505], virtutibus C. IX, 107.
coaevus sanguis C. XII, 137.
*per* coagula coit C. III, 68.
coagula concreta H. 869.
coaptare Ps. 557.
coccum spectabile D. 63.
coercere lege C. VIII, 4.
cognatum malum S. II, 47.
cognitor *iudex* P. X, 205. 571.
cohaeres gloriae P. V, 574.
colla vinclis subdere H. 469.
colorare inepta vultu serio C. II, 36.
columnaris lux H. 476.
columnifer radius P. III, 52.
colymbus P. XII, 36.
coma herbarum C. VIII, 46, oleris ib. III, 63.
cometa tristis C. XII, 21.
commercia Ps. 14, S. II, 614.
*in* commune Ps. 727.
conatibus summis luctari S. II, 149.
conbibere crucem P. X, 630, Deum medullis C. IV, 18.
concalescunt pectora P. I, 52.
concentibus inflare tubam S. II, 68.
conceptacula alvi P. X, 781.
concilia festa C. V, 138.
conciliabula A. 710.
concinere mira laudum P. X, 4.
concipere inania somnia S. II, 46.
concolor error S. II, 872.
Concordia consors Ps. 824.
concrepitare fragor virgarum coepit P. XI, 56.
concretus aer H. 849, auditus A. 586, crinis S. I, 490.
conculcare sacra gentium praef. 40.
concussus acerbo casu Ps. 798.
condere iura C. X, 115, vaginae gladium Ps. 105.
conditor orbis C. XII, 154, rerum, C. IV, 9, temporum aureorum P. X, 206.
condomare C. VII, 98.
confectos artus tenuare C. VIII, 54.
conferre pedem *congredi* S. I, 646.
confessor Christi P. IX, 55.
confinia viscerum P. X, 887.
conflatilis Iuppiter P. X, 295.
confluus gurges C. V, 76.
confovere in gremio P. XI, 138.
confragosa C. VII, 53.
confrequentare P. I, 9.
congemiscere P. II, 411.
congenitus Ps. 221, S. II, 611.
*ad* congeriem usque C. IV, 30, cfr. S. I. praef. 21.
conglobat in cuneum P. XI, 191.
conglobatus fumus C. VII, 137.
congregatim C. VII, 143.
congrege nexu tenere quem S. II, 635.
congrua rependere C. XI, 110.
congruens ad usum epil. 22.
coniectare animo S. II, 97.
coniugalis proles Ps. praef. 11.
coniuratas insidias moliri S. I, 536.
conlaudabilis H. 692.
conlaudare C. XI, 27.
conlinere A. 359.
conlitus melle C. V, 16.
conlucis *coniug.* 3 P. V, 10.
conluctari cui H. 521.
conluviones P. XIV, 126.
conmissura Ps. 697.
conmutabile iter H. 757, tempus H. 889.
conpaginare nodis P. X, 890.
conpago ossuum P. V, 111.
conpendia brevis summae A. 175.
conpendiosus exitus P. II, 335.
conperpetuus A. 271.
conpeta perfidorum A. praef. 7.
conpetenter plecti P. X, 118.
conplexu fovere P. VII, 5.

conplices cuius sectae P. X, 822.
conplicis de semine H. 614.
conscripti patres S. I, 603.
consecrare se cui tegendum S. I, 565.
conseptus paradisi limes Ps. 224.
consors foedus Ps. 77.
consortia viarum S. II, 901.
conspicabile os P. X, 633.
constipata officia P. XI, 49.
consultor patriae A. 452.
consummabile aevum Ps. 846.
contactibus naturam induere A. 935.
contagium sordium C. VII, 33.
contaminati mores C. VII, 65.
contemptor Dei P. II, 262.
contenti vesci A. 711.
continuare dies hymnis praef. 37.
conto petere Ps. 116.
contractior orbis S. I, 322.
contrectabilis A. 958.
contristare amaro unguine A. 344.
*in* conum caesus Ps. 871.
convertibilis A. 276.
*ad* convexa H. 832.
convexi regia caeli S. II, 126.
conviciator P. V, 102.
conviolare P. VI, 56, Ps. 398.
convivale carmen H. 317.
cophinus A. 719.
cornicinum aera Ps. 636.
corniger fluvius S. II, 606.
cornix stridula A. 298.
cornuta facies S. II, 356.
corporale ergastulum P. V, 358.
corpusculum P. X, 803.
corruptela tori S. I, 161.
cortex libri *arbor* A. 341.
corticeus C. III, 43.
corusca dextra Dei P. IV, 9.
corvus Apollineus S. II, 567.
crates *corpus human.* C. VIII, 59, costae P. III, 148. cfr. ib. XI, 57.
creamen *creatura* H. 505.
creatrix procerum urbs P. IV, 191, virtus ib. V, 474.
creatura H. 506.
cremandus mundus H. 735.
crematio P. VI, 88.
crepans flamma P. III, 156.
crepidines littorum C. IX, 112.
crepundia P. III, 19, pueri A. 643.
crimen veritas putatur P. I, 48, pietatis H. 597.
criminosus P. X, 878.
crinita agmina P. XI, 53.
crispata hasta Ps. 122.
crispus liquor P. X, 284.
croceus vesper rubet S. II. praef. 4.
cruci adfixus P. II, 22, suffixus P. X, 585.
cruciabile iter Ps. 446.
cruciamina leti C. X, 90.
cruciatus densi A. 70.
crucifer *Christus* C. III, 1.
cruentatus D. 195.
crumenis infarcire Ps. 459.
cui *monosyllab. brev.* C. III, 167.
culparum seges C. VII, 208.
cumba *cymba* P. V, 450, ib. XI, 69, S. I. praef. 12.
cumulatim A. 717. 739.
cunabula deorum S. II, 1.
cunctiparens H. 931.
cunctipotens P. VII, 56.
cuneus *militaris* H. 422, adversus *hostium* Ps. 197, *plur.* ib. 670.
cunulae C. VII, 164, XI, 98.
cupidines frenare C. VII, 21.
cupidineus sanguis Ps. 61.
cupressus A. 463.
cura Dei *homo* Ps. 622.
curam impendere rei S. II, 1021.
curriculis *vitae annis* P. III, 11.
curvare caput C. IV, 41.
curvi tramites viarum C. VII, 48.
cute tenui exuitur vultus P. XIII, 29.
cymbia spumantia lacte A. 472.

## D.

dactylico pede P. III, 209, strophio C. III, 28.
daemonica sacra P. III, 73.
daemonicae arae P. VI, 36.
dampnosa vita H. 951.
dapes inemptae C. IV, 58, inmodicae ib. III, 174, mysticae ib. V, 108, sanguineae ib. III, 60.
dator luminis P. V, 276, verborum ib. X, 930.
dator vitae et dator escae est Ps. 624.
deasciatus stipes P. X, 381.
decedere solitis S. II, 312.
deciduus imber C. III, 79.
declivia vitae pondera H. 847.
decoctum robur S. II, 331.
decolor *niger* C. V, 69.
decolorus P. I, 113.
decrepitus leo H. 559.
decursis mensibus P. XI, 195.
dedecorare P. IV, 112.
dedignari censum pulvereum H. 955.
dedita Christo Roma P. II, 2.
dedita [didita] pecunia P. II, 91.

defaecare membra *abluere* C. VII, 74.
defit medela C. IV, 85, quod aevo P. IX, 66.
defluens coma *demissa* P. X, 273.
defuga Christi P. I, 42.
defundere P. XI, 194.
degenerem trepidatio prodit Ps. 248.
dehiscere P. V, 482, VII, 50.
dehonestare caput P. X, 763.
deitas A. 1008, eius fons ib. 76.
delibuta comas Ps. 312.
deliquium fluidum H. 751.
demorari vota P. XIV, 76.
demutabilis A. 276.
dens infrequens P. V, 218.
denseo ēre C. V, 53, congeriem S. I. praef. 21.
deponere supercilium Ps. 287.
depositor Patris A. 179.
deprendere veri latebras S. II, 76.
depulsus lacte puer P. X, 663.
descensos gradus A. 1006.
desistere peccare C. I, 64.
despectans fastu Ps. 182.
destructilis P. X, 348.
desudata balsama C. V, 118.
detumescere P. X, 145.
devexus axis C. VIII, 11.
devium iter A. praef. 16.
devovere carmen cui praef. 42.
diadema positum A. 491, pulchrum P. IV, 21, regium ib. X, 765, rutilum S. I, 422.
dialectica vox H. 124.
dicari mysteriis P. X, 218.
dicatae escae *sacratae* C. VIII, 75.
dictu scelus est A. 822.
diecula C. VII, 96.
difflatus pulvis H. 387.
diffluens potu et cibo C. VII, 16.
diffluere in luxum S. I, 125, sudoribus P. X, 456.
digestim P. II, 129.
digiti eminuli P. III, 122.
digladiabile discidium C. III, 148.
dilancinata P. V, 156.
dilaniata lingua Ps. 424.
diluvii sub tempore S. II, 338.
dimensio sanguinis P. X, 1126.
dinoscere P. X, 1137.
dinumerare P. XI, 234, H. 36.
dira relatu dogmata A. 1.
diriguit pernox astrologus A. 617.
discincta iuventus Ps. 822.
discludere H. 648. 903.
discolorus P. X, 302.
discordes linguis S. II, 586.
discretio carpit cumulum H. 26.
discriminati colores P. X, 350.
discruciatus H. 834.
discursibus terere silicem S. I, 581.
discursus Lupercorum S. II, 862.
discutere tenebras de pectore P. XIII, 26.
disparare vincula P. X, 888.
disparili sorte S. II, 374.
dispendia *ambages* C. XII, 174, flexuosa ib. VII, 49.
dispendium sanguinis P. I, 23.
dispensare opes P. II, 44.
dispergier A. 474.
dissecare fidem ambagibus A. praef. 21.
dissertator A. 782.
dissipare vera C. VI, 45.
dissociabile nil firmum Ps. 763.
dissociari C. X, 15.
dissona cultu regna S. II, 586.
dissonus ritus P. II, 427.
distenta uterum mater H. 585.
ditio effrenis *potestas enormis* S. I, 518.
ditione coercere S. II, 639.
ditionibus aequis *pari potestate* S. II, 420.
ditior P. II, 116. 312.
ditissima tartara Ps. 521.
diurna nox A. 629.
diutina aetas P. X, 1116.
diva caro Ps. 76, Hierosolyma ib. 511, *plur. caelestia* C. XII, 90.
divaricata crura P. V, 252.
diverticulum S. II, 850.
divi gentium P. V, 15.
dividuus Deus H. 7.
divinitas P. X, 245. 440.
divisor deitatis H. 2.
divortia duo H. 4, obliqua A. praef. 9.
divos fingere P. I, 69.
docta psallere P. X, 837.
doctus callida fingere S. II, 645, fallendi ib. 48.
dogma P. II, 93, caeleste Ps. 625, *doctrina* C. VII, 197, C. VIII, 8, novellum *Christ.* P. X, 583, sophiae S. I, 34.
dolatu forata gemma Ps. 835.
domina ecclesia C. XII, 187.
dominatibus H. 515.
dominatio H. 31. 540.
dominator A. 448.
dominatrix rerum A. 88.
donaria P. X, 343.
donatrix P. XI, 171.

dubitabile pectus A. 581.
ducere vicem sortis humanae C. VII, 214, vitam H. 933.
ducitur annus solis recursu P. X, 575.
dulcimodi psalmi Ps. 664.
duplicare vota P. XII, 64.
dux ibat illis P. VI, 10.

## E.

eblanditae virtutes Ps. 328.
ebrium linteolum *humectum* C. V, 18.
ecclesiarum anguli P. II, 82.
ecclesiastes P. X, 43.
eccum *ecce*, praesto sum P. X, 1006.
echo P. X, 980.
edax senium A. 1072.
edentulae P. X, 305.
editior P. XI, 224.
eductus sub imagine avita S. II, 8.
efferati furores C. IX, 53.
efferatus mundus P. IV, 110.
efferre se sideribus altius S. II, 480.
effetus malis P. II, 215.
efficax ars seminandis erroribus P. X, 271.
effigiare hominem C. X, 4, animam A. 807.
efflare spumeas salivas P. I, 101.
effrena mens P. X, 966.
effusa corpora *nata* C. XII, 111.
effusae turmae Ps. 178.
effusus partu C. VII, 59.
egenus lucis S. I, 377, rationis S. I, 81.
egressus tuta silentia S. II. praef. 44.
eiulantes C. VII, 145.
elaqueare S. II, 147.
elicitus sanguis P. III, 140.
elinguia numina P. V, 72.
elinguis P. X, 2.
eliquare metalla H. 460.
eloquii Romani decus S. I, 633.
elumbe virus P. II, 216.
elumbis animus Ps. 317.
elutus *med. brev.* P. V, 362.
eluvies sanguinis P. XI, 46.
emancipator C. VII, 184.
emblemata *in poculis* Ps. 527.
emicat *nascitur* subito C. IX, 27, lux ib. I, 15, sol resurgens ib. II, 56.
emotae curae Ps. 629.
enervans *pr. brev.* C. VIII, 64.
enitor *c. infin.* P. V, 165.
enuntiatrix sensuum lingua P. X, 771.
ephebus C. IX, 43, mollis P. XIV, 72.
episcopalis P. VI, 11, XIII, 33.
episcopus P. II, 29, ib. VII, 22. 51.
eque *et ex* C. III, 193, C. IX, 99.
eremus *med. brevi* C. V, 89, Ps. 371.
ergastulum P. V, 241.
erubescit error C. III, 118.
erumpit adloquio Ps. 749.
esse azymon *edere* A. 353.
*ex* ethicis praesumere H. 581.
evangelicus libellus A. 15.
evectus gradu militiae praef. 20, gladiis P. VIII, 18.
eviscerandum corpus aculeo P. X, 109.
eviscerata caro P. X, 1058.
evomere librum A. 595.
exactor auri P. II, 48.
exaggerati thesauri P. II, 87.
examina divum H. 97, pauperum P. II, 180.
exarmatus Ps. 49.
excellentiae acris heros P. X, 52.
excellentior ordo *senatorius* S. I, 570.
excessu moderaminis S. II, 991.
excidere *castrare* P. X, 1059.
excipere imperium alicuius C. III, 124.
excitare faciem in caelum C. IV, 70.
excitator mentium C. I, 3.
excitus *med. brevi* P. III, 96.
excruciabile exitium P. III, 115.
excruciare fidem P. III, 90.
excruciatibus P. XIV, 19.
excubat spiritus C. I, 80.
excussus *us subst.* P. V, 226.
executor P. XIII, 16.
exedenda morbis membra P. I, 26.
exemplum dare *puniri* P. II, 351.
exequialia verba P. XIV, 51.
exercitus labore C. I, 23.
exerere praecepta cuius *exequi* P. XIV, 65.
exfibulare Ps. 633.
exheres P. II, 79.
exhibere ad cultum C. VIII, 30.
exitialis dies S. II, 568.
exorabilis terror C. VII, 99.
exotica secta Ps. 759.
expedita corda C. IV, 31, litteris crux P. X, 623.
experimentum cape P. II, 407.
expiare C. VII, 7, C. XII, 165, P. I, 102.
expolita pelvis epil. 16.
exporrecta cubili H. 856.
expresserat crimen urna voluta C. VII, 112.
exprimere stilo P. X, 1124.
exsinuare P. XI, 222.
exsors dolorum P. V, 160.

exta litdre S. II, 730.
exterminat Paulus *Iovem* P. II, 469.
extima cutis Ps. 692.
extimum vestis C. IX, 40.
extinctor C. VI, 102.
extirpata procellis silva H. 240.
extorque *ult. brev.* P. V, 60.
extuberat cervix plumbo P. X, 117.
exuere stultitiam praef. 35.
exul aviti laris S. II, 735.
exulcerare P. X, 1093.
exultans gallus C. I, 67.
exusserant cor venena P. V, 380.
exuvias pontificales deponere S. I, 547.

F.

fabrica patris Christi *homo* C. XI, 44, corpusculi P. X, 803.
fabrilis manus Ps. 69.
fabriliter A. 519.
fabro figmine A. 1034.
fabula *narratio rei verae* H. praef. 25.
facessat *abeat* C. IV, 93, A. 659.
facessite *ite* P. VI, 77.
*in* faciem riparum C. V, 66.
factor *creator* C. X, 130, aquae A. 667, orbis P. II, 415.
factura Dei *subst.* A. 792. 856.
facundissimus S. II, 19.
facundo ore doctor P. IV, 18.
falsificata spolia H. 549.
falsiloquus A. 107.
famis blanda C. IV, 50, inpia Ps. 579.
famosum tropaeum Ps. 64.
famosus ardor *amores* S. I, 116.
famula Deo mens C. X, 166.
famulantia elementa S. II, 804.
fanaticus P. X, 1061, A. 440.
fanti *dicenti* P. VI, 43.
farra S. II, 911, spicea S. II, 217.
fasces P. III, 65.
fasciolis cingere S. II, 1007.
fastidia *praegnantis* C. XI, 54.
fastigia famae scandit H. 437.
fastorum arce potiri S. I, 595.
fastos condunt consules S. II, 427.
fatales prunae *Vestae* S. II, 1087.
fatalia nil sunt S. II, 486.
fatalis sors S. II, 460.
fataliter S. II, 370.
fatiscens corpus C. VI, 149.
fatiscere C. IX, 51, ib. X, 96.
fatum peccat S. II, 470.
fatus debilis *subst.* P. X, 988.
fatus secretos promere A. 594.
fauces portae Ps. 665.
fautrix flentium C. VII, 175.
favillae indices Gomorrhaeorum criminum P. V, 193.
*de* favillis coeunt membra C. IX, 100.
favus sudat P. X, 67.
fax et incitator P. X, 67.
faxo P. V, 101, Ps. 249.
felices animae, quibus P. VI, 97.
felle libero effundere iram P. IX, 46.
fenestrae corporales P. X, 434.
fera *Eulalia, eodem sensu, quo* ferox ingenii P. III, 39. 32.
ferale monstrum Ps. 565, regnum A. 361.
feralis bestia Ps. 719, domus *carcer* P. V, 312.
fercula regalia *magorum dona* A. 609.
feriae scholarum P. IX, 76.
feriata freta P. VI, 156.
feriatum somno pectus C. VI, 27.
ferini ritus S. I, 80.
ferino gutture C. VII, 122.
ferit aethera clamor nauticus S. II, praef. 11.
feritas gentium P. II, 11, tyranni S. I, 46.
fermentati mores crimine A. 354.
ferox ingenii *fortis* P. III, 32.
ferrata legio S. II, 33.
ferratae acies C. V, 48.
ferre finem cuius C. I, 56.
ferre gressum quo C. V, 41.
ferrea fata cogunt ad facinus S. II, 463.
ferri in vesaniam P. X, 1003.
ferrugineus Ps. 355.
ferrugo lugubris C. IX, 79.
ferulae crepantes praef. 8.
festa vox A. 149.
festum *subst.* C. VIII, 14, *plur.* P. II, 452, ib. XI, 234.
fetida libido P. II, 245.
fiam *pr. br.* P. VI, 83.
fibula C. VII, 157, Ps. 449.
fictor C. X, 135.
fidelis *Christianus* P. II, 443, turba ib. V, 334.
fidicla *fidicula* P. X, 481. 550.
fidissimi absides P. II, 458.
fidissimus C. VI, 78.
figmen A. 798.
figmentum animae S. II, 215.
figurare *typum cuius esse* Ps. 67.
fingere figuram C. XII, 184.
finis exors *mortis* i. e. ἀθάνατος H. praef. 24, fluctus *littus* C. VIII, 128, ultimus praef. 34.

fiscella P. V, 492.
fiscus principis P. II, 90.
fissa voluntas Ps. 760.
fissile lignum S. II, 285.
fixi vultus in C. XII, 54.
fixus supplicio C. VI, 64.
flabilis res A. 867.
flabrale frigus A. 841.
flagellum *surculus* C. VII, 139.
flagrantiam sedare P. X, 734.
flammeolum Ps. 449.
flammicomi ignes Ps. 775.
flare rosas P. III, 21.
flatile virus H. 531.
flatus *animae* P. III, 169.
flavescere S. II, 657.
flavicomantes A. 495.
flebile officium P. III, 183.
flebilis hora H. 943.
flebiliter P. III, 119.
flectere in diverticul. S. II, 849, sensus S. II, 482.
fletu perluere P. IV, 193.
flexa sententia S. II, 311.
flexu in plateae P. XIV, 39.
flexuosa dispendia C. VII, 49.
flexuosae fraudes C. VI, 143.
flexura *subst.* H. 652.
flocci facere P. X, 140.
florere fraude fertili H. praef. 53.
florulentus P. X, 192.
fluctivagi greges C. III, 46.
fluctuare sub pudore P. X, 676.
fluctus frangitur C. VII, 128.
fluenta pura S. II, 790.
fluentis infusis S. II, 934.
fluit orbis large ubere fecundo S. II, 952.
fluxit labor diei C. VI, 9.
follibus cavis recoqui P. V, 70.
fomes peccati A. 941.
fonticulus C. V, 116.
forare P. X, 986.
formabile os A. 1034.
*in* fornice mundi A. 624.
fortissimorum fortior P. V, 294.
fossor *agricola* H. praef. 1.
fotibus aucta gloria S. II, 584. benignis recreari P. V, 330.
fragmina generosa C. X, 128.
fragor rogantum P. II, 181.
fragosae rupes P. V, 445.
fragosi turbines C. VII, 94.
fragrans odor C. XII, 70.
fragrare nardo C. XI, 68.
frangere bella P. III, 33.
fraudare ab exequiis P. XI, 146.
fraudari solitis sumtibus S. II, 913.
frenare mundum habenis inpositis S. II, 585, rabiem S. II, 602.
frenarier ora lupatis Ps. 191.
frendit P. V, 393.
frenos urbium regere praef. 17.
freta saeculi C. V, 109.
frivola famae vacuae Ps. 231.
frixus sartagine P. X, 759.
frondicoma loca C. III, 102.
frugescunt rarius agri S. II, 914.
frugiferae cumbae S. II, 941.
frustatim Ps. 720.
frustrantia dona A. 640.
frutectum *frutetum* P. V, 409.
fucis colorum picta P. IX, 10, inlitus C. II, 59, ludere S. II, 44.
fuimus per quinquennia decem *vixi* praef. 1. 2.
fulgida moneta P. II, 55.
fulgidus sol C. I, 9.
fulgurare argento ex solido P. XI, 184.
fuliginosi lares P. X, 261.
fuligo sulphuris P. V, 198.
fulmen dicendi S. I, 649.
fultus iure potestatis S. I, 562, togam P. X, 1015.
fumat sanguis P. II, 70.
fumificae faces III, 118.
fumosa numina C. XII, 197.
fumosi lapides H. 404.
funale textum P. V, 469.
funalis stridor Ps. 293.
fundamine iacto Ps. 825.
fundator C. XI, 27.
fundit ager *copiose profert* C. III, 51.
fundus tenebrosus Ps. 93.
funera tegebant infaustas Cannas S. II, 569.
funerare natum supremis fletibus C. IX, 44.
funereus horror A. 755, sarcophagus C. III, 202.
furialia arma Ps. 551, dicta Ps. 510.
furiata lues P. III, 26.
furiis incensus S. II, 864.
furores sedare Ps. 697.
furoribus percitus C. IX, 53.
furtivo igne calere S. I, 171.
furva culpa C. I, 74.
fuscat fuligo P. X, 1117.
fuscum cogitare C. II, 14.
fusile numen C. IV, 40.
fusilis P. X, 284.
futile et ridiculum A. 249, frendens H. 560.

## G.

galeatus vertex Ps. 117.
ganeonis gula H. 322.
garrula verba P. X, 747.
*in*.gaudia solvi S. II, 1016.
gaza dives Ps. praef. 24.
gemellus numerus H. 96.
gemmans torus Ps. 62.
gemmantia germina H. 228.
genealogus A. 315.
geniale tori ius P. XIII, 24.
geniales inlecebrae C. III, 144.
genialis hiems P. III, 203, honos ib. 105.
genitalis sedes *paradisus* C. X, 167, stirps H. 573.
genitrix Dei Ps. 384, urbs piorum P. IV, 22.
gentile vulgus P. X, 464.
gentiles nugae S. I, 574.
gentilis stupor P. VII, 78.
gentilitas P. I, 94, *pagani* ib. X, 1086.
gerens hominem Deus *Θεάνθρωπος* C. III, 139.
germanitas H. praef. 41.
germine nobilis P. III, 1 *plur. filii* C. XII, 46.
gestamen tunicae Ps. 614.
gestator innocui corporis A. 933.
gigantes H. 499.
glarea tenuis S. II, 1044.
glaucomatis soles duo H. 85.
glaucum speculamen A. 20.
gliscit H. 561.
globi dierum et noctium *sol, luna* P. X, 327.
globi Romani *exerc.* S. II, 508.
globus legionum Ps. 172, oris *sanguinis* P. X, 844, solis ib. 537, solis et lunae C. IX, 15.
glomerare fas, nefas C. III, 134.
glorificare II. 966.
glutinare C. XI, 52, *de incarnatione* Ps. 79.
glutine inlitus C. III, 43.
gradus militiae praef. 19.
grandaevus S. II, 417.
grandescere A. 728.
grassantia crimina Ps. 468.
grates reddere C. IV, 75.
gratetur humus C. XI, 10.
gravis puella numine C. III, 142.
gregalis plebs P. V, 391.
gressu reflectere percito C. VII, 131.
gressum intendere Ps. 276.
gressum qua tulerant C. V, 41.
grex candidulus *de ovibus* C. III, 157, Christianus P. X, 57, immolatorum tener C. XII, 130.
grunnitum strepere P. X, 993.
gula ferina P. X, 810.
gurges avaritiae H. 255, refluus D. 57.
gurgitibus Styx abdit Ps. 520.
gustare saporem P. IV, 187.
gustatus *subst.* Ps. 430.
guttatim C. V, 22.
gymnadis licentia P. X, 190.
gypsus A. 458, S. I, 436.
gyro porrecto S. I, 321.

## H.

habitabile *Deo* corpus S. II, 258.
habitacula C. X, 40.
habitatio H. 952.
habitator Ps. 745.
hactenus exul Ps. 230.
halantis animae figmentum S. II, 215.
halitus carbonum P. V, 220.
harmonia vocis P. X, 976.
haruspex S. II, 771, A. 215.
hastae addicti census Ps. 873.
haustibus vorare C. IV, 45.
hebdomadi sextae A. 986.
hebetat lux S. I, 421.
heresis *sine diphth* praef. 39, H. 64, Ps. 710.
herilem ad usum epil. 22.
heros acris excellentiae P. X, 52.
herus *Deus* A. 40. 160.
hiantia labra P. X, 940.
hiat lupus C. III, 169.
hiatibus minutis patere P. X, 1020.
hiatu vacuo H. 518.
hiatus aerios H. 879.
hiems *tempestas* A. 663.
hirsuti humeri H. 134.
hirta fragmenta P. V, 258.
hirtis pellibus C. VII, 62.
hirtos amictus S. II, 290.
hirtum *aequor*, *tab. ser.* P. IX, 53,
hirtus ager P. XI, 120.
hispida et torva frons P. X, 1021.
hiulci ictus P. V, 113.
hiulcum bivium H. 789.
hiulcus mucro P. X, 452.
hoc habet *vincentis vox* Ps. 53.
holocaustis mactatis Ps. 784.
honor capitis pexus C. VIII, 24.
honora ars A. 1037, pax P. IV, 56.
hora quietis C. VI, 10.
horrificae nubes A. 625.
horrifici angues C. III, 181.

horrifico vultu S. I, 225.
horror subit quem P. X, 961.
hortatibus P. X, 54.
hospita gurgitis gens C. V, 59, viscera C. X, 31.
hospitalis lar P. X, 782.
hostica ergastula H. 445.
hosticum ferrum P. I, 27.
humecta terra A. 676.
humescere S. I, 204.
humilis mens Ps. 199.
hyalus *vitrum* P. XII, 53.
hydria *vas* C. IX, 29.
hymnos sacrare C. IV, 75.

## I.

I *imperativ.* C. XII, 99, P. XIV, 65, A. 381.
iactantius se inferre Ps. 181.
iacturam ferre salutis Ps. 898.
iactus vacui Ps. 136.
iam iam C. I, 73.
iam iamque C. I, 20, P. V, 87, futurum A. 627.
iambici versus epil. 7.
ianitor vinculorum P. V, 346.
ianua aeternitatis P. II, 464, solis C. XII, 26.
idolium P. XI, 52, A. 186, S. II, 79.
idololatrix [idololatris] H. 404.
iecur gelidum pudicitiae Ps. 238.
ieiunare C. VII, 178, P. VI, 54.
ieiunus calamus S. II, 963.
igneolus vigor C. III, 186.
igneus fons animarum C. X, 1.
igniculi C. V, 12, S. I, praef. 67.
igniferum sidus S. II, 1028.
ignis secundus *nuptiae* P. II, 304.
ignitum ingenium H. 544.
ilignae glandes S. II, 284.
illice arte corda flectere S. II, 6.
*sub* imagine cerni A. 48.
imber lapidum D. 178, saxeus *Stephani* P. II, 371.
imbres vulniferi *telorum* Ps. 173.
imbrices rupti S. I, 67.
imbrifer ventus C. V, 101.
inaccessae turres A. 535.
inadusti fratres A. 131.
inaestimabilis res P. X, 311.
inaestuans stomacho S. I. praef. 58.
inane resolvi in nihilum S. II, 107.
inanis a marsupio P. II, 104.
inaniter ardens S. II, 138 effundi S. I. praef. 78.
inbuere adloquio A. 301, arte S. II, 21.
inbuit favor Dei res C. III, 14.
incapax sacramenti P. X, 588.
incassum S. I, 395.
incensus siti mortis P. V, 356.
incentiva luis H. 249.
incentivum peccaminis A. 929.
incerare lapides fumosos H. 404.
inchoator mortis H. praef. 27.
incircumcisus Ps. 390.
incircumscriptus A. 863.
invitator et fax P. X, 67.
incitatus gressus P. XII, 59.
incolume *sine adfect.* C. III, 180.
incomperta novitas A. 570.
incomperti dii S. II, 364.
incompositi sensus S. II, 626.
incomprehensa virtus A. 812.
inconcessa homini A. 37.
inconditus clamor P. X, 994, ritus C. XII, 194.
incorporatus C. XII, 80.
incorporeus S. II, 190.
incorruptus A. 932, H. 356.
increpata fraus C. VII, 195.
incruente P. X, 1094.
inculpabile numen A. 946.
incussus silicis C. V, 7.
indages variata S. II, 846.
indelebilis laus P. X, 1132.
indeprensa retinacula H. 141.
index vulneris cruor Ps. 700.
indigenae dii S. II, 501, pietatis iura S. II, 342.
indiscretus H. 76, A. 256.
inditur medullis Deus P. XIII, 14.
indocile virginis ingenium C. III, 112.
indocilis tractandae ratis S. II. praef. 60.
indomabilis testis P. V, 11.
indomiti leones C. IV, 47.
indubitata fides Ps. 621.
induciae *mora* P. II, 126.
indulgentissimus doctor Ps. 888.
indumenta carnis C. IX, 99.
induperator S. I, 147.
induvias caesae pecudes praebent S. II, 288.
induviis nudari Ps. 578.
inenarrabilis urbs *caelestis* P. II, 553.
inerme virus C. III, 154.
inervatum robur S. II, 143.
inexpletae ripae A. 751.
inexplicitus C. III, 153.
inexpugnabile praesidium H 487.
inexsuperabilis P. V, 170.

inextricabilis P. II, 339.
infantissimus P. X, 3.
infarcire cruminis Ps. 459.
infectus vitiis praef. 9.
infecundior S. II, 955.
inferiae S. I, 387.
inficere fuco H. 275.
inficiari A. 128.
inficiatrix Ps. 630.
infirmare fidem H 181.
infit P. X, 122, Ps. 510.
inflant nos mala C. I, 95.
inflatus superbit P. X, 150.
inflictos casus A. 1083.
informata edictis urbs S. I, 506.
infracto genu claudus P II, 149.
infula *sacerdos* A. 486.
infulata domus P. IV, 79.
infulatus mitra P. X, 1013.
infusor fidei C. IV, 11.
ingenium ignitum H. 545.
ingerere lumen C. I, 100, virus cui H. 532.
ingloria virtus H. 694.
ingressus trini Ps. 843.
inhaerere solitis S. II, 368.
inhospitali locus C. VII, 186.
inlaesa rapina P I, 109.
inlaqueare pedicis C. III, 41.
inlex halitus Ps. 328.
inlicere indocile cuius ingenium C. III, 112.
inlustrata templo Ps. 811.
inmolator C. XII, 48, squalidus H. praef. 49.
innatus A. 246.
innectier ulnas Ps. 357.
innocuae epulae C. III, 65.
innuba femina *virgo* C. III, 123, martyr P XIV 120.
innumero sidere C. V, 5.
innupta femina Ps. 74.
inoffenso aere Ps. 733.
inolescere cultus S. II, 682, vermes H. 828.
inopertus C. III, 117.
inornatus Ps. 819.
inpacatus Ps. 774.
inpassibilis A. 84.
inpastus *non pastus* C. IV, 99.
inpedire *proprie* C. III, 45.
inpendere curam S. II, 1021.
inpenetrabile tegmen Ps. 365.
inpenetrabilis auro Ps. 516.
inperator spiritus C. VII, 200.
inperium excipere C. III, 124.
inperterritus P. X, 57, Ps. 47.
inpexa virgo C. VII, 153.
inpiare sanguine ferrum P. XIV, 36, vitiis C. VI, 54.
inpiati seculi reus P. X, 88.
inplacabilis P. X, 867.
inpressu pectoris Ps. 273.
inpuratus P. X, 191.
inputare opprobria C. VII, 133.
inremotus P. V, 408.
inritamen H. 523.
inritatus odiis C. V, 70.
inrogare mortem C. IV, 98.
insatiabilis Ps. 541.
insatiatus amor habendi Ps. 478.
inscripta Christo pagina P. X, 1119.
insecabile H. praef. 61
insecutor Christi *persecutor* C. XII, 127.
insertatus culter A. 464.
insidiator H. 129.
insidiosus Ps. 261.
insincera acies *oculor.* H. 4.
insistere vadis S. II. praef. 66.
instat terminus praef. 4.
instauratio A. 1070.
instinctu S. II, 669.
institor C. II, 40.
insuescere *active* C. IX, 95.
insufflare P. X, 920.
insulsa libamina H. praef. 28.
insulsus usus S. I, 213.
intemerata puella C. III, 145.
intemeratus A. 936.
intemperata viscera C. VII, 8.
intemporalis *aeternus* P. X, 316.
intendere acrius aciem S. II, 99, os in puellam P XIV 43.
interemptor C. XII, 14.
intererrat splendor C. VI, 43.
interfari S. II, 67
interlabitur amnis S. II, 606.
interlucere Ps. 354.
intermina longis saeclis S. II, 106.
interminum aevum P. V, 298.
interminus *sine term.* C. XII, 39.
internoscere Ps. 790.
interpolare A lemm. 45.
intimare gesta P. X, 1111.
intonans *clamans* P. V, 93.
intrinsecus P. II, 240, alter P. V, 157.
introitus liminis artus Ps. 666.
introspicere P V, 317.
inussi facinus S. II, 671.
inverecundus lepos C. VII, 13.
invigilare saluti S. II, 334.
invisibilis A. 123.

involucrum *paenult. br.* C. V, 36, H. 921, S. I, praef. 54.
ira fellis inplacabilis P. X, 867.
ire obviam Christo P. IV, 14.
iter anni S. II, 975, viandi S. II, 773.
iubar *sol* C. II, 77.
*ad* iuga Christi cogere P. IV, 47, *sub* iuga premere C. III, 170.
iugales *equi* P. XI, 87.
iugibus *catenis* P. I, 80.
iugiter C. IV, 54, C. XII, 161.
iuncea pectora P. III, 132.
iunctim A. 798.
iura condere C. X, 115.
iuratae sorores Ps. 735.
iurgia armant animos praef. 13.
ius cautum et statutum C. XII, 145.
*in* ius cuius venire C. XI, 38.
iustificatus baptismate A. 881.
iustitium triste C. V, 80.

## L.

labefactum corpus P. XI, 119.
labem inferre cui praef. 41.
laborare plus quam mortale A. 37.
laceratio vulnifica P. III, 147.
lacrimabilis Ps. 667.
lacrimae olentes *cereae guttae* C. V, 22.
lactare hortatu C. VIII, 19.
lacteolus agnus P. XI, 245, spiritus P. III, 165.
lacteus candor C. II, 70.
lacus leonum C. IV, 65.
laetificus successus S. II, 564.
lamenta rigant genas P. VI, 82.
lances auratae *parabsides* A. 609.
lancinari P. X, 460.
lancinatores gregum P. X, 1057.
languidulus C. V, 143.
laniari uncis P. V, 174, membra feris P. III, 117.
lappae C. VIII, 42.
lapsans gradus S. II, praef. 35.
lare avito *domo* S. II, 612.
largitor bonorum C. IV, 74, dierum A. 701, perennis *Deus* S. II, 114.
larvas placare sanguine S. II, 840.
latebrosae foveae P. XI, 154.
latebrosus amnis A. 750.
latenter C. VII, 105.
latices nivei *lac* C. III, 67.
latrat foro toto canina facundia H. 401.
latrones *tyranni* P. IV, 186.
laureatus morte superba P. XII, 6.
laurigeri ministri S. I, 217.
lavit C. VII, 73, P. III, 190, P. V, 230.
laxa voluntas H. 676.
laxior flatus C. VII, 24, libertas S. I, 335.
laxum iugum voluptatum C. VII, 182.
lectulus aeger C. I, 6, soporus ib.
lege versa *contra naturam* C. IX, 75.
legifer P. II, 363.
legirupis viribus H. 238.
lene iacens via *non ardua* H. 796.
leniter frenare C. VIII, 3.
lenta solatia Ps. 233.
lex noxialis C. IX, 18.
liba C. IV, 69, inpia C. III, 182.
liber soporis C. I, 47, vinclis corporis praef. 44.
libram iustam ponere P. IV, 11.
librum resignare C. VI, 84.
licenter C. VII, 16, fingere P. X, 216.
licia S. II, 1106.
ligamina pectoris *vitae* P. IX, 86.
lilia rosis intermiscere Ps. 882.
limare rubiginem C. VII, 205.
limbus *in veste* Ps. 188, S. II, 577.
linquere quietem C. I, 19.
linteolum ebrium C. V, 18.
liquabile saxum H. 743.
liquata vascula P. X, 300.
liquato rore picis P. X, 849.
liquens polus P. I, 88.
liquescere C. VI, 146.
liquida ratio C. III, 190, vox S. I, 637.
liquitur vis roris P. V, 231.
litamen H. praef. 50.
litare victimam C. VII, 5.
litigiosa argumenta A. 208.
litterulis signata sepulcra P. XI, 7.
littoris ora P. XI, 47.
littus *fluminis* C. V, 45.
lituis ciere S. II, 402.
liventes oculi H. 132.
livores roscidi P. X, 705.
locare curarum in parte S. II, 417.
loquaces scatebrae C. V, 89.
lubrica lingua C. I, 62.
lubricus error C. III, 118.
luces *plur.* H. 93.
luciferum pastum quaerere Ps. 625.
lucisator C. III, 1.
lucra avara C. II, 44.
lucrari quaestibus C. II, 53.
luctamen conserere P. V, 215, inire Ps. 176, S. I, 644.
luctarier P. X, 651.
luculenta Libido Ps. 87.
luculenter disserere P. X, 22.
ludibundus P. II, 409.

luis *recto casu* Ps. 508, incentiva H. 249.
lumina *oculi* C. IX, 34, Ps. 44, nescia solis *caecitas* C. X, 79.
luminat atria nitor P. III, 192, frontem P. V, 127.
lunaris lampas C. V, 6.
lupa *meretrix* Ps. 47.
lupinus rictus P. I, 98.
lurida vota solis A. 626.
lustrales pecudes S. II, 1107.
luteus homo C. III, 138.
lux *dies* P. X, 575.
luxuriant vitea brachia C. III, 54.
luxuriat praefertile germen S. II, 1026.
lymphaticum pecus C. IX, 57, venenum H. praef. 59.
lymphatus furiis C. XI, 92.

## M.

maceries ambit hortos H. 226.
macie lapillorum dura arva S. II, 1025.
machina trina rerum C. IX, 14.
macte C. IX, 106.
mage *magis* P. III, 9.
magicum murmur S. I, 96.
magistra invicta Ps. 164.
magistri criminum P. V, 78.
maiestas terrigena S. I, 189.
maior exemplis C. VIII, 7.
male fortia fila S. II, 454.
malesuada C. III, 113, fraus D. 2, luxuries Ps. 404.
malignitates P. II, 260.
mammona P. I, 58.
mammonea fides H. 428.
manceps carceris P. V, 345.
mancipari tartaro P. X, 475.
mancipata vita C. XI, 39.
mancipium gehennae H. 128, ludibriorum P. XIV, 30.
mancum claudicat P. II, 231.
mane novo C. II, 15.
manes petere Ps. 92.
manicis innexus *catenis* H. 434.
maniplis stuppeis P. X, 864.
mansuefactus C. VII, 84.
manus *exercitus* C. V, 46.
mapalia Ps. praef. 46.
marcent tartara suppliciis mitibus C V, 133.
margaritum P. X, 648, Ps. 873.
maritae coniuges P. I, 119.
maritat A. 569.
marsupia exesa Ps. 600.
marsupium P. II, 104.
martyrii sanguis P. III, 9.
martyrium P. VIII, 4.
masculinum germen P. X, 1069.
massae contagia A. 1030, rudera P. II, 190.
mastigophori S. II, 517.
mastruca *vestis* S. II, 699.
mathesis *astrol.* S. II, 479. 894.
medela amara C. X, 83.
medica aqua A. 702.
medicabilis A. 695, voluptas C. VI, 24.
medicata sagitta H. 539.
medicato vulnere H. 538.
meditamen rerum Ps. 234.
meditantur aristas C. X, 124.
medullitus H. 391.
melior consiliis aetas S. II, 322.
melodum C. IX, 2.
melos canere C. V, 123.
membratim P. V, 112.
memor vescendi C. VII, 161.
menstrua luna C. XII, 10.
menstrualis sphaera *luna* P. X, 538.
mensurabile spatium A. 813.
mentiri formam H. 265.
mersare S. II. praef. 59, H. 833.
merso sole C. V, 3.
mersus fornix *depressus* P. V, 243.
meta interior S. I, 324, noctis clauditur C. I, 79.
micantior sole C. V, 44.
milleformis C. IX, 55.
mimica sollempnia S. I, 630.
minari framea Ps. 325.
mira laudum P. X, 4.
miserari inopum Ps. 580.
mitia *matura* C. III, 77.
mitifica verba P. VII, 42.
mixtim H. 78.
mobile ingenium H. 546.
mobilis lingua praef. 45.
moderamen legum praef. 16.
moderatrix lingua P. X, 978.
moderatus *passive* A. 47.
modicum salis P. III, 122.
moechus primus S. I, 58.
moenibus tutis Ps. 671.
moenium auctor P. II, 416.
molae lapis P. VII, 25.
molare pondus P. V, 489.
molares uvidi *dentes* C. VII, 119.
mollescere cultu H. 282.
mollitus *placatus* C. VII, 171.
moneta fulgida P. II, 55.
monetae effigies Ps. 526.
monilia fulva P. III, 22.

monstruosa idola P. II, 7.
montes monetae P. II, 56.
morbi terrarum S. II, 988.
more proprio vivere S. II, 83.
mors abolet omnia praef. 30.
morsus stipitis P. V, 271.
morsuum pericula P. X, 30.
mortes hominum S. II, 1092, noxiorum P. V, 136.
mortiferum lignum A. 68.
mortificata corpora C. X, 93.
motatus uterus H. 596.
mucrones stricti Ps. 705.
muculentae nares P. II, 282.
multicolora prata C. III, 104.
multifidum iter S. II, 773.
multiformis facies C. VI, 37.
multimodum germen C. VII, 139.
mundialis aula P. I, 41, gloria C. I, 90.
mundus obsequens C. IV, 57.
munimen A, 533.
murices petrarum P. V, 446, *purpura* C. VII, 156.
murmurare Christum sub pectore S. I. praef. 36.
mussare H. 773.
muta mola quiescit S. II, 950.
mysteriarches P. II, 350.
mysticum P. VI, 29.

## N.

naeniae inanes C. XI, 34.
nasse puppim S. I. praef. 60.
natale solum S. II, 155.
natales horae Ps. 216.
natatibus P. VII, 29, ib. X, 1054, fota C. V, 143.
natatiles ferae P. X, 332.
natatus purus A. 684.
natio excors *pecora* C. XI, 83.
naturaliter C. VII, 181.
nebulonis nequitia S. I, 82.
nebulosus error S. I, 155.
nectar ambrosium S. I, 276, fragrare C. XI, 68.
nefasta limina P. II, 479.
negator C. I, 57, A. 673.
nemo dies *nullus* P. X, 744.
nequior P. X, 892.
nequiter corrupta lascivia C. VII, 87.
nequitias serere H. 392.
nervo impulsa *sagitta* Ps. 324.
nervosa iuventa S. II, 320.
nescia caeli mens S. II, 875.
nexibus implicitus P. XI, 78.
nigrantes nubes S. I, 412.
nigrior tenebris P. V, 242.
nimbos equitum depellere S. II, 703.
nimbus telorum Ps. 129.
ninguidus C. V, 97, A. 661.
nivalis pietas S. II, 250.
niveus pulvis ardet P. XIII, 78.
nix capitis praef. 27.
nodus tenax P. XI, 103.
nolis velisne P. X, 170.
novalia culta S. II, 1014.
novellum seculum C. XI, 59, templum ib. XII, 188.
noverimus *paenult. longa.* Ps. praef. 58.
noxa letalis C. I, 75.
noxialis carcer P. X, 1107, lex C. IX, 18.
nubes iaculorum Ps. 134.
nubigenae nimbi H. 485.
nugator C. II, 32.
nugatrix Ps. 433.
numerosiores turbae P. IV, 57.
numinis nutus C. VIII, 70.
nundinatus *corruptus pecunia* P. X, 969.

## O.

obambulat lupus C. III, 159, cfr. P. V, 324.
obbrutescere H. 651.
obducta fax *velata* C. XII, 20.
obice vitreo H. 869, discludi H. 902.
obiectare neci A. 5.
obire coniugium S. I, 169.
obitus carnis praef. 29.
oblectamine miro tenere mentes S. II, 145.
oblitus stupro P. II, 466.
obliviale poculum C. VI, 16.
oblivio premit sensum C. I, 87.
obnubere caput A. 630.
obsecundare iussis C. IX, 39.
obsequellam praestare cui epil. 32.
obsequentum cura C. VIII, 57.
obsequium solvere C. III, 33.
obsessor liminis *custos* P. V, 310.
obsides spei P. II, 457.
obsita nugis ingenia S. I, 574.
obsoletum vasculum epil. 26.
obstinate *adv.* P. X, 64.
obstrangulata mens C. VII, 10.
obstupefactus P. III, 173.
obtemperanter P. II, 112.
obtrudere os P. V, 95.

obtutibus *oculis* P. II, 145. 278, X, 433.
occasus *mors* C. IX, 103.
odori esse P. X, 335.
ofellae bubulae P. X, 383.
offensacula donare Ps. 781, per offensacula ire Ps. 484.
oleagina radix A. 339.
olivo fidei unctus P. IV, 102.
olli *illi* H. 544.
ollis H. 730.
oluscula P. X, 262, S. II, 866.
omina dextra dare S. II, 565.
omnicolor P. XII, 39.
omniformis P. X, 339.
omnigenae partes S. II, 514.
omniparens C. III, 2, S. II, 477.
omnipater Deus P. III, 70.
omnipollens Deus H. praef. 19.
omnipotentiae Dei est S. II, praef. 26.
operti stratis C. I, 18.
operto obscuro Ps. 745.
opifex fallendi Ps. 260.
oppalluit P. I, 92.
oppetere *mori* P. II, 330, morte gloriosa ib. X, 65.
optio datur P. II, 217.
opulens muneribus P. XI, 218.
ora littoris P. XI, 47.
orarium P. I, 86.
orator ad thronum P. V, 548.
orbes *oculi* C. XII, 25, vexatus P. IV, 82.
orbita sacris libris notat H. 777, solis media est C. III, 87.
ordinatis seculis C. XI, 25.
organa musica A. 389.
organon verborum *lingua* P. X, 929.
organum oris P. X, 2.
orsa pia *verba* C. IV, 96.
oscine parra S. II, 571.
ossuum compago P. V, 111.
ostentamen Ps. 204.
ostentant messes suas iugera S. II, 1039.
ostentatrix Ps. 439.
ostrum *purpura* P. X, 910, Ps. 39.
ovans P. III, 169, V, 8.

## P.

pacifer haeres regni Ps. 805.
pacificus C. V, 156, Ps. 729.
pactus mercede P. X, 970.
paenalis labor P. II, 192.
pagana gens *rustica* C. XI, 87.
paganus *ethnicus* P. X, 1009.
paginae fideles C. IX, 26.
pago inpliciti S. I, 620.
palaestra *Christiana* P. IV, 101, gloriae P. V, 213.
palaestricus ephebus P. X, 188.
palantes Gemini A. 623.
palla fusca polum suffudit H. 86, lucida H. 868.
palma inde nata *victoria* P. IV, 77, mortis ib. VII, 53, parta ib. IV, 106, praestare ib. II. 32.
palmas tendere ad C. IV, 52.
palmas vincla premunt P. V, 236.
palmula remi P. V, 462.
palpamen tenerum H. 303.
palpat spes iners Ps. 235.
palpebrales setae H. 872.
palpitans infans C. XII, 121.
pangere *canere* C. IX, 3, P. V, 324, psalmis P. IV, 148.
pansa brachia C. XII, 170.
parabsis Ps. 532.
paraclitus C. V, 160.
paradisicolae H. 928.
paratu gemino C. IV, 34.
paratus abolere C. X, 18, dicere P. X, 923, obsequi ib. II, 111.
paratus hos P. X, 919.
parens *metropolis* P. IV, 61.
parilis concentus C. V, 121.
paritura virgo H. 575.
parricidalis manus H. praef. 14.
parsimoniis *plur.* C. VII, 3.
particeps angelorum P. V, 9.
particulatim A. 1077.
parturiunt pectora H. 570.
pascendus Ps. 618.
passibilis A. 6.
passio festa P. XI, 196, *martyrium* P. II, 35, II, 550, X, 854.
pasti carnibus P. V, 100.
pastu C. IV, 35, ib. VIII, 53.
pastus animae Deus C. IV, 33.
patefecit hiatum Ps. 271.
patens ad omne vulnus Ps. 246.
patibulum adscendere P. X, 641.
patriarcha Ps. 544.
patricida H. 565.
paullo infecundior annus S. II, 955.
paupertina arma Ps. 198.
peccamina crebra H. 619.
peccaminum fomes P. X, 517, vincula C. IX, 96.
peccator C. XI, 101, H. 622.
peccatrix anima, praef. 35, femina H. 754.
peccatum vetus C. I, 99.

pecten dentium P. X, 934.
pectora lota *baptismate renata* Ps. 366.
pecua *pecora* P. X, 333.
pede dextro *feliciter* S. II, 79.
pedestre carmen epil. 12.
pedicis inlaqueare C. III, 42.
pegmatis compages P. X, 1017.
pelagus C. III, 38, concavum C. V, 72.
pellacia H. 637.
pelliti habitus Ps. 226.
pendere parvi P. X, 478.
penetrabile Ps. 837.
penetralia cordis H. 542, sectae S. II, 93.
penetrator operti H. 875.
pennatae sagittae H. 498.
pennigera Victoria S. II, 33.
pensilis P. X, 452.
peperere necem C. III, 183.
per vacuum inane *aerem* C. X, 146.
pera Ps. 613.
perarmare C. VI, 86.
percense *brevi ult.* H. 614. cfr. A. 385.
percucurrit P. I, 11.
percussor P. IX, 61.
perdomitor mortis C. IV, 12.
peregri *peregre* P. IV, 89.
peremptor H. praef. 19.
pererrare oculis P. V, 338.
peresi panes C. IX, 58.
peresum pure putri S. I, 17,
perflabilis more Noti S. II, 188.
perflamine A. 692.
perfurit H. 364.
perluere fletu P. IV, 193.
permadescere P. X, 1010.
pernox cura P. V, 311.
perosa quietis S. III, 41.
perpetem salutem P. X, 470.
perpetis lucis usus C. XI, 111.
perplexius errat S. II, 848.
persecutor P. I, 28, eius gladius ib. IV, 134.
persona patriae S. I, 599.
personasse epil. 34.
persultanti haec *superbe narranti* P. XI, 77.
persultat vox H. praef. 10.
pertinax studium praef. 14.
pervigil C. V, 43, anser S. II, 703, cura ib. 1022, oculus D. 109.
pessum mergere S. II. praef. 36.
petulanter Ps. 314.
petulantius *adv.* P. XIV, 41.
phalanges culparum Ps. 816.
phalanx plebeia P. XI, 210.
phaleratus equus Ps. 195.
phantasma Ps. 712, A. 1051.
*per* phantasmata H. 9.
phaselus *navis* P. V, 498.
piaclum P. X, 219.
piacula commissa A. 544.
piamina vulnerum C. IX, 33.
piata sanguine mens P. V, 361.
piatus *inmundus* C. VII, 73.
piger anguis *frigidus* C. III, 154.
pigmentis cutis inlita H. 275.
pignera *liberi* P. XI, 210.
pigrescere A 480.
pinnatu nuntius A. 611.
pinus *hasta* Ps. 121.
pira silvestria S. II, 944.
piratis mare servit S. II, 791.
placabilis Ps. 636, ira C. VII, 203.
placidissimus consensus S. II, 594.
placitus Deo vir P. VII, 2.
plaga mundi *tractus* Ps. 714.
plasma Dei C. III, 185, novum Ps. 224, primum C. VII, 184, ib. IX, 92.
plasmare A. 865.
plasmata res *anima* A. 866.
plateis in totis P. IV, 71.
plebium *genit.* P. X, 709.
plectere ac ferire C. VII, 104.
plectiles syllogismi A. praef. 24.
plectitur improbus C. III, 127, vox fidelis P. I, 48.
pleno senatu S. I, 609.
pleurisis P. X, 485.
plicabitur caelum P. X, 536.
plumigera series C. III, 44.
plu ium frigus S. I, praef. 14.
pollere supero regno S. I, 540.
pollice docto texere Ps. 364.
pollicem convertere S. II, 1099.
pomiferum nemus C. III, 76.
pompa funeris P. X, 1082.
pondera malorum P. X, 1134.
pontificales exuviae S. I, 547.
popinae madidae H. 762.
popularibus auris se ostentare S. II, 159.
populator bruchus H. 228.
porgere *porrigere* S. I, 275.
porrum et cepe S. II, 867.
porticibus umbrosis P. XI, 164.
ortitor iborum P. V, 406.
positae leges P. X, 944.
postliminio redire H. 852.
potesse *posse* P. X, 803.
potis est *potest* H. 37.
potis si est S. I, praef. 84.

praecalidus S. I, praef. 67, S. II, 320.
praecinctus P. V, 14, Ps. 454.
praecinit lucem gallus C. I, 2.
praecinxit latus ense P. II, 502.
praecluens potestas C. IV, 37.
praeco lucis *gallus* C. I, 54.
praecucurrit C. VII, 47.
praedestinare C. XII, 68.
praedives cultus S. I, 416, pietate P. IV, 59.
praedulce carmen P. V, 314.
praedurare Ps. 446
praedurat obstinatio P. V, 178.
praefultus torus P. V, 335.
praelambens fluvius C. V, 120.
praeliber *valde liber* A. 87.
praemetuere S. II, 682.
praemicare P. I, 84.
praeminens C. XI, 109.
praenatare P. VII, 73.
praenitere veste P. II, 234.
praenuncupatus C. VII, 179.
praenuntiatrix P. II, 30.
praenuntius *Ioannes* C. VII, 102.
praepetibus punctis P. IX, 24.
praepollens Arelas P. IV, 35.
*ad* praesepia C. XI, 86.
praesepibus vacuis C. VII, 170.
praesepis tui C. XI, 77.
praesiccus P. V, 141.
praestare palmam cui P. II, 32.
praestigiator C. VI, 140.
praestrictus voce cuius C. VII, 44.
praesul furoris C. XI, 115.
praetexta toga P. X, 143.
praevalida manus *exercitus* C. V, 46.
praevium fulgur C. V, 43.
pretiosius nil P. VII, 84, luce C. V, 151.
primitus P. II, 131, ib. X, 942.
primoplasti germen C. IX, 17.
princeps Adam A. 911.
princeps *Caesar* praef. 20, P. V, 27.
procaciter P. XIV, 43.
procellosum mare C. VII, 121.
processus dierum C. VII, 121.
*ad* procinctum natus S. II, 513.
procinctum solvere *finita expeditione* Ps. 606.
procinctus angelicus *exercitus* H. 915.
prodiga cruoris fides P. II, 18.
prodigialia monstra S. I, 451, signa H. 467.
proditrix fama P. I, 11.
profanator A. 178.
profarier P. X, 939.
profunditas P. VII, 48.
proiectius *vilius* P. X, 153.
prolapsum ex ore nefas C. I, 58.
promus P. II, 160.
properanter ire P. IV, 14.
propheticus C. VII, 179.
propitiabile os P. XIV, 130.
propitiata martyr P. III, 215.
prosapia deorum P. X, 180 patrum C. XI, 89.
prosatus patre P. VI, 46.
proscenia H. 368.
prosperum Christum fore *propitium* P. X, 4.
prosubigit pede P. III, 130.
protervitas lasciva praef. 10.
protinus C. IV, 45, ib. IX, 4. 41.
providenter P. X, 19.
psallens caterva Ps. 648.
psaltria D. 136.
pubertas A. 573.
pubis P. XI, 190.
publicitus P. XIV, 38.
pudescit C. II, 26, A 776.
pudibunda lumina Ps. 44, pudicitia P. III, 153.
puella torva P. III, 103.
puellaris sanguis A. 105.
puerpera virgo C. IX, 19.
puerperiis H. 618.
pugillares cerae P. IX, 15.
pugnatrix Ps. 681.
pullulare A. 912.
pullulascere P. X, 882.
pulsibus H 672.
pulvinar divum A. 487, Iovis S. I, 609.
pulvinaria deorum P. X, 1056.
pumices salsi C. VII, 129.
punctis sequi dicta P. IX, 24.
puniceus C. III, 80.
pupula parva H. 874.
pure de putri S. I, 17
purgamen C. VII, 80, aquae P. VI, 30.
purpura sanguinis P. III, 140.
purpurans *cruentus* C. VI, 82, cruor P. V, 339.
purpurei proceres *martyres* P. IV, 192.
pusio C. XII, 104.
pusiola P. III, 20.
putredines C. IX, 31.
putrefactus C. X, 42, A. 761.
putrescens P. IV, 131.
putris C. VII, 9, A. 816, S. I, 17.
pyra crepitans P. III, 13.
pyram texit ustor P. X, 846.

## Q.

quadrifluus amnis C. III, 105.
quaesitor *iudex* C. VI, 89, P. XI, 63.
qualus *corbis* C. IX, 60.
quamlibet *quamvis* C. VIII, 53, XI, 17.
quandoque *olim*, *aliquando* A. 53. futurum P. II, 474, Ps. 232.
quaternae ter petrae C. XII, 177.
quernae glandes S. II, 946.
quianam S. I, 53.
quidquid id est H. 891.
quidquid id est, quod fueram praef. 30.
quis *quibus* C. III, 27, Ps. praef. 43.
quota pars est S. I, 578.
quotannis S. I, 113.
quousque P. X, 868.

## R.

rabidum os *lupi* C. III, 159.
racemi S. II, 218.
radiare ceraunis Ps. 470.
radicitus P. X, 891.
rancidae catilenae P. X, 304.
rapax laudis C. VII, 217.
raptat togatum forensis gloria C. II. 41.
rarescit S. I, 437.
rarissima hominum pars S. I, 592.
rasile lignum Ps. 153.
rasiles scopuli *idola* P. III, 69.
rasum et dolatum C. XII, 199.
rate *navi* S. I, praef. 8.
raucisoni leones C. IV, 38.
reatum plangere C. XI, 104, solvere ib. VII, 175.
reatus peste H. 929.
rebar P. X, 958, XI, 34.
rebelles idolii *cum gen.* P. XI, 51.
reboans tuba A. 386.
recalcandum limen C. IX, 75.
recalente fonte P. III, 145.
recalenti adspergine P. XI, 143.
recalescere Ps. 59.
recessu cordis C. IV, 27.
recidere pecuniam epil. 6.
recidit *prima longa* A. 878.
recidiva semina S. II, 822.
recincta veste C. VII, 151.
recinens S. I, 63.
reciprocatis circulis P. X, 574.
recline corpus C. VI, 150.
recrementum A. praef. 54.
recrudescunt P. X, 798.
recursibus volutis C. VII, 38.
recurva in volam manus P. XI, 242.
reddere ius bonis praef. 18.
redemptrix P. X, 774.
redigere fructus in horrea S. II, 1060.
redimire sertis S. II, 723.
redimita frons H. 268.
redimitus comas C. III, 30.
redivivus humo C. III, 204.
reduci fuga C. V, 104.
refectus *recreatus* P. V, 332.
refrenare iram C. VII, 172.
refugae viae P. XI, 102.
refugere errores S. I, 506.
refugo honore A. 582.
refundere *reddere* P. X, 790.
regale unguentum Ps. 361.
regifico cultu P. XI, 216.
regius morbus P. II, 264.
reglutinare P. X, 874.
regnator C. XII, 34.
relaxat sopor artus C. VI, 12.
religamine croceo Ps. 359.
religionibus foedis S. I, 513.
relucere P. VI, 3, ib. X, 435.
remeabilis A. 1049.
remeare ad superos C. III, 200.
remensus potus *pass.* H. 850.
renarrare H. 855.
renascitur prisca effigies C. III, 194.
renident prata floribus P. XII, 54.
renidere P. V, 131.
renidet gaudio P. X, 7. 12.
renuente metro P. IV, 162.
renutare H. 774.
repagula portae S. II, 740.
reparare viscera mortua C. III, 192.
rependitur pretium C. X, 78.
repercussos sonos P. X, 933.
repertor C. IV, 9.
repexus corona P. X, 1014.
replicare *renarrare* P. XI, 4.
rere *putes* P. V, 154.
resculpere Ps. praef 51.
resolubile corpus C. X, 149.
resolubilis S. II, 229.
resono sistro Ps. 435.
respectare P. X, 817, H. 737.
respergere P. X, 13.
respergine *abl.* S. I, 501.
restagnat cruor P. X, 1053.
resudare C. X, 107, crapulam C. VII, 9.
resulcare P. V, 144.
retemptare H. 108.
retexere texta C. X, 16.
retinaclis premi S. II, 147.
retinacula vitae P. IX, 87.

retinaculis adstringi S. I, praef. 64.
retinaculorum vincla P. IV, 195.
retortae in terga manus S II, 560.
retundere iram C. VI, 94.
retunsis actibus P. X, 972.
revenire A. 1063.
revincta oleis P. IV, 55.
revinctus sertis P. X, 1022.
revocabilis H. 740.
revolant fuga C. V, 104.
revulserat comam P. X, 761.
rex *convivii* C. IX, 30.
rhetoricum os S. I, praef. 77.
rhododaphne H. 234.
rhomphealis C. VII, 93.
rictibus C. IV, 51.
rictu spumanti Ps. 113.
ridente sereno A 663.
rigant genas lamenta P. VI, 82.
rigante somno C. VI, 28.
rimante ingenio Ps. 790.
rimosa cumba P. XI, 69.
rite precari C. III, 172.
romphaea P. V, 189.
rorantes nebulae A. 840.
rore olei C. V, 13.
rorem fontis et lavacri subire *baptizari* C. VI, 127.
rorulenta gramina C. VII, 168.
rosae redduntur pratis praef. 26, spolia C. III, 21.
roscida nox C. V, 149.
roscidi livores P. X, 705.
rostrum aeratum H. 488.
rosulenta prata P. III, 199.
rota solis P. XIV, 96, A. 626, teres anni circulus P. XII, 21.
rotantur secla S. II. 872.
rotari ac furere P. X, 1063.
rotari malis C. IV, 82.
rotat vortex Ps. 95.
rotata milia annorum C. XI, 29.
rotatiles trochaei epil. 8.
rubrica minatur S. II, 462.
ructabat caenam Ps. 316.
ructamine spurco H. 466.
ructata patris profundo *emissa* A. 93.
ruere in facinus C. III, 132.
rumpere vincula C. I, 98.
russeola sanies P. XI, 130.
russo stemmate P. X, 908.
rusticolae lupae S. I, 107.
rusticus poeta P. II, 574.
rutilae coronae H. 926.
rutilante numine C. III, 142.

## S.

sacellum C. IV, 21, P. X, 215.
sacra gentium praef. 40.
sacramenti donatrix mensa P. XI, 171.
sacrare *sacrificare* P. X, 750. 911.
sacrari *consecrari* P. XIII, 37.
sacrario exstructo *ara* C. V, 140.
sacricolae S. I, 617, reges S. I, praef. 47.
saevitas armat P. X, 483.
sale, caespite, ture venerari deos A. 187.
salix *ferulae* P. X, 703.
saltatrix ebria Ps. 380, D. 133.
salubriter P. X, 502.
salutifera facies C. III, 7.
salutigeros ortus P. XI, 235.
Salvator P. I, 115.
sanctificante fide C. III, 15.
sanguineum supplicium P. XI, 22.
sanguinolentus S. I, 452.
sanguis *genus* P. IV, 179.
sapiant fercula Deum C. III, 16.
sarcophagus C. III, 203.
sarculati horti P. X, 264.
sarmenta S. I, praef. 24.
sartagines P. X, 299.
satellites noctis *daemones* C. I, 44.
satiatus ex quo C. IV, 91.
sator *pater* C. X, 69, ib. XII, 87, credentium ib. IV, 11.
saxigeno semine C. V, 8.
scabra seges C. VIII, 208.
scabri murices P. V, 446.
scabrosa sorde ablutus Ps. 106.
scandalum A. praef. 35.
scatebrae loquaces C. V, 90.
scelus est dictu A. 822.
sceptra gestare P. V, 22, gubernare S. I, 38.
scholare murmur P. IX, 16.
scirpea fila C. V, 15.
sciscitator C. VII, 193.
scissura domestica Ps. 756.
scopulum collo trahere *saxum* P. VII, 75.
scortator S. I, 106.
scribitur nummus *inscribitur* P. II, 120.
scrobes insidiosae Ps. 261.
scrupei recessus P. V, 447.
sculptile in aere P. X, 266.
scyphus aureus epil. 15.
seclum C. XI, 79.
secreta mentis C. II, 16.
sectari iter S. II, 45.

sectatores Christi C. VII, 198.
securem Ausoniam Christo inclinare S. I, 557.
secures tinguere Ps. 402.
segregatim H. praef. 39.
segrege forma H. 803, regno H. 66.
segregem esse *remotum* C. VII, 28.
sella P. X, 143, curulis S. I, 319.
semetra dissona Ps. 829.
semicombustus P. X, 859.
semidea Roma S. I, 165.
semiferus Golia H. 784.
seminecem tollere P. XIV, 50.
semipes *homo claudus* P. II, 150.
semiustulatus P. II, 348.
semiviro comitatu S. I, 125.
senectam non novit parta gloria S. I, 543.
sensa somniantium C. VI, 41.
senta rubus A. 55.
senta situ loca P. III, 47.
sepes littoreae S. I, praef. 15, densa S. I, 108.
seps insueta *aspis* S. I, praef. 74.
septemplex caelum C. VII, 36.
septicollis arx *Roma* P. X, 413.
septuennis puer P. X, 656.
septum floribus C. X, 155, grege multo P. IX, 22, lege C. VIII, 3.
sepulcrales favillae S. I, 97.
sepulta lumina *caecitas* C. IX, 34.
sepultum pectus crimine C. I, 35.
sequestra carne H. 912.
sequestrare C. X, 127.
sequitur ut C. VII, 18.
serenare C. X, 80.
serica toga P. X, 1015.
serrata regula P. V, 217.
severum vivitur *severe* C. II, 33.
sibilat colla C. IX, 90.
sicubi P. XI, 17.
sigillati salis cautes H. 745.
sigillum *simulacrum* P. X, 233.
signacula Christi S. I, 567.
signatores C. XII, 86.
silendus P. IV, 181.
silva stipularum S. V, 964.
silvicolae S. II, 525.
similaginis azymon A. 353.
simplices *pueri* C. XII, 131.
singultat unda C. XII, 124.
singultibus C. VII, 127.
sinistra bella S. II, 684.
sinuamina riparum P. VII, 34.
sinuamine subter Ps. 871.
sinus barbarici *laxae vestes* A. 143.
sistro resono Ps. 435.
sitienter haurire C. IV, 88.
situ obduci P. X, 1117.
situs tenebrarum C. V, 43.
socors vita C. I, 43.
sodalitas P. I, 53.
sola pendulus *soleas* A. 666.
solatia lenta Ps. 233.
sole quarto *die* C. IX, 46.
soles venturi *dies* H. 914.
solidare A. 167, S. II, 331.
solitudines C. VII, 61.
solo perdomitus *pede* P. XIV, 116.
solubilia elementa H. 505.
solum *solea* C. III, 129.
solvere curas in otia Ps. 729, peccatum C. I, 99, recta flammis S. II, 699.
somnia vana C. I, 88.
somnum disicere C. I, 97, perpeti C. I, 76.
somnus opprimit pectus C. I, 33.
sonipes superbit Ps. 190.
sonorum nescius *surdus* C. IX, 64.
sophiae dogma S. I, 34.
sophistae seculi P. X, 608.
sopori servire C. I, 32.
sordes nequitiae praef. 12.
sordescere H. 458.
sordet crimine H. 119.
sordidulus S. I, 69.
sors incumbit rei S. II, 460.
sors humana C. VII, 214, ultima P. I, 54.
sortes deum *oracula* S. I, 262.
spectator Deus P. V, 297.
spectatrix Ps. 118.
speculator adstat C. II, 105.
spem mittere in aevum S. I, 510.
spernere cubile C. I, 10.
spes qua speramus C. I, 17. 48.
sphaera menstrualis *luna* P. X, 538.
sphragitis P. X, 1076.
spiculum solis *radius* C. II, 6.
spinifera rubus C. V, 31.
spiramen aromatis A. 758.
spiramina vocis Ps. 117.
spiramine coepta anima A. 871.
spirare maiora S. II, 480.
spiritalis P. X, 14. 378.
sprerunt D. 123.
spumea mulctra C. III, 66.
spumeae salivae P. I, 101.
spurcamen C. IX, 56.
spurcavit Lacaenas S. I, 60.
sputamen V. 676.
squalere siti S. II, 924, catenis carceris S. I, 491, veterno S. I, 7.

squalidum tempus C. II, 17.
squama thoracis Ps. 680.
squamosa agmina P. V, 444, thorax H. 423.
stagna *mare* C. V, 65.
stare sub armis P. II, 729.
stata dona S. II, 1004.
statione moveri H. 501.
stellantibus saxis *gemmis* Ps. 856.
stelliger axis H. 906.
stemma ieiunii C. VII, 81, apostolorum ib. XII, 180.
stemmate pila radiant S. I, 485, pollere P. I, 4.
stemmati honos accedit P. X, 131.
stertit animus in praecordiis C. VII, 20.
stigmare P. X, 1080
stilis confossus P. IX, 14.
stillat cruor Ps. 700.
stilo exprimere P. X, 1124.
stilus sacer S. I, praef. 60.
stipati iuvenes P. XI, 79.
stipendia angelorum vocant hinc P. I, 66.
stipis *recto casu* S. II, 911.
stomachante fermento H. 195.
stomachatus alto felle P. X, 393.
stomachus pugnax S. II, 630.
stramenta testarum P. V, 322.
stramine de roseo H. 858.
strangulatrix P. X, 1103.
stratum segne C. I, 18.
strictis mucronibus Ps. 705.
strophio recincta S. II, 37.
strophium C. III, 29, Ps. 448.
strues carbonum P. V, 219.
strumae turgidae P. II, 258.
stupor habet quem P. VII, 78.
stuppa *lychni* C. V, 20.
stuprator P. X, 221.
suadela H. 714.
sub colore gloriae P. X, 81.
subdere colla vinclis H. 469.
subditis cervicibus P. II, 489.
subditus orbis mansuescit P. II, 439.
subiacere casibus praef. 15.
subiectans P. X, 1034.
subiectio H. 701.
subigere legem C. I, 70.
sub imagine A. 48.
subiugales belluae P. X, 333.
subiugare C. VII, 11, A. praef. 31.
subiugatis hostibus P. X, 419.
subiugatum septies P. X, 777.
subiungier S. II, 587.
sublime aperire oculos S. V, 592, tollere *in subl.* P. X, 697.
subnotare summulam P. II, 132.
substantia P. X, 477, H. praef. 44, mixta S. II, 212.
subtacitus H. 174.
subtemine catenato Ps. 674.
*per* subterranea P. XI, 167.
subterna antra S. I, 392, nocte H. 922.
suburbani populi P. XI, 42.
subvolabit caelo spiritus P. X, 533.
successibus ampliatus P. X, 139.
succuba P. X, 192.
succumbere curis S. II, 103, leto S. II, 706.
suda redit facies Ps. 638.
sudare inpar praelium C. II, 76.
sudata bella S. II, 551.
sudoribus tantis *labore* H. 484.
sudum praenitens C. VII, 80.
sues spurca S. II, 814.
suetus frendere C. IX, 52.
suffixus cruci P. X, 585.
sufflabilis anima A. 838.
sufflamen Ps. 416.
suffragantes martyres P. I, 16.
suggillare *suggerere* P. X, 999.
sulcator S. II, 940.
sulci ungularum P. V, 338.
sulcus calami *scripta linea* A. 596, marmorum P. IV, 194, stellae C. VII, 55, vulnus P. IV, 120.
summa aure quid intelligere S. II, 1036.
summula P. II, 132.
summum corpus *cutis* Ps 796.
superbit inflatus P. X, 149.
supercalcare ruinam Ps. 256.
supercilium deponere Ps. 287.
supereminere Ps. 195. 737.
superfit S. II, 983.
superfusus A. 668.
superimponere Ps. 266.
superingeri C. IV, 87.
superne *ult. br.* C. III, 20, P. XII, 39.
supervacuus H. 432, Ps. 134.
supinat faciem Ps. 281.
supinata cervice P. XI, 85.
supplicatio intenta C. I, 83.
supplicator P I, 14.
suppliciter tendit manus S. II, praef. 28.
surgere ex inani cinere S. II, 208.
surgunt moenia S. II, 73.
sursum versus A. 1002.
suspendere lacrymas C. X, 118.
suspirare avara lucra C. II, 44.
susurrat fama quid S. II, 920.
suta foliis tegmina C. III, 119.

sutile vinclum P. IV, 24.
sutiles lapilli C. VII, 158.
*in* symbolum P. II, 438.
symphonia S. II, 528.
syrmate vestigia verrit Ps. 362.

T.

tabentia membra A. 817.
tabescunt nives C. VII, 207.
taeniola S. II, 1106.
taetra pix C. II, 69.
taetrius malorum P. XIV, 110.
taetrum flagrat C. IV, 22.
*in* tartara mergi S. I, 26.
taurina exta P. X, 918.
tela ingenii S. II, 762.
temo regit iugum C. V, 147.
temperare laborem C. VI, 23.
tempus quietis *nox* C. I, 66.
tenax ianua *clausa* C. IX, 73.
tenebrosum cor A. 127.
teneri lege sua S. II, 70.
tenerum lac C. III, 70.
tenor A. 832.
tenta viscera C. III, 175.
tentare vias S. I, 509.
tenuare artus *ieiunio* C. VIII, 54.
tenuis cibus C. III, 172.
tepefactus Ps. 900.
tepens glacies P. III, 204.
tepentes prunae P. II, 341, taedae A. 136.
tepescit scintilla C. VII, 19.
terere vias S. II, 880.
teretem nodum nectere Ps. 187.
tergemini fratres P. VI, 33.
tergum dat fugitivus Ps. 436, freti tumidum S. II, praef. 43.
terminus instat praef. 4, vitae C. I, 33.
terrificae catervae H. 419.
terrigena maiestas S. I, 189.
terrigenae phalanges Ps. 816.
terrulentus H. praef. 5, P. II, 195.
testari salutem principis P. X, 996.
testator C. XII, 87.
testeum fragmen P. V, 553.
testificatus H. 340.
testudo oris P. X, 932.
testula C. V, 17.
testularum fragmina P. V, 277.
teterrimus P. X, 451.
tetrarches C. VI, 69.
texere pyram *struere* P. X, 847.
textilis candor P. I, 89, seta C. VII, 152.
textura A. 1017.
thorax Ps. 126, squamosus H. 423.
thronus summus H. praef. 10, P. V, 548.
thymus C. III, 74.
tinctus criminibus P. XIII, 58.
tirones Ps. 236.
titubans fides A. 582, vox A. 741.
titubet ne fides P. VII, 44.
tituli tumulis incisi P. XI, 3.
titulis auctus S. I, 594.
toga Praef. 8, Quirinalis P. VI, 419.
togata gens S. I, 35, nobilitas P. IV, 75.
togatus C. IX, 39, S. I, 538.
toreumata Ps. 370.
tori lacertorum P. V, 124.
tormenta adhibere S. II, 189.
torti errores *perplexi* A. praef. 8.
tortor P. V, 132, ib. XI, 63.
tortuosus serpens C. VI, 141.
tortus tortore acrior P. V, 132.
trabea S. I, 349.
tractare arma S. II, 26.
tractus signorum caeli A. 616.
tradux carnis A. 915.
tragoedia tantae series P. X, 1113.
trahere noctem C. V, 137.
traiector nebulae H. 875.
transadigo H. 882.
transfigere C. XII, 109, Ps. 50.
transformare se in Ps. 552.
transmigratio gentis H. 448.
transvolvere C. XI, 30.
tremefacta onus suum C. III, 78.
tremefecit P. IV, 82, ib. VI, 93.
triformis trinitas Ps. praef. 45.
trilicem thoraca Ps. 125.
trilinguia colla C. II, 128.
trina pietas C. III, 20.
tripicti versiculi A. 381.
tristifici latices D. 50.
trisulco sermone H. 202.
triticea seges H. 218.
triumphales dies P. V, 2.
triumphali vultu S. I, 411.
triumphans ritum barbarum P. II, 4.
triumphator togatus S. I, 538.
triumphum parere P. IV, 78.
tropaeum famosum Ps. 64, referre C. VI, 104, *plur.* ex hoste S. I, 539.
trulla *vas* P. X, 299.
truncare ferro P. X, 877.
tuba *grandiloquentia* C. III, 81.
tubarum sub fine H. 917.
tulit sors quid P. I, 54.
tumescit honore S. II, 154.
tumulosus D. 554.

turbatrix pacis Ps. 668.
turbiduli sensus A. 208.
turbidus animus praef. 13.
turbinibus discissis C. V, 110.
turbulentis viribus P. II, 13.
turibulum A. 479.
turifero de grege unus *idololatra* A. 178.
turmae effusae Ps. 178.
turritum caput Ps. 183.
tutacula fida S. II, 388.
tutamen P. V, 343.
tutor opum S. II, 435.
tympanum C. IX, 5.
tyrannis P. X, 1092.

## U.

udus funis C. VII, 107.
ulcerosa membra C. IX, 31.
ulna cubitus P. II, 156, XI, 139.
ultrix A. 511, S. I, 494.
ululamina C. X, 114.
ululandos P. III, 119.
ululavit urbem H. 451.
ulva fictilis A. 764.
umbo equinus Ps. 255.
umbonibus aequis P. XI, 201.
umbrabat cupressus A. 463.
umbraculum C. VII, 140.
umbriferum nemus H. 795.
unctor stipitis A. 293.
unctus *Christianus* A. 487.
undatim P. X, 857.
unguen chrismatis C. V, 156.
unicolorus H. 819.
unimodae compages Ps. 768.
urbici alumni P. II, 570.
urbicremae nubes H. 727.
urens propago H. 569.
urna sortis C. VII, 112.
usibus aptare epil. 27.
usque quaque P. X, 975.
ustuire P. X, 885.
usu longo proficere S. II, 316.
uvidum cor C. VII, 7.

## V.

vacat nubilo frons P. V, 126, nox nulla, quin praef. 38.
vacuus cruoris P. IV, 86, a crimine A. 899.
vadis fluitantibus P. VII, 46.
vagat *pro* vagatur C. VI, 29.
vagientes C. VII, 163.
vaginae condere Ps. 105.
vago *pro* vagor C. VI, 29.
vanescit C. VII, 209.
vaporiferi ignes A. 134.
vaporus ardor P. VI, 115.
vas *corpus* C. VII, 190.
vasculum epil. 26.
vaticinator H. 343.
vegeta gula H. 322.
vegetabile ingenium H. 546.
vellere opposito caelum nigrescit H. 909.
vena rebellis Ps. 142.
venatrix virgo *Diana* S. II, 495.
venerator A. 292.
venia ligni *beneficio* C. V, 94.
veniabile H. 935.
ventis eloquii tumere S. II, praef. 58.
ventosa ambitio H. 399, fama H. 437, subdolus arte A. 963.
vernans orbis C. XI, 62.
verrunt hiemem venti A. 663.
versatile letum Ps. 571.
versicolores aves H. 294.
versicolorus paries S. II, 56.
verticem revincta oleis P. IV, 55.
vertigine torta A. 202.
vertigo rotarum Ps. 414.
vervex caesus P. X, 187.
vesania sibi est hostis Ps. 160.
vesci dogmate A. 711, intus spe S. II, 1048.
vestigia antiqui moris S. II, 362.
vestirier Ps. 39.
veternum depellere C. XI, 64.
vexatrix hominum Ps. 58.
vexatus orbis P. IV, 82.
vexillifera Ps. 419.
via credendi Ps. praef. 1.
viae cicatricum P. X, 796.
viantem spoliare H. 208.
viantes C. V, 65.
vibrat inpexis lappis C. VIII, 42.
vicatim H. 403.
vice mirifica C III, 161, noctis tertiae C. VII, 126, pallioli P. III, 180, templi consecratum C. IV, 17.
vices convertere H. 890, variare ib.
vicibus certis C. V, 2.
vicinitas lucis C. I, 41.
vicinus dies praef. 5.
victibus parcis C. IV, 31.
victo ab ore S. I, 508, pectore C. VII, 57.
vile nil virtutem decet S. II, 752.
villoso corpore S. II, 301.
vincitur cura *minor est* C. VIII, 57.

vincla secli P. II, 584, corporis praef. 44.
vincula noctis C. I, 98, rumpere ib.
violare planitiem scrobibus Ps. 261.
virago ventosa Ps. 194.
vireta amoena H. 795.
virginalis partus C. VII, 2.
vir severae industriae C. VII, 67.
viscera dicata C. IV, 20, tenta ib. III, 175.
viscereus A. 1025.
visco vimina inlinere H. 807.
viscosus pastus inescat H. 822.
visibilis H. 78, gloria C. V, 158.
visibus integris P. XIV, 60.
vitalia C. IX, 63, plebis S. I, 535, rumpere Ps. 691.
vitea rura H. 227.
vitiabilis H. 215, A. 1045.
vittatus pontifex P. II, 525.
vivacius quaerere abdita S. II, 333.
vivax laus recolat P. IV, 159, flamma C. V, 17.
vivere [bibere] iustitiam Christi P. XIII, 32.
vivificare A. 166.
viviscere A. 902.
vix dum C. VIII, 10, P. X, 546.
vocator gentium P. II, 461.
volans vita praef. 22.
volubilis sol praef. 3.
volucer P. III, 170, currus S. II, 55.
volupe est, ut P. IX, 41.
volutabrum A. 905.
vorare haustibus C. IV, 45.
vortex rotat Ps. 95.
votiva mors P. II, 330.
votivo de ponte S. II, 295.
votivus dolor P. X, 1060.
votum est vobis *sqq. inf.* Ps. 393.
vulnificum acumen C. III, 49.
vulnificus morsus S. I, praef. 51.
vulsis nexibus P. V, 323.
vultuosus P, X, 172.

## Z.

zizania A. praef. 56.
zonae avulsae Ps. 633.

# INDEX

## RERUM ET NOMINUM IN ADNOTATIONIBUS ET PROLEGOMENIS EXPLICATORUM.

(Numeri paginas indicant).

### *A.*


*Abessalon* 153.
*abyssus* 115.
Acestes 263.
*acies candida* 450. — *Pompeianae* 106
*Aciselus* 341.
*actus* 124
*Adonis* 399.
*adpellare* 425.
*adversi ignes* 476.
*aedis* 329. — *aedes Laterani* 243
*aegis* 277.
*Aemilianus* 373.
*aenigma* 64. 312.
*aequor* 386.
*aerata facies* 299.
*aeris rudus* 113.
*aerius* 137.
*aes* 244.
Aesopus 390.
*aestuans* 23.
*aeterni gemitus* 163.
*agger* 295.
*Agnes* 463.
*agrestis cultus* 173.
Alaricus 279.
*Albanae portae* 450.
*allitus* 131.
*allŏphўlus* XVIII. 151.
*alpha et Ω* 53.
*altare* 48. 349. 391. — *ossibus impositum* 340.
*alter et alter* 383.
*alter homo* 19.
*altrinsecus* XVII.
*altum limen* 392.
*alumpni* 355. — *urbici* 331.
*alvus* 107.
*amabilis genitor* 243.
*amarus haustus* 21. — *amarum unguen* 98.
*amasionum fraudes* 397.
*Ambacum* prosod. 25.
*ambitus* 60.
*ambrosia* 15.
Amoenus XIV.
*Amyclae* 273.
Anacreon emend. 1
*anathemata* 149.
Anchises Phrygius 224.
*angeli* X. — *angelus non genitus* 120.
*anguis* 390. — *anguis effigies* 20.
Anicius 241.
*anile dogma* 373.
*anima* 121. 461. — animae natura 257.
annus natalis Prudentii II. — *annus plenus* 454. — *anni primi* 465.
Antidicomarianitae 176.
*Antinous* 229.
*antra Apollinis* 229.
*Anubis* 91. — *latrator* 272.
*apis inscia connubii* 17.
*Apollo torquetur* 109. — *Apollinis antra* 229.
Apotheosis VI.
appositio 141.
*aquila* 395. 200. — *eburnea* 232.
*ara* 48. 391.
Arcadius 250. 277.
archaicae formae et vocabula XVII.

*arcus* triumphalis 273. — Constantini 239. — Titi 105. 148.
*area* 386.
Arius 202.
*armaria* 99.
*armorum domini* 250.
*ars* 418.
arsis XVII.
*artifex* 428.
*artus circulus* 66.
*arundo* 152.
*arx* 313. — *Hibera* 372. — *Numae* 221.
*Asclepiades* 390.
*asper* 332.
*aspis* XVIII. 215.
*atria* 28.
*Attis* 252.
*augustum sidus* 137.
*Augustus* 313.
*aula* 330.
*aureae coronae* 318.
*aurum imaginis* 89
*avis* 400.
*ăzўmon* XVIII.

*B.*

*Băal* 79.
*Bactra ultima* 109.
*balsama* 31. 450.
*barbarici sinus* 89.
*bardus* 96.
Barulas 418.
Bassus 241.
*Bēlia* et *Bēlia* XVIII.
*beluinae fauces* 45.
*bĕryllus* 209.
*bestia capax* 38.
*bibere* 460.
*bidens* 128.
*bimaris* 265.
*bina tropaea* 454.
*bis* 369. — *bis quino* 423.
*bisulcae ungulae* 304.
*bivium* 161.
*bosphoreum iugum* 33.
*botryon* 150.
*brachia palmitum* 214.
*Brennus* 274.
*brutum scitum* 353.
*bustualis* 55.

*C.*

*caecitas luli* 325.
*caelo reportans gloriam* 58.
*caementa* 260.
*caenacula* 243.
*Caesarauguste* 341.
*caespes* 352. 397.
caesura 159. 219. 234. — duplicata XVIII.
*Caius* 349.
*calami Gnosii* 29.
*callere* 67.
*caltha* 31.
*calumpnia* 432.
*campus Romuleus* 225.
*camurus* 457.
*candidatae victimae* 406.
*candidulus grex* 20.
*candidus* 23. — *candida acies* 450. — *Massa* 462.
*canina facundia* 146. — *caninum caput* 265.
*Canis* 401. — *canis miles* 93.
*Canopicus* 334.
*Canopus* 290.
*capax bestia* 38.
*Capitolia* 225.
*captivus* 264.
*caput caninum* 265. — *insanum* 320. — *niveum* 447.
*cariosa vetustas* 64.
*carmen pedestre* 486. — carminum Prud. indoles XVI.
carnibus quadrupedum abstinuisse priscos Christianos 16. — *carnibus reorum pasti* 354.
Carpocrates 176.
*Cassianus* 343. 383.
*castrenses portae* 200.
*catamitus* 220.
*catasta* 410. — *ignea* 304.
*catenae* 397.
*cathedra* 325.
Cathemerinon liber V.
*causae supplicum* 302.
causarii 302.
*cauter* 412.
*Cecropia mella* 17.
*cella* 242.
*censura* 320.
*cepe* 287. 401.
*cera* 244.
*cerauna* 192.
cereus paschalis 26.
Cerinthus 176.
*Chalcedon* XVIII.
*Chananeus* trisyllabum 147.
*chaos* 27. 334.
*charaxare* 414.
*chărisma* 81. 296. 461.

*chartulae* 305.
*Chelidonius* 301.
*chelydrus* 223.
*chirographus* 305.
*Christipotens iuvenis* 280.
*Christus Deus* 268. — *verus* 38.
*cinctus Gabinus* 434.
*cingulum* 303.
*circi vesania* 145.
*circulus artus* 66.
*citharoedus* 272.
*civica corona* 330.
*civitas diruenda* 43.
*claudi* 377.
*Claudia* 329.
*clausus muliebris oris* 396.
*clava* 146.
*Cloacina* 91.
codices XXII.
*cognitor* 398. 415.
*colla trilinguia* 19.
*Collina porta* 278.
*color* 9.
*columba* 338. 471.
*columpna* 483.
*coma* 51. 98.
*comes* 280.
*cometa tristis* 72.
*comis* 299.
conceptio immaculata Mariae 120.
*conciliabula* 113.
*concinere* 54.
*concinna* 320.
*concretus* 108.
*conditio* 138.
*conditor aureorum temporum* 398.
*conditus* 464.
*confundere* 450.
*congeries* 23.
*connubii ius* 276.
*consecrare* 177.
*conspectus* 464.
Constantinus 235. 240. 326. 456.
Contra Symmachum libri XIII.
*contristare* 98.
*corniger Hesperidum* 275.
*coruix* 96.
*corona* 341. — *aurea* 318. — *civica* 330. — *duplex* 464.
*corporis latebrae* 354.
correptio syllabarum 4. 133. 135. 166. 209. 474.
*cortina* 101.
*corvus* 274. — *Eliae* 365.
*Corybantes Dictaei* 271.
*corymbi* 402.
*Cossus* 308.
*Cous murex* 46.
*Crassus* 274.
*crates* 337. — *lutea* 52. — *tabiflua* 120.
*creatrix procerum* 349.
*credendi via* 169.
*Crementius* 349.
*crinis odorus* 337.
*cruris figura* 39.
*cruenta poma* 86.
*cruor* 383.
*Cucufatus* 342.
*cui* monosyllab. brev. XVIII.
*culleus* 366.
*culmen* 5. 6. 150.
*culter* 436.
*cultus agrestis* 173.
*Cumae* 102.
*curia Euandria* 241. — *Iulia* 213.
*curulis sella* 232.
*curvare genua* 11.
*Cybele* 224. 395.
*cygnus stuprator* 399.
Cynici 146. — *Cynicus hircosus* 92.
*Cyprianus* 341. 458.

## D.

*daemon* XVIII. — *daemones* 306. — in aere versantes 6.
*dampnum legale* 413.
*dapes* 449. — *inemptae* 24.
Datianus 351.
*de* 82.
*decemplex* 469.
*Decius* 278.
*decolor pubes* 29.
*dedere perfidiae* 444.
*dedita pecunia* 311.
*defieri* 26.
*dentium pecten* 430.
*deorsum* 354.
*Deucaliones* 95.
*Deus* 207.
diabolus 137.
*dicata virginitas* 465.
*Dictaei Corybantes* 271.
*dies natalis* 450. — dies nat. Christi celebratus 66.
*Diespiter infans* 286.
*digerere* 99.
*digiti eminuli* 336.
*dilancinatus* 356.
Diocletianus 352.
Dionysius Alexandrinus VII.
*diruenda civitas* 43.
*discipulus summus* 247.

*discutere* 4.
disiuncta vocabula coniunctim scripta 434.
*dispăr* XVIII.
dispensum 243.
*dissonus* 59.
*ditiones* 379.
*Ditis sacraria* 233.
Dittochaeon XIV.
*diverticulum* 286.
Docetae X.
*dogma anile* 373. — *dogmate vesci* 113.
*domina ecclesia* 78.
*domini armorum* 250.
*dracones* 29. 303.
*duae lunones* 230.
*duitae* XVIII. 130.
*dulces undae* 77.
*ductor* 272. — *Trinacrius* 263.
*duplex corona* 464. — *sexus* 396.

## *E.*

e pro *ae* (*αι*) XVIII. 4. 39. 44. 92. 97.
*eădem* XVIII.
Ebion 176.
Ebionitae VIII. 106.
*eburnea aquila* 232.
*ecclesia domina* 78.
editiones XXII.
*editus verbo* 67.
educatio Prudentii III.
*effusus* 75.
*Eleazar* 64.
*Elia* 41. — *Eliae corvus* 365.
*Emanuel* 47.
*Emerita* 332.
*Emeterius* 301.
*emicare* 468.
*eminuli digiti* 336.
enallage 22.
*Eneratis* 346.
*energĭma* XVIII.
*enigmata* 97.
*Eoum sidus* 12.
epexegesis 343.
*ephebus* 402. 397.
Epiphania 71.
epitaphium Severae martyris 268.
*Epona* 91.
*epulae innocuae* 16.
Equiria 225.
*erĕmus* XVIII. 474.
*Esaias* 108. 369.
*ĕthicus* XVIII.
*Euandria curia* 241.
*Eulalia* 331.
*Evander* 263.
*executor* 459.
*exercitus*, *exerciti* 6.

## *F.*

*faber* 125.
*Fabius* 282. — *Fabii* 274.
*fabula* 129.
*faces* 174. 374.
*facessere* 13. 111.
*facies aerata* 299.
*facundia canina* 146.
*falsus* 404.
*fasces* 334. 439.
*fasti* 244.
*fastidia* 68.
*fatiscens* 40.
*fauces beluinae* 45.
*fax* 83.
*Febris* 136.
*Felix* 342.
*fera* 25. — *ferae* 145.
*feriae paenarum* 32.
*ferrugo* 56.
*ferula* 1.
*ferus* 333.
*festum* 40. 50.
*ficulna tegmina* 471. — *ficulnus stipes* 96.
*fidele* 409.
*fidiculae* 411.
*figurae* 35. — *fig. crucis* 39.
*flabilis* 406.
*flatus* 5.
*flavicomantes* 104.
flectere genua 11.
*flere* 8. 28.
florum usus ad exornanda sepulcra 65.
*fluens* 44
*fluvius* 379.
*foci occulti* 325.
*focos struere* 215.
*folium* (malabathrum) 32.
*fons* 302. 382. *fons ruber* 303.
*fores* 101.
*forma* 6.
formae archaicae XVII.
*fornix* 469.
*fossor* 128.
*fratres* 373.
*fraudes amasionum* 397.
*freti tergum* 248.
*frigida saxa* 65.
*Fructuosus* 371.
*fructus sanguinei* 86.

*frustrā* XVIII.
*fucus* 446.
*fulgidus* XVII.
*fumosa numina* 79.
funambuli 145.
*fundi venditi* 311.
*fur* 397.
*furiae* 173.
*furiata lues* 333.
*furta moechorum* 397.
*fusus* 53.
*futurus princeps* 326.

## G.

*Gabinus cinctus* 434.
*Galaulas* 284
*Galerius* 378.
*Galli* Matris magnae sacerdotes 272. 398.
*gallicinium* 4.
*gallus* 5. 92.
*gāneo* XVIII.
*gaudia* 453. — *pia* 32.
*gemini levitae* 371. — *triones* 33. — *geminus tyrannus* 235.
*gemitus aeterni* 163.
*gemmae* 342. — gemmarum explicatio symbolica 209.
*Genesius* 342.
*genialis* 20. — *hiems* 339.
*genitalis sedes* 65.
*genitor amabilis* 243.
*genitus* 120.
*gens Levitis* 194. — *pagana* 69.
*genua curvare* 11.
*genus proprium* 98.
*Geticus tyrannus* 279.
gladiatoria munera 233.
*gladius* 37.
*globus* 426. 405.
glossae XXIV.
*Gnosius* 29. 417.
Gnostici 116. 131.
*Goliath* 161.
*Gothi* 279.
*grabatum* 123. 304.
*Gracchi* 242.
*gradatim* 67.
gradilis panis 243.
*Gradivus* 224.
*gradus* 243.
*grando* 394.
*grex candidulus* 20. — *turifer* 95.
*gypsum* 236.

## H.

*haberi alicuius* 3.
*habet* 175.
Hamartigenia XI.
*haurire* 415.
*haustus amarus* 21.
*hebenum* 12.
*hecātombe* XVIII.
*hĕresis* 4. 133.
Hermogenianus Olybrius 241.
*heros* 377.
*herus* 90.
*Hesperia* 468.
heterosis 20.
hiatus XVIII, 76 144. 256. 387.
*Hiberi* 463. — *Hibera arx* 372. — *terra* 302.
*hic* 72. — *hic: ille* 10.
*hiems genialis* 339.
*Hiĕrūsālem* 207.
*Hippolytus* 440. 445.
*hircosus Cynicus* 92.
*hirta* 386.
*hiulcus* 410. — *hiulci ictus* 355.
*homo alter* 19.
Homuncionitae VIII.
Homusionitae 116.
*honor* 228.
Honorius 250. 277. 280.
*horae lucinae* 259. — *hora nona* 50. 374. — horae, in quibus preces erant offerendae 4. 9. 13.
*hortatu lactare* 50.
*hydrae* 402.
hymnista 307.

## I.

*iacere* 406.
*Iacob* 12.
*iaculorum nubes* 178.
*Ianiculum* 443. — *Ianiculi mola* 291.
*Ibis* 401.
*ictus hiulci* 355.
*Idaliae rosae* 272.
*idōlium* XVIII.
*idōlolatrix* XVIII.
*ignea catasta* 304.
*ignes adversi* 476. — *Vestales* 290.
*iecur* 21. 318. 469.
*Iesus*, vox bisyllaba XVIII. 8. — *Iesus verior* 78.
*Iliaca mater* 245.
*imaginis aurum* 89.
*impār* XVIII.
*improba virgo* 109.

*imus stirps* 98.
*in mediis fascibus* 334.
*inane* 64.
*inauratus limbus* 274.
*incerare* 102. 147.
*indigens* c. abl. et gen. 24.
*indocilis* 18.
indoles carminum Prud. XVI.
*indomabilis* XVII.
*indueiae* 313.
*indumenta* 375.
*inemptae dapes* 24.
*inenarrabilis urbs* 330.
*inergima* XVIII.
*inervatum* 256.
*inexplicitus* 20.
*infrequens* 358.
*infulatus* 53.
*inlita saxa* 226.
*inludere* 142. — *inlusus* 468.
*innocuae epulae* 16.
*innuba* 19.
inormis 256.
*inpendi* 424.
*insanum caput* 320.
inscriptio antenicaena 268.
*insistere* 249.
*intacta anus* 319.
*intestabilis* 392.
*inurere* 292.
*involucris* XVIII. 28. 166.
*Ioannes* recto casu 166.
Ioseph 36.
*ira Iunonis* 399.
Irenaeus VIII.
*Isis* 245. 334.
*Israelis posteri* 303.
*Ister* 279.
*istud-illud* 115.
Iudaei VIII. 97.
*iudex* 465.
*iugum bosphoreum* 33.
*Iuli caecitas* 325.
*Iulia lex* 398.
Iulianus Apostata 102.
*iunceus* 337.
*Iunonis ira* 399. — *Iunones duae* 230.
*Iupiter Stator* 408. — Iovis Ammonis oraculum 102.
*iurata sacra* 190.
*iurgia* 2.
*ius connubii* 276. — *iura bene conditа* 63. — *iusta libra* 341.
*iustitium* 30.
*Iustus* 343.
*iuvenis Christipotens* 280. — *pudicus* 252. — *Thebanus* 222.

## *L.*

*labarum* 238.
*labor paenalis* 315.
*Lacedaemon* XVIII.
*lactare hortatu* 50. *lactans* 109.
*lacteolus* 338.
*lammina* 352. 412. 449.
*lampas Christi* 175.
*lana* 404.
*lancinari* 410.
*lapis* 150. — *nigellus* 396.
*lappae* 51.
*Larentina* 274.
*lares Palladii* 328.
*latebrae corporis* 354.
*Laterani aedes* 243.
*Latiaris* 234.
*Latina* porta 235.
*latrator Anubis* 272.
*latro* 370.
*Laurentius martyr* 307.
*lavacrum mysticum* 372.
lavatio Matris Ideae 395.
*lavere* 339.
*Laverna* 287.
*legale dampnum* 413.
*lembulus* 366.
lemmata poetae operum 3.
*Lemnius* 399.
*leo* 153.
*Leontini campi sulcator* 291.
leprosus sanatus 54.
*lerna* 428.
*Lethaea vis* 35
*levis* 50.
*levitae gemini* 371.
*Levitis gens* 194.
*lex Iulia* 398. — *rubrica* 269. — *Scatinia* vel *Scantinia* 398. — *tartari* 8.
*liba inpia* 21.
*libra iusta* 341.
*Liburnae* 272.
*Libyci ruris arator* 290.
*Libystis ursa* 262.
Licinius 235.
*lignum* 31.
*limare* 48.
*limbus inauratus* 274.
*limen altum* 392.
*limus* 68. — *tabidus* 48.
*linea texta* 143.
*lingua* 422.
*liquescere* 40.

*liquidus* 257. 446.
*litterae* 417.
*Livia* 228.
*locus* 374. — *loca senta* 333.
*lotus* 103.
*Lucas* 124.
lucernarum usus 27.
*luci* 373. — *lucus pineus* 397.
*Lucifer* 137.
*lucinae horae* 259.
ludi 145.
Ludovisia Henrica 468.
*lues furiata* 333.
*lūgubris* XVIII.
*lumen* 33.
*Lupercalis* 286.
*Luperci* 328. 396.
*lutea crates* 52.
*luxuriae rabies* 459.
*lychnus* 27. 33.
*lymphaticum pecus* 55.

## *M.*

Maccabaei 422.
Macetes 273.
*maculae* 15.
*Maeander* 39.
*magno impete* 86.
magorum adventus arte effictus 73.
*maiestas* 84.
*malesuadus* 18.
*manceps* 362.
*mancum* 317.
Manichaei X. 117. 122. 202.
*mapalia* 171.
Marcion XI.
*maritus* 397.
marmorum genera 260.
Mars Gradivus 224.
*Martia sacra* 225.
*Massa candida* 462.
*mastigophori* 271.
*mastruca* 279.
*mater Iliaca* 245. — *matres* 63.
*mathēsis* XVIII. 288.
*Mattheus*, bisyllabum 122.
Maxentius 235.
*Maximianus* 335.
Maximianus Herculeus 351. 352.
*maximus* 351.
*Meander* 39.
*medicamen Sabaeum* 61.
*medicatus* 152.
*Megalesius* 287.
*mella Cecropia* 17.
*membra humana Dei* 119.
*Memphitis* 149.
*menstrualis sphaera* 414.
*Mentor* 402.
*mera maiestas* 85.
*meritoria* 160.
*merum perfusum* 376.
*metari* 448.
metonymia 207.
*metrum renuens* 348. — metra Prud. XX.
*mirmillo* 283.
*mitis unda sternitur* 54.
*mobilis* 28.
*moechorum furta* 397.
*mola* 336. — *Ianiculi* 291.
monogramma Christi 235. 238.
*mors prima et secunda* 37.
*morsus* 360.
mortis Prudentii tempus IV.
*Moÿses* XVIII. 29.
*muliebris oris clausus* 396.
*mulier* 19.
*Mulvius* pons 238.
*mundare* 119.
*mundialis* 8.
*mundus* 24. — *mundi patroni* 302.
*munera* 341. — gladiatoria 233. — mun. quibus Prud. functus est III.
*murex Cous* 46. — *murices* 366.
*murmur* 299. 302. 329.
*mutus* 69. 441.
*Myron* 401.
*mysteriarches* 321.
*mysticum lavacrum* 372.

## *N.*

*nardus* 69.
*natalis dies* 450.
*natura* 117.
*natus* 53.
*neaera* 223.
*nectar* 15. 323.
*neniae* 67.
*Nero* 278.
*ni* 1.
*nidor* 323.
*nihil* pro *nil* 9.
*nigellus lapis* 396.
*nimbus telorum* 178.
*ninguidus* 31.
*niveum caput* 447.
Noetus VI.
*nomen supra omne nomen* 37. — nomen Prudentii II. XIV. — no-

mina in *men* et *amen* desinentia XVII.
nominativus pro vocativo 345.
*nona hora* 50. 374.
*nostra urbs* 377.
*notae piatae* 43.
*nova numina* 265.
*Novatus* 442.
*novellum seculum* 68.
*nubere* 397.
*nubes iaculorum* 178.
*nudare plantas* 395.
*nugator* 10.
*Numae arx* 221.
*numen rutilans* 19. — *numina nova* 265.
*numerus* 441. — numeri mystici 171.

## O.

*obliquus* 205.
*obliviale poculum* 34.
*occasum resolvere* 58.
*occulti foci* 325.
Octavianus Caesar 272.
*odor* 462. — odorum in conviviis usus 14.
*odorus crinis* 337.
*oleum* 145.
*ollae* 401.
*olli* XVII.
Olybrius 241.
opera Prudentii V sqq.
*oppidum* 362.
Ops 245.
oraculum Iovis Ammonis 102.
*orarium* 306.
*orator* 370.
*orbis Persicus* 72.
*organa* 89.
*orgia* 310.
*ornatus* 141.
*Orpha* 161.
*oscula* 450.
*ossibus impositum altar* 340.
*ostia* 443. 448.

## P.

*paenalis labor* 315.
*paenitet* 189.
*pagani* 237. 403. — *pagana gens* 69.
*pagina* 385
*pagus* 237. 245. 403.
*palaestra* 346.
*palatia* 282.
*Palatina saxa* 225.
*palla* 134.
*Palladii lares* 328.
*Pallas* 259.
*palmae* 24.
*palmula* 367.
*palpare* 50.
*palus* 454.
*pangere* 387.
*panis* 243. — panis gradilis 243.
*parabsis* 195.
*parāclītus* XVIII.
*parens orbis Poeni* 344. — *patriae* 218.
*parra* 274.
*parvus* 43. 113.
*pascere pullos* 395. — *pasci* 24. — *pastus* 372. — *pasti carnibus reorum* 354.
*pastor* 456.
*pastus* v. *pascere*.
*pater patriae* 268. — *patrum prosapia* 69. — *patres quidam* 327.
*patria* 344. — *patriae parens* 218.
patria Prudentii II sq.
*patriarcha* 36.
Patripassiani VI. 84.
*patroni martyres* 331. — *patr. mundi* 302.
Paullinus 241.
*Paulus* 342. 453.
*peccator* 70.
*pectorum rubigo* 48.
*pecten dentium* 430.
*pecus lymphaticum* 55.
*pedestre carmen* 486.
*Pelusiacus* 29.
*pennae rutilae* 251.
*per solis ignem* 415. — *per soporem* 36.
*percensĕre* XVII.
*perfidiae dedere* 444.
*perfusum merum* 376.
Peristephanon liber XIII.
*Persicus orbis* 72.
*persultans* 445.
*petra* 27.
*Petrus* 7. 243. 453.
Phaedrus 390.
Phantasiastae X.
Phantasmatici 202.
*phantasma* 122.
*Pharos* 30.
*phaselus* 368.
*Phidias* 402.
*philippi* 312.
philosophorum de deo sententia 92.
*Phlegethon* 22.

Photiniani 176.
*phrenēsis* 135.
*pia gaudia* 32.
*piamina* 54.
*piatae notae* 43.
*Picus* 227.
*piger* 20.
*pignora* 63.
*pineus lucus* 397.
*plantas nudare* 395.
Plato 202. 218.
*plectrum* 52.
*plenus annus* 454.
*plumbum* 393.
*plumeus* 142.
pluralis numerus contemptim pro sing. 95.
*poculum* 373. *poclum obliviale* 34.
*podium* 299.
Polentia 280.
*Pollentinus* 280.
*pollex conversus* 298.
*Polyclitus* 401.
*poma cruenta* 86.
*pomeria* 448.
*Pompeianae acies* 106.
*Pompilius* 408.
*pons Hadriani* 457. — *Mulvius* 238. — *votivus* 262. — *pontis texta* 435.
*porrum* 287. 401.
*porta Collina* 278. — Latina 235. — *portae Albanae* 450. — *castrenses* 200.
*portus* 214.
*posteri Israelis* 303.
*potentia* 422.
*potesse* 424.
*praecluens* 24.
*praeco* 7.
*praeesse* 309.
*praefectus* 310.
praeficae 63.
*praelia* 214.
*praetexta toga* 2.
Praxeas VI.
*primitiae* 263.
*primus scriptor* 96. — *primi anni* 465.
*princeps* 217. 235. 456. — *futurus* 326. — *principis salus* 433. — *principes* 325. 352.
*principalis vita* 409.
Priscillianistae VI.
*prò* 433.
*procerum creatrix* 349.
*procinctus* 271.
*proconsul* 460.
productio syllabarum 81. 119. 159. 219. 234. 386. 461.
prolepsis 144.
*properandus* 163.
*proprium genus* 98.
*prosapia patrum* 69.
*prospicere* 13.
*provida virtus* 178.
Prudentii vita I sqq. 1. 2. 332. — nomen II. XIV. — annus natalis II. — patria II sq. — educatio III. — munera III. — tempus mortis IV. — opera V sqq. — carminum indoles XVI sqq. — metra XX.
Prudentius aliorum hominum nomen XVI.
Psychomachia XII.
*pubes decolor* 29.
*pudicus iuvenis* 252.
*puella* 272. 342.
*puer* 418. — pueri tres igne probati e vitro antiquo delineati 89.
*pulvinar* 357.
*pullos pascere* 395.
*pupŭgerat* 386.
*purgari* 469.
*pusio* 67.
*Pyrrha* 408.

## *Q.*

*quaesitor* 37.
quantitas verborum v. syllabarum productio.
*quidam patres* 327.
*Quirinalis toga* 324.
*Quirinus* 378.

## *R.*

*rabies luxuriae* 459.
Radagisus 279.
*raptare* 10 sq.
*rasiles scopuli* 334.
*raucus* 389.
recensiones duae carminum Prud. XXIV.
*receptor* 76.
*rĕcidere* 119.
*refectus* 422.
*regina* 151.
*regio* 318. 390. — *regiones* urbis Romae 291.
*Remus* 262. 324.
*renidere* 355. 421.
*renuens metrum* 348.

*reorum carnibus pasti* 354.
*repertor orbis* 23.
*resolvere occasum* 58.
resurrectio corporis 64. 126.
*revinctus post terga* 148. — *sertis* 435.
*revocare* 64.
*rex* 54.
Rhodos Veneris filia 270.
*rhomphealis* 44.
*ridere* 23.
*rimari* 410.
*ritus rudis* 351.
*rogus* 374.
*romphaea* 357.
*Romuleus campus* 225.
*rosae Idaliae* 272.
*Rostra* 443.
*rotare* 1. 67.
*rŭbigo* XVIII. 292. - *pectorum* 48.
*rubrica lex* 269.
*ructatus* 87.
*rudere* 315.
*rudis* 119. — *ritus* 351.
*rudus aeris* 113.
rumpia 44.
*rutilae pennae* 251.
*rutilans numen* 19.

## *S.*

*Sabaeum medicamen* 61.
*sabbata* 124.
Sabelliani VII.
Sabellius 90.
*sacerdos* 53. — *summus* 431.
*sacra via* 226.
*sacramentum* 389.
*sacrare* 422. 429. 460.
*sacraria Ditis* 233.
*sacrum* 299. — *sacra iurata* 190. — *Martia* 225. — *Tarpeia* 354. — *Taurica* 234.
Saguntum 362.
*Salaria* via 235.
*Salias* 3.
*Salii* 222.
*Sallias* 3.
*Sallyas* 3.
*salus principis* 433.
Samosateni 176.
*sanguineus fructus* 86.
*sanguis* 211. 476. — *sanguinis humani spectacula* 145.
sarabora 89.
*sarcophagus* 22.
*Sardinia* XVIII.
*satelles* 376.
*sator primus credentium* 73.
*saxa frigida* 65. — *inlita* 226. — *Palatina* 225.
*Scabies* 136 sq.
*Scantinia* vel *Scatinia lex* 398.
*scaturiens* 414.
*scintilla* 163.
*scitum brutum* 353.
*scopulus* 381. — *scopuli rasiles* 334.
*Scotus* 92.
*scribi* 313.
*scriptor primus* 96.
*scrobis* 129.
*scutulae* 142.
Scythae 262.
*secta* 81.
*seculum* 331. 396. — *novellum* 68.
*secutor* 298.
*sedes genitalis* 65.
*sella curulis* 232.
senatus consultum 244.
*senex* 442.
*senta loca* 333. — *rubus* 86.
*sentix spinosa* 296.
sepeliendi mos 22.
*seps* 217.
*septem* 351.
*septemplex* 42.
*septenarius numerus* 42.
*septimus* 122.
*sepulcrum* 340. — *sepulcra floribus exornata* 65.
*sequestrare* 63.
*sertis revinctus* 435.
Severae martyris epitaphium 268.
*sexus duplex* 396.
*sidus* 72. — *augustum* 137. — *sidera* 109.
*sigilla* 395.
siglorum explicatio LXV.
*signatores* 74.
*signum* 40. 399. 417.
signum pro signato 109.
*silicem terere* 243.
*Siloa* 111.
*simia* 400.
*Simon* 247.
*simplex* 11.
*simpuvium* 328.
*Sirius vapor* 72.
*Siscia* 378.
*situs* 6. 413.
Sixtus 309.
*söcordia* XVIII.
*söcors* XVIII.
*solum* 19. 381.

*somnus* 61.
*sophia* XVIII.
*sopor* 36. — *sopor urget* 61.
*spectacula sanguinis humani* 145.
*sphaera menstrualis* 414.
*sphera* 92.
Sphinx 263.
*sphragitis* 437.
*spiculum* 9.
*spinosa sentix* 296.
*spirare* 68.
*spiritus* 353.
*Stator* 408.
*stella* 71.
*stemma* 43. 429.
*Sterculus* 325.
*sterilis vacca* 233.
Stilico 280.
*stipes* 404. 407. — *ficulnus* 96.
*stirps imus* 98.
*strepere* 5.
*strophae* 82. 320. — *str. inserta* 27.
*strophium* 251. 342.
*struere focos* 215.
*sub ferulis* 1. — *sub honore* 228.
*subsellia* 391.
*substantia* 42.
*Suburra* 443.
*sucina* 332.
*suculentus* 409.
*sudare* 273.
*sudus* 43.
*suffragantes* 302.
*summus discipulus* 247. — *sacerdos* 434. — *summum corpus* 206.
*supellex* 486.
*superstes turba* 63.
*supplicium venale* 145.
*supplicum causae* 302.
*sursum ac deorsum* 354.
*suspicere* 19. 78.
syllabarum productio et correptio XVII sq. 4. 81. 119. 133. 159. 166. 207. 234. 386. 461. 474.
*syllogismi* 82.
Symmachus XII. 213.
*Syrtes* 102.

## *T.*

T littera 171.
tabellae 385.
*tabulae aequore levi* 449.
*Tarpeia sacra* 354. — *simulacra* 104.
*tartari lex* 8.
*Taurica sacra* 234.
*tegmina ficulna* 471.
*telorum nimbus* 178.
*tempestas* 384.
*templum* 314. 451. — *nostrum* 105. — *templa* 338.
tempus mortis Prudentii IV.
*tepidus* 118.
*terere silicem* 243.
*tergum freti* 248.
*terminus* 293.
*terra Hibera* 302.
Tertullianus 176.
*tetrarches* 36.
*texta linea* 143. — *pontis* 435.
*Tharsi* 44.
*Thascius* 462.
*Thebanus iuvenis* 222.
Theodosius 235. 240. 326. 456.
thesis XVIII.
*Thessali* 427.
Thrax 288.
*Tingis* 343.
*titulus* 364. 456.
*Titus* 105. — Titi arcus triumphalis 105. 148.
*toga praetexta* 2. — *Quirinalis* 324.
*togatus* 10.
*tollere* 77.
*torquere* 100.
*trabea* 232.
*tria* 80.
*tridens* 299.
*trilinguia colla* 19.
*trina potestas* 252.
*Trinacrius ductor* 263.
trinitas VI.
*Triones* 231. — *gemini* 33.
*Triptolemus* 290.
*triste* 28.
*tristis* 98. 154. — *cometa* 72.
*Tritonia noctua* 274.
*triumvir* 268.
*Trivia* 233.
*Troicus error* 325.
*tropaea* 337. — *tropaea bina* 454.
*Tros* 227.
*trulla* 403.
*turba superstes* 63.
*turbo* 344.
*turifer grex* 95.
*tus* 352. 429.
*Tuscus* 263.
*tyrannus geminus* 235. — *Geticus* 279. — *tyranni* 218.

## *U.*

*ultimus* 406. — *ultima Bactra* 109.
*ululamina* 63.

*ulva* 115.
*umbones aequi* 450.
*umbrae* 38.
*unctor* 96.
*unctus* 103. 346.
*undae dulces* 77.
*unguen amarum* 98.
*unguis* 317.
*ungulae bisulcae* 304.
Unionitae 90.
*urbici alumni* 331.
*urbs* 150. 205. 217. — *nostra* 377. — *inenarrabilis* 330.
*urget sopor* 61.
*ursa Libystis* 262.
ursi 72.
*ut* 43.
*utrāque* XVIII.
*uxor* 397.

## *V.*

*vacca sterilis* 233.
*vagūs* 159.
Valentia 362.
*Valerii* 344.
*vapor Sirius* 72.
*vas* 48.
*Vascones* 306.
*vasculum* 361.
*venale supplicium* 145.
*venditi fundi* 311.
*venia* 31.
*verbera* 232.
*verbigena* 14.
*verbum* 176. — *verbo editus* 67.
*verior Iesus* 78.
*vernulae* 170.
versiones LXII.
*versipellis* 82.
versus inserti 122. 130. 138. 164. 199. 203. 233. 238. 256. 275. 334. 487.
*verus Christus* 38.
*vesania circi* 145.
*vesci dogmate* 113.
*Vestales ignes* 290. — *virgines* 297.
vestes albae baptismate renatorum 20.
*Vettonia* 339.
*vetustas cariosa* 64.
*via credendi* 169. — *sacra* 226. — *Salaria* 235.
Victoriae imago 251.
*Vincentius* 350.
*violae* 65.
*violenta* 346.
*vipera* 154.
*virga* 36. 221.
Virgilium imitatur Prudentius 189. 252. 273. 339.
*virginitas dicata* 465.
*virgo* pro *filio* 20. — *improba* 109. — *virgines Vestales* 297.
*virtus non intellecta* 148. — *provida* 178.
*vis* 67. — *Lethaea* 35. — *vocis* 430.
*vita principalis* 409.
*vitalis* 56.
*vivax* 439.
*vivere iustitiam Christi* 460. — *vivere* pro *victura esse* 22.
vocabula archaica XVII. — disiungenda coniunctim scripta 434.
*voluptas* 50. 300.
*vomere* 450.
*votivus pons* 262.
*vox* 430.
*Vulcanus* 323.
*vulnera* 384.

## *X.*

*Xystus* 308.

## *Z.*

*Zoellus* 341.

# SUPPLENDA, MUTANDA, CORRIGENDA.

## PROLEGG.

Pag. III not. 4), 20 scr. Arnold (Kirchen- und Ketzerhistorie I, p. 145, Franckfurt a. M. 1700) — VI not. 4), 17 Röhr kritische Predigerbibliothek XXIII, p. 691." — XXIV not. 6) 2 . . . . . ap. Weitz. II p. 449.

## CARMINUM TEXTUS.

C. IV, 101. Christe deus — V, 157. genitum sume, Pater, tuum, — VI, 110. dele est — VII, 194. Deusne — VIII, 36. interpunctio post silvae tollenda — IX, 48. fetidum — X, 20. post resurgant puncto distinguas — 128. punctum post credo locandum A. 218. ante — 455. augustum — 651. 652. magnis aequora — 899. si culpae — 1055. crede H. praef. 4. Deo — 46. deorum — 47. Deum — H. 28. 29. (in quo Christus inest: idem quoque plenus et unus) qui viget ac viguit — 59. cui per — 95. deorum — 535. pone post auras virgulam — 628. proh Ps. praef. 246. Simplicitas — 258. 259. Fraus — Fraus — 328. inlex — 447. cunque — 546. paena — 799. Immo — 827. quattuor — 833. aquilonis S. I. praef. 49. adflictosque — S I, 34. aetheriae — 274. dei — 605. pone virgulam post unum — 650. sed — S. II. 219. de palmite sucum — 565. omina — 694. vagus — 792. secius P. I, 76. ne — II, 13. non — V, 574. sit — X, 303. circulator — XIV, 110. tolle virgulam post est.

## NOTT. CRITT.

C. praef. not. introduct. 11. *Liber Cathemerinon incip.* — Vs. 11. *Ac* Sich. tres (typothetae errorem Sich. p. Sich. usque ad pag. 144. constanter repetitum suo loco velim emendes). — 22. 21 ordinat o — 22. ex T: lectio — 25. in fine *michi* ϑ — 36. *concelebrat* 1 c — C. I, 89. *friuula* α — 96. *nichil* a — II, 59. *et fuscis* coni. Nebr., *fuscis* E (non Laur.) et ita legi vult ex vetustissimo libro Gis. et Heins. Cham. (non Cell.), des. *fucis* in o. Fucus = fraus et insidiae. Cfr. Donat. ad Terent. III, 5, 41. — 99. *Nichil* — 100. *nichil* — III, 21. 40. *michi* — 71. *michi cecropia* — 95. *michi* — IV, 59. *Ambacum* — V, 14. [Cfr. supra IV, 13 et 25] — 59. *purpurea* b — 114. virgula post parenthesin incid. — 147. *phosporeum* Fabr. Gis. — VII, 52. *futuro* — 129. *Falsosque* q — 173. *Prospere* supra *t prosper* q — 220. *centiplex* α u Weitz. — IX, 11. *cognominatur* 1 b — 79. *sordibus* 1 a — X, 9...16. sub finem *Quia cuncta* cett. — 17. *Hac* o — 60. Rat. (supra *l* urget). quae vocc. post margo trium Sich. delenda — 67. [Cfr. Catull. Epigr. C, 8 *tristes munera ad inferias*, Virg. Aen. III, 301 *tristia dona*] — 151. *regine* o — 154. *ut illa Lazari* Put. — 165. *obtime* o — 172. ΡΕΡΙϹΘΗΦΑΘΩV. (sic) . . . . . *Incipit liber* II. ΠΕRICTΕΦΑΝΩN — XI, 42. oppressa — XII, 170. Gell. XV, 15 A. not. introduct. lemmatis 15: Indicatur — not. introduct. ipsius A. 11: 1063...1084 — 27. Cell., — 232. Put. 1 Weiss. α . . . — 383. *triplici* 1 Rat. — 407. *solve lat.* — 565. *mundum, quod* — 604. 1 α — 623. *Palentes* a — 684. membranis — 800. *simulatio* T Gis. — 837. (non Weiss.) Obb., qui — 937. Post 937..... Put. — 998. *l corde* a.

— 1003. *per quae* m — 1055. *uel ad esse* H. praef. 12. *recte* A E P Laur. a u Ald. Lugd. . . . . *recta* Prag. α m Sich. tres . . . . — 45. 1 m Ald. Lugd. (utrobi *seperans*) . . . . Laur. ú — H. 76. in Fabr. — 191. *regeret* — 318. *abdidit* 2 α a . . . . — 336. *opertu* Berg. ap. Weitz. — 394. *circumsedet* 1 A. . . . — 488. *quem aerato* A R T3rr. — *Arietat insiliens. nec* . . . . O a u — 702. Cort. I. I. II, 106 — 777. [Vid. A. 438. 442. Claud. cons. Hon. IV, 144 *taciti Delphi*] — 858. (*Consiliis* Chor. Poett.) — in fine *Exclusis* . . . . 881. in fine *tile* a. Ps. 62. *mihi* o — 137. *ad scapulum* e — 165. Heins. (in Add.) — 172. *globum* B Sich. tres . . . . — 391. *rediviva* R Ald. Lugd. . . . . — 431. *horrificos* . . . *haustu* — 532. *ꝑsside* f — 593. *raptam* P, — 681. Versus est ultimus in r. — 712. *aerius et de* ⅋ cum relqq. nostris codd., — 769. *summado lab.* R (ap. Obb.). S. I. Praef. 41. *dextram* 1 α m — S. I, 60. *incoestas* u Ald. Lugd. . . . — 118. *efferbuit* a — 126. *haustum* 2 a — 191. *quot* coni. Arev. — 223. . . . T α Ald. Lugd. — 438. *laminis* . . . . α m Ald. Lugd. — 482. *molbius* Laur. 2 α — 497. *Prodigia et larvas solido* ed. Obb. — 551. *Amniadum* Prag. — 555. *abaula* B W — 579. [Cfr. A. 1084] — S. II. Praefatio. 20. . . . *obambulat* 1 Rat. — 30. vocc. (i. e. cod. Iureti) om. — 45. (ad oram) E O — 48. *conflavit* α Ald. Lugd. — *convaluit* . . . . Boh. I Rat. a — 84. *reprenderit* 2 m — 89. . . . . *cuique est mos* A E . . . . relqq. Heinss. — 132. (*Cuncte quidem* corr. . .) — 138. affert — 152. *Ne* A R u — 286. *structura* u — 521. *cibileyas* 2 α — 565. *Omnia* Fabr. Gis. Obb. — 697. *hystro* α — 960. *nova*, (;) *et* . . . . — 1036. *surda* T.

P. I, 39. *manus* om. 1 a. — II, 451. *referens* u, . . . . — III, 188. *Amnis anna* 1 b, — IV, 98. *ignoto* R; — V, 132. *Tortorem tortus* a. — 138. *Invicta* — 470. *Suto* supra *t sancto* a. — VI, 149. *anulla* A Ambr 1 α, — IX, 77. *Pingere* P (supra) — X, 378. *terrulenter* . . . . Ald. Lugd. Lott. Weitz. Arev. — 481. (heic *fidicule*) — 498. . . . m (in hoc *laniena* ad oram), — 712. *renitet* R W. . . . — 798. *crudescentibus* 1 a. — 867. *inplicabilis* 1 b. — 945. *loquelae* Rat. a prisca man. — 1013. . . . Paschal. de coron. IV, 13, 21] — XI, 44. *Tinguere* α m, — 159. *nigressere vasa* — XII, 7. . . . *Tiberina palus, qui* — XIII, 83. *Prosiliere a.* — 90. . . . *quid viveret*: „*Unicultor*“ D. not. introduct. v. 3. . . . *vocatur* in gl. O, — 15. *Sara causa* ζ, — XXIX. . . . Ald. Lugd. (in his duobus libb. *Bethlem*) — XXXVII. *Quinque pannes et duo pannes.*

## NOTT. EXEGETT.

C. praef. 24. post Impp. addas: Cfr. Mart. I, 15, 3 *Bis iam paene tibi consul tricesimus instat, Et numerat paucos vix tua vita dies.* — C. I. not. introduct. in fine post Brev. Rom. pergas: In celeberrima illa Shakespearii tragoedia, quae inscribitur Hamlet, Horatio et Marcellus de gallicinii solemnitate ita confabulantur: . . . . . I have heard, The cock, that is the trumpet to the morn, Doth with his lofty and shrill — sounding throat Awake the god of day; and, at his warning, Whether in sea or fire, in earth or air, The extravagant and erring spirit hies To his confine: — 10. Caton. Dist. I, 2 *Plus vigila semper, nec somno deditus esto, Nam diuturna quies vitiis alimenta ministrat.* — 14. *Celsae culmina delicata villae* — 29. operam ut navemus — 43. *poniturque pro* — 70. *Tartari antea — resurgeret, quae tunc destructa est* — II, 64. Ps. 99, D. 120. — III, 113. Vid. D. 2 sqq. — 154. Hor. Ep. II, 1, 124 — IV, 37. Mart. Capell. 2, 24, 337 — V, 126. Cfr. Arev. Prolegg. c. XVIII — VI, 132. ad Sedul. V, 188 — VII. not. introduct. eum Arev. — 5 sqq. Cfr. Synes. Hom. I. — 81. Suet. Nero 73 — 105. per *Θαρσεὶς* [? *Θαρσὶς*] explicant — 210. *et pupillo — ex ea* — 218. *sinistra*] Matth. 6, 3. — VIII, 9. quattuor — quattuor (ita constanter scribas) — IX, 7...9. Sedulii Carminis Paschalis libri quinque fusius tractant ea, quae his tribus vss. quasi lemmate indicantur. — 36. *orbibus*] H. 88 *mentitos orbes*, cfr. Graecor. tragic. *τὰ κύκλα τῶν ὀμμάτων.* — X. not. introduct. sub finem

Ea versio — 127. Tertull. 27 — i. e. — XII, 173. Act. Ap. 7, 25 — Hebr. 4, 8, D. 60 — A. lemmatis not. 11. ut P. XIII, 61, S. II, 1046, — A. 55. P. III, 47, D. 29 — 292. ad Stat. Theb. IV, 5, 411 — 344. *imus stirps* — Christiani." *Cell.* — 538. POPULUSQUE — 586. *crassus obduratus spissus* — 613. Addas: Conferre iuvat Homericum illud *νυκτὸς ἀμολγῷ* Od. IV, 841, II. XI, 173, XV, 324, Buttm. Lexil. II, p. 39 fusius de re disserit..... p. 43: Also *νυκτὸς ἀμολγῷ* heisst weiter nichts als was uns die unbefangene Vergleichung der Stellen lehrt, in der tiefen Nacht. Und diese Erklärung, finden wir denn auch, wie gesagt, bei den alten Grammatikern überall, auch in den Scholien zu den beiden Stellen vom überfallenen Vieh, ja an der einen von diesen II. XV, 324. steht diese Erklärung recht auseinandergesetzt und die *mondleere Mitternacht* ganz als etwas anerkanntes angenommen, die andere Erklärung vom Melken aber nicht einmal erwähnt, was doch an den meisten andern Stellen, wie auch bei Hesychius, im Etym. M. u. s. w. nicht fehlt. Was aber mehr werth ist als die Erklärung eines Grammatikers, ist der von Hesychius beigebrachte Gebrauch des Euripides: *Ἀμολγὸν νύκτα Εὐριπίδης Ἀλκμήνῃ ζοφερὰν καὶ σκοτεινήν.* — 743. Io. 11, 14 — 892. *ἔνιψαν*; — 993....1062 et Docetarum H. 158 post auctor est inseras: Sed videndum, an sit *Ἐν δικὰ δυοῖν*, causam dico cum effectu, et intelligenda potius febris miliaris. Cfr. Sul culto reso dagli antichi Romani alla dea Febbre, dissertazione del Dottor G. de Matthaeis, Roma 1814, Della Febbre migliare, sua origine, decorso e cura monografia del Dottore G. Taussig, Roma 1859. — 214. *η καὶ ἄλλα* — 328. declarant. Nec minus ibid. Sim. IX, 2. virginum *lineae tunicae.* — 855. sub finem Inter tuos S. I, 103. Arnob. III, p. 105 — 120. Fiocchi — 203. Martial..... IV, 53 — 297...308.... edd. vett., — 555. „Duo fuere Prudentii tempore Olybrii celeberrimi, alter Olybrius praefectus Urbis Valentiniano et Valente iterum coss., alter eius filius Olybrius, qui cum fratre Probino consulatum gessit. De filio libentius intelligo Prudentium, qui certo est *olybriaci generisque, et Nominis heres.*" *Arev.* — 629. Ov. Met. IX, 692 — S. II, 295..... *sexagenarii, qui iam nullo publico munere fungerentur, ut* — 359.... *partim privatim per familias spargere, partim* — 413..... v. 423 ad decemviros — in fine: .... (Liv. l. l.) respiciunt. P. I, 75 .... Tom VI, p. 207, — II, 119 .... in Cat. IV, 6, 11. — 536..... [v. 44]; — III, 203.... *sancto cedat* .... — IV. not. introd. fin.: *storum* XVIII legitur — 3. sub finem: *quod tamen* [*nomen* coni. Seilerus] *ei permansit* — VI, 131.... Virg. Aen. VI, 227 ... — X. not. introd. 31 quia et Euseb. — 26. huc vix — 296.... Taciti (hist. I, 53, II, 14) — 381.... coll. Heind. — XIII, 32. Cic. Fam. XIII, 28 *Studia illa nostra, quibus antea delectabamur, etiam nunc vivimus.* Litterarum eiusdem organi permutatio, quam in nota critica indicavimus, multos fugit, plures confudit, qui antiquos lapides scriptos interpretari tentarunt. Etiam G. Röstellio id accidit, quippe qui in *Beschreibung der Stadt Rom* 1, p. 403 ita disserat: „Unter den von Buonaruoti erläuterten Gläsern befindet sich eins mit der Umschrift: ...CI BIBAS CUM EVLOCIA COKP. Er findet in eulocia einen Eigennamen, indem er die folgenden Buchstaben compare ergänzt, und jenen daher auf die Frau des Mannes bezieht, mit dessen verstümmeltem Namen die Umschrift beginnt. Es kann aber leicht der Fall sein, dass er den Schwanz des G übersehen, und in dem Glase eigentlich eulogia steht, wo denn die Beziehung auf das Abendmahl nicht verkannt werden kann. Die folgenden vier Buchstaben weiss ich nicht zu erklären." Ego quidem aliter sentio. Lego autem .... CI (nomen mariti truncatum) VIVAS CUM EULOCIA CON (i. e. coniuge), aut IN CO [XΩ] KP [KYPIΩ]. Litterae C et X in lapidibus et codd. vetustis saepius commutantur. Cfr. Prolegg. p. I not. 1) vs 6 *psychomacia* p. *Psychomachia.*

IMPRESSERUNT BREITKOPF ET HAERTEL, LIPSIAE.

3 2044 069 642 429